





*aet allegii a la cong. d'HS de granada* R. 9753  
**Expositio Regulæ fratrum.**  
MINORVM EX VARIA  
MVLTIPLICI QVE AVTO-  
RVM LECTIO NE DILIGEN-  
TER COLLECTA.

Per uenerabilem p. F. ANTONIVM Cordubensem, eiusdem ordinis, Regularisq; Observantiae prouinciae Castellae.



LOVANII  
Excudebat Iacobus Bathenius typogra-  
phus iurat. Anno Domini

M. D. L.

Cum gratia & priuilegio. Subsig. à Lens.



11803265

S A D R E V E R E N D.  
IN CHRISTO PATREM FRATREM AN-  
DREAM INSVLANVM TOTIVS SACRAE NO-  
STRAE RELIGIONIS FRATRV M INORVM GENERAS-  
LEM MINISTRVM.


Fratris Antonij Cordubens. eiusdem ordinis, & obser-  
uantiae Prouinciae Castellae, in suam expositionem  
regulæ fratrum Minorum, Præfatio.



Ec in solitum nec præter naturam  
est, ut quæ mater filium genuit, ne  
que præ sua paupertate aut fragili-  
tate potest illa ipsum educare, utiqz  
exponat aut nutriendum tradat, sic  
inter omnium literarum scriptores  
non semel accidit, nempe qui opus  
aliquod condiderunt, soleant patronum aliquem excellen-  
tem virum sibi diligere, cuius auctoritate & opus ipsum  
typographiae tradatur, & eius patrocinio suffultum, uti  
liter adolefcat. Cùm autem libellum hunc super negocio  
nostræ regulæ, nostræqz professiois multis uigilijs iã olim  
edidissem, certe meditabar qua via, quo duc e, quibz sue au-  
spicijs Calcographiae cudendus liber committeretur. Et  
ecce felicissimus nobis illuxit Reuerend. tuæ paternita-  
tis in Hispaniam aduentus, qui gregem tibi cõmissum non  
solum uerbo & exemplo ad regularem normam Euange-  
licam

licam reformare satagebas, sed & paria faceres officio  
scriptum aliquid super hoc quod satis esset ad uotum quod  
Lusitania pigmentaria nō metuens securum præla subiret  
& querebas & teipsum ad idipsum præsentissimum fore  
promittebas. Quem igitur ego alium huic nostræ expositi  
rioni patronum oportune magis eligerem, nisi teipsum ob  
seruantissime Pater qui & officij & dignitatis fastigio,  
& literarum ornatu, nobis omnibus feliciter utiqz præses?  
Nam quia totius nostræ sacrae religionis Pater es: hinc  
omnes omnium tuorum filiorum pīj literarum fœtus tibi de  
bent a scribi, tibi consecrari: tu uero contra, te illis præ  
sentaneam ualde præstare. At quia ingenio, eruditione,  
& prudentia, plurimum uales, ad tuam censuram forman  
dus es liber. Iam uero quia omnis totus es, totūsum  
te nobis præstabis: quo fieri ut quātum libro & eius autho  
ri deest: tantum ex tuae dignitatis splendore ei concilietur  
authoritatis & accedat ornamenti. Tu igitur o integrerri  
me Pater, cui omnes nostras operas plane debemus: cu  
ius arimus flagrans ad nostræ professionis obseruantiam  
efferbet: expositionem nostram, in uero & iam prorsus  
tuam tibi dicatam mediolitus amplectere. Optare namque  
te noui ( id utiqz quod tuum decebat ministerium ) ut essent  
qui semitam nostræ professionis aperirent. Feci igitur sa  
tis uoto: nisi force ultra uotum rem prolixius extendi. utiqz  
ne quid huic operi desideraretur quod apud aliorum uolu  
mina uix tandem peregrinus lector reperiret. Gratā igi  
tur habebis piam filij diligentiam, atqz ut tuo ministerio te  
parem exhibeas, religiosis tuis, climatā ministrabis. Vale

## Prologus Authoris ad Lectorem.



INTER alia quæ natura sagax omnibus  
mortali bus indidit, illud in primis noui  
mus ab ipsa hominis natura profectum,  
quod si, importune fatigat ea condere in  
thesauros quibus fruatur oportue. Im  
proba namqz auditas pariter & egestas  
assidua sciendi, referuare suadent quod  
semel acceptum nec integre retineri, nec  
profundam mentem implere potest: sed  
neqz cùm uelit habebit in promptu unde  
sibi satisfiat ad uotum. Hinc utiqz chartis studia mandantur, ut ui  
delicet inde memoriae ( quæ est uelut uas terebratum ) tanq de re  
condito sibi thesauro succurratur. Insuper & hoc ipsum natuum  
hominis studium ipsa gratia quæ bene conditam naturam non in  
ficiatur, sed perficiens potius ornat, magis accedit, sapiensq ex  
industria formica Proverb. 6. magis acuit. Wade ( inquit ) ad for  
micam, & consydera uias eius, & disce sapientiam, quæ paratin  
æstate cibum sibi & congregat in messe quod comedat in hyeme.  
Hunc igitur illa cura nostro incessit animo, ut studerem cogere in  
unū, ea fere quæ apud doctores inuenta, quos legere possem ( po  
tui aut multos illos etiam quorum opera nondum extant prælo  
cussa ) ad nostræ professionis & regulæ intellectum spectare ui  
derentur. Multa rursus & nos addidimus è nostra officina, quæ  
nonnihil ad idem conferre æstimabamus: eadem quoqz de causa  
annotationes quasdam super compendium huic tract, tandem sup  
posuimus. Prouidi nempe ( fateor ) mihi in re ad meam profes  
sionem planè necessaria: ne cùm legerem, uagus & mendicus me  
os labores male prouidus quereret. At uero inanis aīs me su  
bisse labores inter tot tam elaboratas tamq præclaras super hac  
re doctorum expōnes pariter & suminarias resolutiones. Sanè  
quidem, sed non semper ad scopum, sed nondum ad unguē, sed  
neqz ad omnia in unum ad unum coacta sunt. Huc accedit quod  
cuilibet nō integrum est omnia perlegere, perlectaqz trutinare o  
mnia

mnia, ut ad ultimum examen ducat. Proinde proximo animo la-  
boraui in lucem dare expositionem hæc quæ fratres meos de igno-  
rantia quæ eos non excusat in claram lucem educat. Accipiat igit-  
ur lector fraterno animo medullam hanc pro mea virili elabora-  
tam, ubi cum alibi sparsa hic collecta legerit, certe fastidiens cæte-  
ra non desyderabit. In quo est opere precium annotare, quod u-  
bicunq; fuerit simplici f. folium quotatum, nec in quo libro signa-  
tum fuerit, id plane in libro ordinis dicto monumenta fratrum mi-  
norum, primæ impressionis haberi cognoscas. Quando autem  
1509. duplice f. folium fuerit signatum, iam ex libro ordinis itidem di-  
cto Monumenta minorum, secundæ excussionis anno Domini,  
uel circiter id temporis ædito, petendum esse scias. Quādo  
uerò triplice f. folium notatur, tunc demum in tertio libro or-  
dinis, tertia f. impresionis, quod supplementum ordinis inscri-  
bitur, reperiendum est. Tandem illud omnes præmonitos uelim  
quicquid non recte dictum, ingeniosus lector inuenierit, ibi non  
pertinaciam, sed facilem hominis ignoratiæ, & homo ipse  
parcens notabit, si aptum quippiam, non nisi do-  
num probauerit ex alto.

Vale.

# Papalis Introductio & re- G V L A E C O N F I R- M A T I O.



ONORIVS Episco-  
pus seruus seruorum Dei  
dilectis filijs fratri Franci-  
scu, & alijs fratribus de or-  
dine fratrum Minorum, sa-  
lutem & Apostolicam be-  
nedictionem. Solet annuere sedes Aposto-  
lica pñs votis & honestis petentium desy-  
derijs fauorem beniuolum impertiri. Ea  
propter dilecti in Domino filij uestris pñs  
precibus inclinati, ordinis vestri Regulam  
a bonæ memoriæ Innocentio Papa præde-  
cessore nostro approbatam, annotatā præ-  
sentibus, authoritate vobis Apostolica cō-  
firmamus, & præsentis scripti patrocinio  
communimus. Quæ talis est.

Modus.

# G L O S S A.



Odus procedēdi in hoc tractatu, talis est quod s. primo ponitur per modum glossæ breuis epilogatio, uel declaratio textus: & deinde ad difficultatum maiorem declarationem ponuntur quæstiones, & earum responsones. Quo ad primum ergo notandum, quod prædicta uerbæ extus sunt uerba domini Papæ per modum introductionis confirmantis regulā subsequentem, & ibi ostendit causam confirmationis, scilicet non est proprio motu confirmata: sed ad petitionem piam & rationabiliter. & ratio est ut ait quidam doctor in quadam expositione sua super regulam nondum impressa, cuius doctoris nomen ignoratur, quem quidem tamen æstimo esse Petrum Ioannem, qui saep allegatur in tractatu dicto Serena conscientia: & in hoc tractatulo quando allegatur, dicitur expos. sine titulo, seu doctor innominatus. Iste ergo doctor innominatus dicit, quod quia hæc regula non debuit immobiliter aliquibus imponi, neq; confirmari propter suam strictissimam perfectionem, nisi feruide requirentibus, atq; deuote pariter & instanter, & cum multa maturitate: quia est maxime perfectionis & super erogatiōis: ideo ait (uestris piis precibus inclinati) sed quia ibi dicitur piis precibus, piis uotis, & honestis desideriis, & quod regula est ab Innocentio 3. approbata, & tandem confirmatur per ipsum dominum Honorium 3. sub plumbbo & sigillo autentico, quod prius prima regula B. Francisci fuit approbata per Innocent. 3. & post abbreviata est per ipsum: & dicitur secunda regula quæ hic habetur, & hæc fuit per Honorium post approbata, & sub plumbo & sigillo autentico, ut hic dicitur & post per Nicol. 3. in bulla quæ incipit Literas fælicis recor. &c. & habetur in lib. ordinis in 2. tractatu fo. 1. ut etiam hoc late refert Bartholomæus Pisanus, qui alias dicitur auctor conformitatum, in expositione sua super regulam, & habetur in lib. ordinis, & in lib. conformitatum conform. 9. fol. 77. &c. ideo pro maiori declaratione quæruntur sequentes sex quæstiones.

Q V A E S T

I N T R O D V C T. Q. I. F o. 5



V A E S T I O I . An regula fratrum Minorum sit pia, sancta, pura, euæglica, perfecta, obseruabilis, honesta, & utilis ecclesiæ?

Quæst. I.

¶ Respondeo quod sic, patet de singulis. Primò, quod sit pia, sancta, & pura: quia secundum Bonauenturam in prologo suæ expositionis super hæc regulam, pium dicitur, & est illud quod ad Dei gloriam est directuum. Sed hæc regula est huiusmodi ut patet: quia per uirtutes de quibus agit, dirigit homines in Dei obsequiū & amorem, ergo.

Pia.

¶ Quod pura, patet: quia sine peccati aut erroris admixtione, & ad animi puritatem per uirtutes inducens, maximè per paupertatem excellentem depurans animi affectū à terrenis omnibus, pro ut possibile est in uia: ut in 6. cap. infra patebit.

Pura.

¶ Quod sancta, patet: quia agit de uirtutibus ualde conducentibus ad animæ sanctitatem habendam & conseruandam & ad sanctificandum nos Deo sine macula: & ad offerendum nos plenè Deo in holocaustum per tria uota, & per cæterā ibidem contenta ualde conducit: ut aperie hæc omnia dicit Bonauentura & cæteri expositores regulæ. Et tandem Nicolaus 3. & Clemens 5. in suis declarationibus super regulam, exiit qui seminat, & exiui de paradyso. quæ sunt confirmatae in concilio Viennensi. & habetur lib. 6. de uerborum sign. & in clemen. eod. tit. Nam & in dicta declaratione, exiui, in 6. uerum quia mortalis: & 6. nos igitur, in prologo dicitur quod hæc regula est etiam plena Deo.

Sancta.

¶ Quod autem sit euangelica, patet secundum Bonauenturam ubi sup. & in quæst. super regul. q. 12. 13. dicit quod tota fundatur in euangelio, ut etiam auctor conformitatum conform. 9. latius agit. & Hugo de Dina in sua expositione ait, quod est quædam euangelicæ perfectionis summa, & quod est Diuinitus inspirata, ut late etiam probat auctor conform. ubi supra per totum quod Christus eam beato patri nostro Francisco inspiravit dicens, Francisco, Nihil est in regula de tuo: Sed totum est meum quidquid ibi est, & uolo quod regula sic seruetur ad literam, ad literam, ad literam, sine glossa, sine glossa, sine glossa. Ego enim scio quantum potest humana fragilitas, & quantum uolo eos iuuare, qui ergo nolunt eam seruare except de ordine, hæc ibi. Quomodo au-

Euæglica

Idem lege  
tur reue  
tum à Do  
mino san  
ctæ Brigis  
tæ lib. 7.  
tem cap. 20

B. tem cap. 20

rem intelligatur ly (ad literam sine glossa) infra dicetur latius, ibi uideatur s. q. Idem dicit Nicolaus 3. & Clem. 5. in prædictis de clarationsibus. ubi Nicolaus 3. in prologo dicit. Hui sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ euangelico fundatur eloquio, uitæ Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis ecclesiæ Apostolorum eius sermonibus actionibusq; formatur. Hæc est apud Deum & patrem munda & immaculata religio, quæ descendens à patre luminum per eius filium exemplariter & uerbaliter Apostoli tradita, & demum per Spiritum sanctum Beato Francisco, & cum sequentibus inspirata &c. Similiter Iulius 2. in priuilegiis. quod incipit, cùm nostræ intentionis, & habetur ff. 2. § 6. & ff. 88. dicit quod hæc regula B. Francisco à ss. data. & Leo 10. sæpe in multis literis idipsum aperte testatur. ut etiam late ponit Ioannes Pirrinus in suo tractatu super dispensatione fratrum min. conci. 3. in corrol. resposuо, & in ordine 4. & habetur in tertio tractatu lib. ordinis.

¶ Quod etiam sit obseruabilis, patet, per Ioannem Pirrinum ubi supra. & auctorem conform. &c. ut supra positum est. & Hugo de Dina in sua expositione cap. 12. & Nicolaus 3. & Clemens quintus, in prædictis declarationibus in prologo & 2. &c. articulis sequentibus expresse declarant esse obseruabilem hanc regulam, alioqui ecclesia non eam confirmaret. Immo ut dicit Bonaventura in prologo super regulam, hæreticum est assertere quod non sit obseruabilis, seu quod sit periculosa talis regulam, quia contra declarationes prædictas, tum quia esset dicere quod euangelium & uita euangelica quæ in regula continetur, est inobseruabilis & periculosa, & quod Christus consuluit rem inobseruabilem & periculosam. Et Ioannes Philippus in suo tractatu & articulis de Pecunia, artic. 7. & habetur in libro ordinis fo. 10 6. dicit quod sentientes certitudinaliter atq; terrore superfluo deterriti, quod si uixerint secundum modum & formam per Diuinam mandata, leges seu confilia Dei in eadem regula contenta, necessaria sibi deficient & puritatem regulæ seruari non posse, errori paganorum manifeste conformantur, qui Diuinam prouidentiam ubiq; adesse negantes, totam solitudinem humanis acquirendis apponunt. Hæc ille. & tandem hoc expresse decreuit Clemens 7. Scilicet hanc regulam esse sanctam, euangelicam, meritam, obseruabilem, & quod dicere oppositum sit erroneum, ut hoc habe-

habetur in compendio priuilegiorum mendicantium, tit. pauperes § 7. Ideo Silvester titulo Religio 1. §. 13. dicens, quod hæc regula erat periculosa, nisi Papa prouidisset, ignoranter locutus est. Nam cùm in se sit euangelica, non est simpliciter seu in se periculosa: neq; erat periculosa, ut dictum est, quāmis occidentaliter propter ignorantiam seu fragilitatem hominum esset periculosa. Neq; Papa abstulit periculum quod in ea non erat, sed declarauit quomodo deberet intelligi, ne homines ex ignorantia suumerent occasionem periculi &c. Non enim Papa seu ecclesia mutant regulam, sed declarauit, licet in aliquo mitigauerit eam.

¶ Quod etiam ista regula & religio ipsam obseruans sit perfecta, Perfecta. & in statu perfectionis, patet ex dictis, & latius ex dicendis infra quæst. 2. ibi uideatur.

¶ Quod etiam sit honesta, & utilis ecclesiæ, patet: quia secundum Bonaventuram ubi supra, honestum dicitur, & est quod ad proximi ædificationem ordinatur, quæ quidem honestas Diuinis non humanis beneplacitis regulanda est. Hæc autem regula & religio est huiusmodi, ut patet ex fructibus qui ex obseruâlia eiusdem regulæ, & in ea contentorum sequuntur, tam ipsis fratribus, quam toti ecclesiæ, de quibus infra, cap. 6. in quæst. 17. habetur, ergo. & patet ex declaratione Nicol. & Clement. s. in prologo, dicendum, quod ex fructibus & utilitate quam ex hac religione consequitur tota ecclesia, patet eius sanctitas, & quod ideo confirmatur uid. ibi. & Honorius tertius. ff. 83. decernit nostrum ordinem esse de approbatis, & in infinitis aliis literis Papalibus saepius idem habetur, ergo. De hoc etiam quod ad utilitatem mundi est à Christo & beato Francisco hæc nostra religio instituta & cælitus ordinata, uide latius pulchra numis in auctore conform. conformat. 1. & 2. & conform. 9. artic. 7. uide & conform 10. quia propter prælixitatem hic omittuntur, quia est data ista religio in lucem & medium mundi, ut in prædicto articulo septimo conformitas. 9. habetur.



V AESTIO II. Vtrum religio nostra minorum sit in statu perfectionis, & an sit perfectior aliis religionibus?

Respondeo, per tres propositiones. Prima est, quod nostra religio est in statu, seu est status perfectionis.

Pro cuius probatione notandum I. secund. B. Thomam 2. 2. q. 183 artic. 1. &c. & q. 184. artic. 4. & q. 186. art. 1. &c. ut etiam refert Florentinus 3. parte summæ tit. 16. cap. 1. §. 1. &c. quod duplex est perfectio. Prima est perfectio hominis absolute, & hæc consistit solum in perfecta charitate, ad quam perfectionem essentialem non pertinent, alia nisi instrumentaliter uel dispositiue. & sic esse perfectum nihil aliud est quam habere perfectionem uitatum, præcipue charitatis. Perfectio namq; est consummatio uirtutum, eo modo quo in hac uita habetur, quæ cōsistit in Dei charitate perfecta, & renunciatione omnis terreni amoris: quia finis legis dilectio & charitas est uinculum perfectionis.

¶ Alia est perfectio status, seu status perfectionis, qui est modus uiuendi certis legibus & consuetudinibus obnoxius, in quibus perfectio acquiritur uel exercetur. Ideo duplex est status perfectionis. s. exercendæ & acquirendæ. Sicut dicimus quod duplex est status Theologorum, quidam Doctorum, quibus conuenit docere: & alius discipulorum, quibus expedit addiscere. Status perfectionis exercendæ est prælatorum, utpote episcoporum &c. huiusmodi quibus cōuenit docere perfectionem, & regulare alios; & ad hoc quod debite exerceatur, requirit perfectionem acquisitionis, nam male exerceatur in alio quod nondum habetur in exercente. Status autem perfectionis acquirendæ, conuenit statibus religionum, ubi sunt maxima instrumenta ad perfectionem acquirendam. s. obedientia, paupertas, castitas, &c. puta uigilæ, ieunia, & similia, quæ non sunt in statu communi hominum.

¶ Secundo notandum, quod aliqua impediunt per se perfectionem & sunt illa cum quibus non stat perfectio: ut uerbi gratia, peccatum, amor diuinarum, & uxoris & filiorum, non propter Deum, amor propriæ libertatis, non propter Deum, amor deliciarum: seu delectationum cibi &c. solicitude temporalium auertens à Deo, & consimilia quæ non sunt cum Dei amore perfectio: quia secundum Augustinum, minus te domine amat, qui tecum aliquid quod non propter te amat: & ista tollunt de per se de ratione perfectiois supradictæ, quia quantum talia crescunt, tantum amor decrevit, uel totaliter annullatur. . Alia diminunt per accidens, id est per alterum de ratione ueræ perfectionis, ac illam impediunt, & hæc sunt diuitiae, delitiae, honores, & huiusmodi. Non quidem

quod

quod de se auertunt à Deo, cùm potius de se ad Dei amorem nata sint inducere quia bona sunt, & omnis creatura ad Dei amore accendere nata est: sed impediunt occasionaliter. s. propter solitudinem quam inducunt, & propter amorem earum ad quem alliciunt, & hoc magis prouenit ex nostra fragilitate & corruptione, quam ex sua natura & proprietate.

¶ Tertio notandum, quod prædictæ uirtutes quæ sunt instrumenta ad perfectionem, utpote castitas, paupertas, uigilæ, ieunia &c. non sunt perfectiones uerae de se, ut patet ex dictis. & quia sine hiis prout seruantur à religiosis, fuerunt multi perfecti simpliciter in charitate & lege Dei, ut patet in Abraam, Iob, David, & aliis qui uerè essentialiter perfecti fuerunt, habendo etiam in particula-ri & honores & dominia &c. Patet etiam in beato Benedicto, Bernardo, &c. huiusmodi qui haberunt in communi, & tamen fuerunt perfectissimi. ergo sine illis habetur uera perfectio: ergo non perfectiones uerae de se, sed bene sunt instrumenta perfectionis, quia s. ualde inducunt & conducunt ad perfectionem ueram acquisitionem & conseruandam: non quidem conducunt directe & per se ad perfectionem, sed indirecte & per accidens tanquam remouentia prohibens perfectionem, quia s. tollunt impedimenta omnia supradicta, & cætera eiusmodi impedientia perfectionem ueram, ut patet. Nam non habere proprietatem, est instrumentum ad Dei amorem ex quo disponit ad contemptum diuinarum, & tollere uidetur solitudinem diuinarum, quia facilius contemnitur non habitum, quam habitum odiatur. Similiter castitas tollit amorem uxoris &c. & sic de aliis, ut latè B. Thomas ubi supra q. 186.

¶ His suppositis patet probatio primæ propositionis supradictæ, quia nostra religio sicut quælibet alia religio approbata est modus uiuendi certis legibus & consuetudinibus obnoxius in quibus perfectio acquiritur, ergo est status perfectionis. s. acquirendæ, non quia omnes qui in ea sunt sint perfecti & alii sint imperfecti: sed quia est schola ubi docetur & addiscitur & acquiritur perfectio, & ubi est maxima dispositio ad perfectionem acquisitionem, & huiusmodi dispositio prouenit ex paupertate & opere aliorum uotorum & exercitorum, quæ disponunt ad perfectionem, ut est oratio, uigilæ, ieunia, &c. huiusmodi per quæ animus ab amore terrenoru elongatur, & ad Dei amorem & eius legem

legem prouocatur & disponitur. Ideo sicut non sequitur, Iste est in statu perfectionis, ergo est perfectus. quia non dicitur Religio status perfectionis, quia in ea sit perfectio, sed quia est status in quo est dispositio proxima ad perfectionem acquirendam, ut dictum est. Ideo nullus glorietur dicens, meus status est perfectus, seu perfectissimus, nam quid prodest esse in schola altissimæ scientiæ si nil addiscas: & alius in minori sit sapientior: hinc etiâ patet multos esse uerè perfectos, qui non sunt in statu perfectionis, & econtra multos imperfectissimos in statu perfectissimo, & maxime perfectionis. Vnde non est aliud dicere, ista religio est perteccitor illa, nisi quod ista est aptior ad perfectionem: quia habet modum uiuendi tam, & normam quibus citius acquiri potest perfectio, etiam maior perfectio.

¶ Item secundo patet eadem propositio, quia sic iam Papa & ecclesia decreuit nostram religionem sicut & aliam approbatam esse in statu perfectionis, ut patet in multis literis Pontificalibus, praesertim Alex. 4 in priuil. ex alto & in alio, non sine multa. decreuit quod sint ipso facto excommunicati, quicunq; prædicare, docere, uel defensare præsumperint, quod fratres prædicatores uel minores non sint in statu perfectionis, ut hoc refert tloren. 4 parte summæ. tit. 12. cap. 4. 5. 14. & Silvester tit. excoicatio 7. excoicatione 4. 8. & 4. 9. Et Gaietanus in summula tit. excoicatio, cāu 81. & Bonifacius 9. in priuil. sacra religionis, & habetur in supplemento priuilegorum ordinis minorum, ff. 118. etiam statuit quod qui aliter asseruerit publice & temere & pertinaciter est ipso facto excommunicatus, non absoluendus, nisi à Papa. Ideo Germon in alphabeto 21. litera t u. & alphabet. 6. 7. u. x. & alphab. 18 litera a. c. & c. & alibi de his agens, & de statu perfectionis dicens, oppositum non est tenendum. Praesertim cum in modo loquendi, cum de sententia est contrarietas, nō est facienda uis, sed potius est standum communimodo loquendi doctorum & communiuocabulo iam acceptato per communiter doctores, ut secundum Thom. in proposito dictum est. præcipue cum auctoritas Papa lis id approbauerit, ut patet ex dictis: & sic patet prima proposicio probata.

Secunda

¶ SECUNDA propositio est, quod nostra religio minorum est de se perfectior status religionis ceteris aliis nunc approbatis, & hoc secundum quid. Immo & forte simpliciter Probatur prima pars. Nam secundum Thomam 2. 2. q. 188. & Flor. ubi sup. Illa religio excellit alias, quæ ordinatur ad potiorem finem & seu altiorem, seu ad altiorem actum, & habet altiora & magis conducentia exercitia ad altiorem finem & actum intentum. Sed finis nostræ religionis de se est altior, uel saltem æqualis aliis finibus religionum. quia s. est ad contemplandum, orandum, & prædicandum propter Deum: qui fines & actus sunt ceteris finibus potiores de se, ex quo sunt pertinentes ad uitam actiuan & contemplatiuā simul: & patet ex ipsa regula & declarationibus, quod ad hos fines est nostra religio instituta, quia in capi. 9. agitur de prædicatione: & alibi cap. 5. & 10. de oratione &c. ut patet ex dictis sup. quæst. 1. ex auctor. conformitatum: ut etiam dicit Bonaventura cap. 9. & 10. Et insuper exercitia ad hos fines sunt altiora in nostra religione, ut probatur in secunda probatione sequenti, ergo.

Consequenter patet cum maiori, quæ late probatur à Beato Thoma, & minor breuiter probata est ex parte.

Sed quia merito quis dicere potest quod religio prædicatorum ordinatur ad eosdem fines & ad eosdem actus, quamvis principalius ad unum quam ad alium: & per consequens quod non probatur excellentia nostræ religionis super illam, Sed æqualitas utriusque. Ideo additum est in minore, quod & nostra religio habet exercitia altiora quam omnis alia religio, etiam prædicatorum, & quod ideo est altior aliis ex quo habet quidquid excellentiæ habet omnis alia religio, quo ad fines & actus: & insuper habet altiora exercitia.

¶ Quod autem habeat nostra religio altiora exercitia ad fines prædictos altiores, patet, pro secunda probatione, quia ille status est perfectior in suis exercitiis qui ceteris paribus maxime disponit ad perfectionem finaliter intentam acquirēdam, quod patet, quia media sumuntur ex qualitate finis. & quia status religionis est schola mediorum ad perfectionem intentā, sicut & illa est melior schola Theologiae ubi melius docetur & acquiritur perfecta scientia Theologiae,

Sed

Sed status ille qui magis reddit hominem absolutum ab amore & solitudine noxia terrenorum omnium quæ nimis Dei amori aduersatur, & per consequens magis ad inhærendum soli Deo per amorem conducit, & ad charitatem proximorum inducit: cæteris paribus maxime disponit ad perfectionem intentam in religione, & semper loquor cæteris paribus. s. stante æqua excellentia finium & actuum &c. de quibus supra. quod probatur. i. dist. lib. i. quia secundum B. Thomam 2. 2. q. 18 6. per tria uota essentialia religionis & per alia eius annexa, remouentur eius impedimenta nostri amoris in Deum: ut pote per castitatem amor & concupiscentia uenereorum omnium & uxoris & filiorum solicita gubernatio. Per paupertatem cupiditas temporalium bonorum & solicita eorum dispensatio. Per obedientiam inordinatio propriæ uoluntatis & dispositio priorum actuum. & his impedimentis ablatis, homo disponitur per tria uota cōsequenter ad Dei amorem. Ergo eo magis disponitur quo magis elongatur à prædictis impedimentis, per prædicta uota arctiora: ut patet etiā discurrendo per singula uota. Nam qui obedientiam arctiore habet, certe magis liber est à suis propriis actibus traditus omnino in manus & uoluntatem alterius propter Deum. Similiter de castitate patet. Idem est de uoto paupertatis arctioris, qualis est status eorum qui nec in particulari nec in communi quicquam iuris polyci aut possessionis habent. Nam talis paupertas strictissima tollit amorem & solitudinem temporalium quantum est de se, (animus enim sine aliqua delectatione esse non potest: temporalia autem sunt uiscus alarum spiritualium animæ. s. affectionum, ne ad diuina euulet) & sic patet quod status iste magis tollit impedimenta perfectionis & causas solitudinis quam aliquis alias. Nam si habere in communi tantum minuit amorem terrenorum, ergo magis diminuet quantum est de se non habere in communi, neq; in particulari: quia quanto quis minus terrena possidet, minus amat ea cæteris paribus, & quantum est de se. Qui autem habet in communi, licet non amet proprium quod non habet, manet tamen tibi amor ad commune: sed qui nihil habet & nil amat minus amat. Nam quantum est de se minus amantur quæ non possidentur, quam possessa secundum Augustinum ad Paulinā & Terasiam: quod scilicet terrena plus diliguntur adepta, quam concupita constringunt. Ista enim uelut membra præscinduntur, illa uelut

uelu extranea repudiantur. Item secundo probatur supradicta minor quantum est ex parte paupertatis: Nam plus disponitur cæteris paribus ad Dei amorem & ad finem excellentem supradictum qui paupertatem euangelicam plus sequitur contemnendo omnia mundana: secundum illud, Si uis perfectus esse, uade & uende quæ habes, & da pauperibus, & sequere &c. & illud: Ni si quis renuntiauerit o. q. poss. nō potest meus esse di, &c. & illud, Ecce nos reliquimus omnia &c. Quis autem plus contemnit quam is qui omnia reliquit propter Deum: & nil possidet in communi nec in particulari: certe nulla maior paupertas dari potest, iuxta illud 6. cap. Regulæ, hæc est illa celstudo altissimæ paupertatis, &c. ergo.

¶ Quod autem prædicta tria uota essentialia religionis sint in nostra religione strictiora, quam in cæteris religiōibus patet. De uoto obedientiæ infra 10. cap. ibi latius probatur. De uoto castitatis infra 11. cap. & de uoto paupertatis: inf. 6. cap. quod nec in particulari neq; in communi, & tenemur ad usus pauperes moderatoros. & cap. 4. de prohibitione pecuniarum patet. & per consequens, quod per hæc exercitia nostra religio, quantum est de se, elongatur ab omni amore terrenorum omnium, & ad Dei amorem & ad finem excellentem religionis intentum, præ cæteris maxime disponitur. Ad quod aperte facit Nicolaus 3. in declaratione, exiit art. 2. dicens, patet itaq; regulam quo ad abdicationem huiusmodi esse eo magis meritoriam, quo per ipsam professores ipsius magis à temporalibus propter Deum, sicut prædicitur, elongatur Et Clem. 5. in declar. exiui. art. 7. ubi de non cōgregando in futurum agit, dicit, quod cum prædictus sanctus tam exemptis uitæ, quam uerbis regulæ ostenderit se uelle quod sui fratres & filii diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui uolucres cæli pascit, &c. Igitur ex dictis patet quod exercitia ad perfectionem intentam in nostra religione sunt excellentiora quam in aliis, quantum est de se, & cum hoc habet nostra religio finem excellentissimum. s. contemplationem & actionem excellentem. s. prædicationem: ergo est status perfectior aliis religionibus nunc approbatis, quantum est de se.

¶ Et nota quod semper fere dictum est quatum est de se, seu generis suo, ut probatum est: nam de per accidens. s. propter fragili

C tatem

tatem aliquorum seu corruptionem hominum contingit saepe quod talia exercitia. scilicet tria uota predicta tam stricta non sint conducentia ad perfectionem, sed potius ad imperfectionem: utpote si quis nolit paucis cum moderato usu esse contentus, sed abundare: tunc certe tale uotum tam strictarum paupertatis est potius occasio maioris sollicitudinis & distractionis & uiciorum quam amoris Dei, ut latius de hoc habetur infra cap. 6. quest. 7. quest. 13. quest. 16. ibi uideatur. Dic etiam quod de per accidens similiter si religio esset deformata, utpote quia communiter non uiuitur in ea regulariter in tali familia. Neque uolunt moderatè contentari: sed abundare & habere sollicitudinem ad eleemosynas & questus &c. temporalia &c. huiusmodi distractionibus: tunc talis modus uiuendi est multo imperfectior quam alia religio laxior, ubi tamen uiuitur reformato secundum suam professionem, quamuis cum redditibus & pecunia &c. ut dicetur infra cap. 2. q. 2. & cap. 6. quest. 16. ibi uideatur. Ideo hic non loquimur nisi per se simpliciter. Loquitiones enim & doctrinæ debent dari de pertinentibus ad rem de qua agitur per se & simpliciter, seu ex genere suo & non per accidens: sicut & uita contemplativa & uinum dicitur simpliciter per se melior seu melius, quam actiuia, & quam aqua: quamuis per accidens alii ex sua indispositione non ita sit aliquando: sic in proposito.

¶ Nota etiam & sit tertia propositio, quod habere aliquid in communione non minuit aliquid de perfectione uera: neque ponit aliquid perfectionis, ut supra dictum est in prima propositione huius secundæ questionis. Neque minuit de statu perfectionis simpliciter dictio. i. de statu perfectionis exercenda, qualis est status Episcoporum: ut expresse dicitur 2. q. 1. cap. illi autem. & cap. expedit, ubi dicitur, Satis ostenditur & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis ecclesiæ posse facultates quae sunt profecto communia possideri, ut late de hoc B. Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. & ibi Gaietanus. & q. 184. artic. 7. De hoc infra cap. 6. quest. 1.

¶ De statu autem perfectionis secundum quid. scilicet de statu perfectionis religionis, qui est status perfectionis acquirendæ, & secundum quid dicit B. Thom. ubi sup. q. 188. art. 7. cum omnibus suis sequacibus, quod etiam habere in communione non minuit aliquid

aliquid de tali statu perfectionis: quia paupertas est instrumentum ad perfectionem religionis, non autem est essentialiter perfectio, ut supra dictum est. Sed contra hoc est ratio: Nam paupertas licet non sit essentialis perfectioni uera, est tamen essentialis statui perfectionis acquirendæ seu religionis. Ideo Gaietanus ibidem hanc ratione motus dicit: quod ratio quare paupertas non minuit de perfectione status religionis est, quia licet quo pauperior religio est, eo etiam perfectior sit talis status ipsius religionis: non tamen simpliciter sed secundum quid, in hoc scilicet in paupertate est perfectior religio, & non absolute: quia alia religio potest eam excedere in aliis uotis & essentialibus perfectioni status religionis, utpote in obedientia & castitate, charitate & in aliis actibus & finibus excellentioribus in quibus illa religio quæ secundum meliora excedit est simpliciter melior & perfectior quantu[m] est de se. & hoc etiam dicit Ioann. Andr. in cap. Sane extra, de reg. trans. ad relig. In novella. ut etiam approbans refert Floren. 3. parte tit. 16. cap. 1. s. 2 dicens, quod ex hoc quod paupertas religionis alicuius est maior, non ideo facit religionem perfectiorem simpliciter: haec illi. Sed certe ex ipsis ipsorum dictis, praesertim Gaietani, probatur quod nostra religio sit simpliciter perfectior aliis. Nam si simpliciter illa religio est perfectior quæ ceteris paribus excedit aliam seu alias in aliquo quod est de essentia status religionis (cuiusmodi sunt tria uota substantialia per quae homo melius disponitur ad finem religionis quae est charitas). Religio autem nostra minorum (ultra fine[m] & actus excellentes & quales aliis finibus & actibus aliarum religionum ad quos nostra religio ordinatur ut dictum est) excedit omnes alias, non solam in paupertate, ut patet, sed & in uoto obedientiae, ut dictum est, & dicetur. ergo est simpliciter perfectior status religionis ceteris aliis, quantum est de se, ut dictum est. Et cum his omnibus expresse concordat Bonavent. in q. 12. & 13, super regulam dicens, quod nulla alia religio inuenitur altior seu aequalis huic: quia & in tribus uotis essentialibus est altior & strictior aliis religionibus. Nam & si aliqua religio in quibusdam excitationibus corporalibus strictior, ut in abstinentia carnium, silentio, solitudine, & officio ecclesiastico & similibus: quia tamen haec omnia ex sublimiorum obedientiæ, paupertatis & castitatis uirtute facile compensantur.

## INTRODUCT.

Q. II.

Sicut modicum pondus auri in pretio praeualeat magno pôdere argenti, uel alterius metalli: ut i. Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est: Ideo ergo hæc regula est cæteris altior, hæc ille: & hoc idem dicunt Hugo & auctor conform. & omnes regulæ expositores in 2. cap. & alibi sæpe: quâmuis Siluester tit. Religio i. q. 5. nolit hoc confiteri. Et sic patet 2. & 3. probatio omnino probata quo ad utrancq; partem.

¶ Quòd si contra prædicta in hac 3. propositione quis arguat dicens, quòd ad finem intentum. s. ad prædicandum non est tâ conducens medium seu exercitium paupertas extrema etiam in communi omnino: sicut est paupertas quam ordo prædicatorum habet ex suis constitutionibus. s. habere aliquid in communi moderatè tamen quod sufficere possit ad uictum & uestitum pro aliquo tempore non prolixo: & ratio est, quia talis paupertas tanquam tenens medium, nec declinans ad extremum, habet multum facilitatis ad Dei amorem & proximorum, cùm neq; exigat magnam curam & solitudinem, neq; ea quæ in usu consumuntur, ut grana, uinum, denarii, & huiusmodi moderate possessa, non inquam trahunt ad sui amorem sicut magnæ diuitiæ, ut etiam notat Ioann. Andr. in nouella super cap. fane, de regu. & transf. ad religio. ut patet experientia. Econtra v. tâ arcta paupertas quanta est in ordine minor. est causa magnæ solitudini: & anxietatis & tarditatis ad Dei amorem, & distractionis quærendo quotidie ferre uictum & uestitum, utpote panem, uinum &c. etiam cauendo à denariis quærendo per alios, ut tenetur ex regula: quòd autem talis paupertas & mendicitas sit causa distractionis &c. patet ex experientia quotidiana. Et per consequens dato, sed non concedo, quòd esset dispositio maxima ad Dei amorem: non tamen est ad incumbendum literis & prædicationi, qui est finis & actus excellentissimus intentus à perfectissima religione. Propter hanc rationem B. Thom. 2. 2. q. 188. art. 7. & Florent. 3. parte summæ tit. 16 cap. 1. s. 3. & Siluester tit. religio. i. q. 5. tenent quòd sua Religio prædicorum est perfectior quâm nostra. quia exercitia uotorum suorum sunt magis expedientia ad finem & actum prædicationis excellentissimum finaliter intentum. Sed certe parum concludunt pro se. Nam respôdeo quòd ex se magis disponit strix nostræ paupertas ad tollendum amorem mundanorum, curâ, solitu-

## INTRODUCT.

Q. II.

Fo. 19

solicititudinem & distractionem: & per consequens ad Dei amorem & proximorum, & ad incumbendum literis & prædicationi, si fratres uolunt paucis contentari moderate uiuendo, ut tenentur: ut probabitur infra cap. 6. q. 16. & in q. 17. &c. ubi agitur de fructibus paupertatis & mendicitatis, & ut iam probatum est: quia & non oportet quòd ipsem qui incumbit literis & prædicationi exeat ad mendicandum, sed sufficit quòd de mendicationibus per alios socios ad id destinatos, ipse uiuat, & unum membrum portet onus alterius. Pes ambulet pro oculis, & oculi uideant pro pedibus &c. huiusmodi secundum doctrinam Pauli euangelicam. Item Christus mittens discipulos ad prædicandum dixit, nil tulritis in uia, non aurum &c. Math. 10. ut latius de hoc infra 6. cap. q. 17. habetur.

¶ Patet etiam ad experientiam quot doctissimi uiri & prædictores insignes fuerunt & sunt in hac nostra religione seruantes hæc strictissimam paupertatem cum excellenti sanctitate. Imo & quo sanctiores & regulæ & paupertatis huius obseruatorum, eo doctores & sunt & fuerunt: Adeo ut impudentissimi animi & oris sit hoc negare. Patet etiam ex hoc quòd ecclesia approbavit hunc ordinem in tam strictissima paupertate: & tamen ad prædicandum sicut & ipsum ordinem prædicatorum instituit, ut patet in Clementin. dudum de sepulturis, & in innumeris literis Pontificalibus. & Beatus Franciscus Diuinitus inspiratus, sic instituit hunc ordinem ad prædictum finem, ut supra q. 1. dictum est: ut patebit infra c. 9. q. 3. & cap. 10. q. 8. Et non est credendum quòd ecclesia & b. Franciscus apposuerunt medium paupertatis strictissimæ, si esset suo fini aliqualiter repugnans uel non conducens, ergo de se est maxime conducens ad suum finem. Sicut & alia uota altissima huius religionis. Sicq; quo ad hoc negatur tâ antecedens quâm consequentia posita in argumento. Per accidens autem ex parte ipso rum hominum seu fratrum qui nolunt paucis esse contenti confidendo in Deo: tunc conceditur quòd tam stricta paupertas potius est impedimentum salutis, sicut & castitas, immo sicut & ipsa religio, & sex Christi & eius consilia, ut supra dictum est. Et istis esset melius saluari in seculo, seu in laxiore religione. Et sic locutus est B. Thomas, quòd s. attenta fragilitate humana est communiter & ut in plurimum sua religio & paupertas prædicorum magis

gis conducens suo fini: quod & libenter concedimus, non autem ex se seu simpliciter. & ideo nostra religio non expedit nisi paucis feruentibus atq; probatis, ut latius dicitur infra, quæst. 3. + subsequenti. Nam licet religio ipsa in se sit altior, si tamen per accidēs non expedit profitenti, non dicitur altior & melius, respectu illius. Immo & licet ipsa sit altior cæteris, si tamen iam coiter est deformata & communiter uiuitur deformate notabiliter in ea: Iam talis religio non dicitur simpliciter melior aliis, neq; estimatur melior, quia iudicandum & loquendum est de rebus, prout communiter & in plurimum in tali genere accidunt. ut B. Thomas dicit 2. 2. quæst. ult. & Silvester tit. Religio, 4. quæst. 1. secundum loā. And. &c. doctores. Et ideo B. Bonaventura quæst. 18. super regulam habens confyderationem hanc, quærens quæ sint ea in quibus maxime cognoscitur bona Religio, & in quibus alia melior altera æstimatur. Respōdit quod s̄a pe in uno & in aliquibus præcellit unus ordo alterum: ut iste in labore, alter in silentio, alias in abstinentia & huiusmodi. Si generaliter (inquit) in ipsis agnoscitur quæ sit melior. Primo, si in studio omnis uirtutis ut communiter personæ illius ordinis feruentius & frequentius exercentur: maxime charitatis, humilitatis, & internæ deuotionis, tunc est signum præ excellentiæ & perfectionis. Secundo, si omnia uitia & scandala odio habent & sollicitate cauent, & occasiones peccatorum amputant & extirpant, & munditiam communiter diligunt & conseruant. Tertio, si boni apud eos diliguntur & fouentur, & aliis despectis in regimine animarum soli assūmuntur, & per eos ordo maxime gubernatur. Ecclef. 19. Quine negligit modica paulatim decidit. Quarto, si à seculari frequentia se substrahunt, & homines fugiunt, diuitias non ambiunt, & conformari huic seculo, tam moribus quam factis, seu qualibet apparentia cōmuniter erubescunt. Quinto, si damnum & iniurias illatas ac despectiones tacite sufferunt, nec per quærimonias vindicare se cupiunt: sed Deum omnium inspectorem attendunt, qui suos cùm uult, potest defendere, cùm uero expedire eis nouerit, permittit eos pro altiori præmio tribulari, & patienter ferunt, donec placuerit Deo aliter ordinare. Quæ ista signa plenius habet, religiones meliores sunt: & quo minus sunt, minus bonæ: & quæ nihil, nihil sunt. Qui etiam singulariter hæc in se habet, bonus est, etiā si alii cōmuniter

muniter non habent: hæc ille.

¶ Ex dictis etiam patet quod regulariter loquedo & in foro Dei, non licet professio de hac religione non deformata trāsire ad Carthusiens. nec ad Dominicanos reformatos, licet in foro ecclesiæ ad Carthusiens. sit transitus, ut de hoc latius infra cap. 2. quæst. 17 ibi uideatur. Nam & propter dicenda ibidem cap. 2. Ideo diffuse in hac quæst. morati sumus, (expedit enim hæc quo ad ibi dicenda cap. 2.) non autem ad instantiam seu ad gloriosam aliquā ostentationem. Cùm nil prosit in altissimo statu infimā atq; delectam uitam habere, quod in uita morali & religiosa abusionem & monstruum facit.



V A F. S T I O III. Si religio omnis, præsertim nostra est in tam statu perfectionis, & schola uirtutum & dispository est maxima ad uirtutes & ad perfectionem uestram, & ad utilitatem ecclesiæ, & ædificationem?

Quæ ergo est causa quod multi religiosi deficiunt à uita religiosa, manifesteque uidentur ita moribus distorti, sicut & discolares. & final. quæ est causa deformationis omnis religionis, etiam si uideantur proficere in aliquibus temporalibus & cærimonialibus ut scilicet sciantur causæ & principia reformationis adhibendæ. Respondeo secundum sanctum Bonaventuram in quæst. 16. quæst. 19. sup. regulam, quod quamuis olim communiter omnes tam in statu religiosorum, quam Episcoporum, clericorum & laicorum bonifuerint & sancti: tamen modo multo plures sunt sancti in ecclesia Dei. Sed quia mali sunt plures, ideo non apparent sancti respectu multitudinis aliorum. Sanctitas etiam uera non consistit in exercitatione corporali, sed in uirtutibus mentis: & quia istæ non apparent exterius nisi modice ex quibusdam signis operum, & sancti non querunt uideri ab hominibus ut laudentur, sed potius occultant bona quæ præ aliis singulariter habent: Ideo pauci sancti modo in ecclesia & religionibus esse uidentur.

¶ Causæ autem quare cōmunitas in religione, præsertim nostra minorū deficit, sunt magis cōmunes inter alias. ¶ Prima est multitudo indifferens intrantium: quia multi nō possunt tā facile flecti sicut pauci: sicut nauis magna difficultus gubernatur q; parua, & ubi multa capita, multi sensus, qui nō possunt facile flecti ad unū.

Præsertim

Præsertim quia multi non bono genio donati, prauas suas inclinationes naturales sequentes, non facile possunt ad bonum induci & ordinari, maxime cum hæc nostra religio non omnibus expediat, ideo ab eius perfectione facilius degeneratur, de quo etiā uid. inf. fol. 13. cap. 2. q. 2. & 3. & c. ¶ Secunda causa, est defectus bonorum exemplorum: Nam cum substrahuntur qui primo ordinem in suo uigore tenuerunt, uel cum debilitantur in corpore non possunt iunioribus ardua rigoris exempla dare sicut prius: & iuniores qui prima opera non uiderunt, imitantur eos in hiis tantum quæ nunc uident, & fiunt remissi & sub specie discretionis, ne scipios sicut antiqui destruant, parcentes corpori: & quia internas uirtutes quas antiqui habent seu habuerunt, non agnoscunt, ubique neglecti sunt. Et quia tales antiqui non ualent modo eos exemplo præire, timent etiam eos uerbo corrigere ne sic scandalizentur. ¶ Tertia causa est, defectus magistrorum & prælatorum: Nam cum quisque nesciat docere quod non didicit, cum regimen ordinis deuoluitur ad istos iuuenes, in moribus tales nutrunt, quales & ipsi sunt: itaque iam priorum uita in fabulam uertitur non trahitur in exemplum: Immo & se putat meliores illis prioribus quo minus agnoscunt quæ sint perfectorum uirtutes: & dum exempla quædam exteriori quadam disciplina conseruant in choro uel processionali ingressu & huiusmodi (quod uel ut nam ita sit) audent impudenter asserere quod status ordinis nunque fuerit ita bonus. ¶ Quarta causa est, quod paulatim subintrant non bonæ consuetudines & relaxationes, quæ statim ab aliis trahuntur in exemplum. Et si aliqui zelum Dei habentes illa redarguunt, audacter defendunt alii, quare sibi non liceat quod alteri permittitur: & sic iam pro lege tenebitur, cum ex usu iam conueniens uideatur, itaque de cætero uix potest extirpari. Prælati quoque & si talia non diligent, tamen ne maius malum sequatur, dissimulant ut pacifice cum fratribus uiuant. Cunque una consuetudo talis facta fuit tolerabilis, consequenter introducitur alia quasi cohærens priori, & eam sequens, ut siilla admittitur, ista uetus tolleretur. Sicque abyssus abyssum inuocat, & unū malum trahit suo prodere & consuetudine ad aliud. Et Esaïæ 34. Pilosus clamat alter ad alterum, & fit cubile drachonum: & Iob 41. squama cohæres squamæ scutum excusationum facit, induens corpus Behemoth.

Quinta

¶ Quinta causa est. Occupationum frequenter emergentium: quæ cum corda distrahit, affectum deuotionis extinguit, mores alterat: Interius occasiones uitiorum inducit, & ne de sua correctione efficaciter cogitent, semper noua impedimenta religiosis innèt, donec tandem consuescant sola exteriora cogitare, & obscurato oculo conscientiae etiam cum desunt, occupationum causas impudenter quærere simul & euagationum: sicut Sampson cæcatus in carcere molam traxit. Iudicum 16.

¶ Sunt & alia causæ speciales quorundam ordinum, ut æ qualitas & iniustitia, & indifferentia meritorum, quia s. æque bene aluntur & tractantur bene meriti & male merti de Religione in sustentatione & honoribus. Vnde multi fiunt desides ad ea quæ sunt uirtutis & religionis. Item in aliquibus religionibus nimia inopia, ex qua coguntur fieri proprietarii, dum sibimet uidetur quis que prouidere, quia non prouidetur eis in communi. Item nimia opes, ex quibus fiunt carnales, superbi, & multipliciter uiciosi. Item frequentia & uagatio inter seculares, ex qua oritur materia multarum tentationum carnalium & aliorum uitiorum. Item frequens mutatio prælatorum, quæ & si pro parte bona sit, in quantum mali abiiciuntur, tamen in hoc nocua est, quod boni dum citio sperant absolui, non præsumunt aggressi, uel non proficiunt ut reformatum statum ordinis, & rebelles subditi potius laborant ut deponantur, quam ut status debite reformatur (adde quod ex hac mutatione crescit ambitio aliorum discholorum qui conantur & anhelant ut & ipsi habeant locum in aliqua prælatura ex quo uident passim alios aliis succedere (expertus loquor) sicque ex resecatione ambitionis unius indubie crescit & oritur multiplex ambitio aliorum. & quidem indignorum. Sicut ex resecatione unus capitis hydryæ serpentis, & sic unde malum in arctum, & minimum tollitur, inde peius exoritur. Item quia (urait) idem Bonaventura ibidem, si unus prælatus quandoque uult reformationi intendere, ab aliis quoquomodo impeditur, uel saltet non iuuatur ab hiis, quorum auxilio indiger, ut Prior non iuuatur ab Abate, uel Abbas ab Episcopo, uel inferior à superiori, uel superior ab inferioribus: unde rebelles subditi appellant, seu recurrunt ad illos quos sciunt sibi in sua rebellione fauere. Adde quod uel quadam crudeli misericordia relaxant & dissoluunt, quod pientis

D simo

## INTRODUCT. Q. III.

fimo rigore iustitiae est per inferiores prælatos secundum ordinis disciplinam ualde solidatum. Item si aliqui in uno loco diligenter reformari statum in melius, mittuntur ad alium locum ubi inueniunt quod quærebant. Ex his atq; aliis causis, status religionis deficit, ut nō solū fiat deterior, sed etiā quasi desperabilis, quod uix unquam nisi Deus ordinet, aliter reformatur. Nam ut ait Ger son 2. parte sum. Alphab. 39. litera o, de non esu carnium Carthusiens. semel lapsa religio, uix aut nunquam reparari potest, & facilius de nouo à fundamentis conditur, quam reformatur: præser-  
tim quia ut ait Bonauentura q. 29. super regulam: timendum est quod Diuina iustitia illos qui quāto amplius cognoverūt & spreu-  
erunt, & quibus maiora beneficia contulit & ingratuerunt, &  
grauius cæteris offenderunt, & frequentius cum indigne contra-  
stant atq; percipiunt: tanto magis exēcantur & indurantur &  
profundius eadem permittuntur, ut uidentes non uideant, & in-  
telligentes non intelligant, Esaiæ 6. & 28. & ut ait Psal. 68. fiat  
mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retributiones & in scan-  
dalum. Dorsum eorum semper incurua &c. ut & quotidie multa  
leuiter sine multa deliberatione statuant, eademq; destituant atq;  
restituant, ut tandem nil eorum exequantur: unde & omnia bene-  
statuta iam non nisi in fabulam & ludibriū ab omnibus habean-  
tur: quodq; hiis peius Diuinaq; promissionis signum est, ut hæc  
ipsa p̄ oculis quotidie habentes atq; uidentes non uideant ad ef-  
ficaciter prouidēdū: sed neq; pateat aditus remedii prædictoriū  
oīum malorum, quæ sunt principia etiam futurorum: sed sub qua-  
dam dissimulatione omnes iam capiant de impossibilitate solatiū  
¶ Cognitis igitur principiis malorum & deformationis religio-  
nis, cognoscitur etiam quod ab eis est incipienda reformatio: non  
à quibusdam cæmoniarum foliis, sed à radice. Nam ad radicem  
arboris explantandæ uel exscindendæ securis disciplinæ ponenda  
est. Per easdem etiam causas res decidit per quas nascitur, oppo-  
sto modo se habentes, ut Gerson Alphab. 35. litera x, dicit: &  
inde homo incipit surgere ubi lapsus est. Ideo nisi ab hiis omnibus si-  
nul incipiatur: ita tamen quod simul adsit potens auctoritas & ri-  
gurosa disciplina atq; punitio delictorū, descendens à capite sum-  
mo sicut unguentum quod descendit à capite s. sumino Pontifice  
in barbam s. ministri generalis. Deinde in brachia aliorum præla-

forum

torum inferiorum: certe nunquam defluet in uestimenta corporis Aaron s. communitatis religionis. Nam Deus infima per media,  
& media per superiora miro artificio iherarchico gubernat, & in  
cælo & in terra, ut est communis doctrina sanctorum.  
¶ Si dicas, si tam rigurose agitur & intenditur reformationi effica-  
citer, certe apostabunt plurimi. Respondeo illud Galath. 5. Vti-  
nam abscondantur qui uos conturbant. Nam ut ait Bonauentura  
q. 14. super regulam. Gratiae sunt Deo referendæ pro tanto be-  
neficio: Non quia apostolans etiam ad sæculum exiens peccauit  
frater, sed quia oues suas à contagiosa peste liberauit: ut inf. 2. ca.  
quæst. 21. latius dicetur. An s. liceat eiicere aliquem ab ordine?  
Nam minus malum est quod solus ille discholus damnetur in sæ-  
culo & inter peccatores, quam in religione inter sanctos, in scan-  
dalum aliorum: Sicut & melius est quod meretrix & nebula sit in  
lupanari quam in loco sancto religiosis sedeat abominatio iniqui-  
tatis. Vnde & ad hoc est notabile exemplum illius Catholice Re-  
ginæ Hispaniarum dominæ Helizabeth, de qua fertur, quod quā-  
do reformati fecit monasteria monialium, aliquæ illarum quæ à  
monasteriis fugerat in lupanari existentes canebant hymnos &c.  
Quibus auditis, quidam timoratae conscientiae uenerunt ad regi-  
nam, dicentes: O domina, magnam rationem oportet uos exhibere Deo de monialibus quæ ob uestram reformationem sunt in  
lupanari: quibus Regina sapientissima respondit, Optime factū  
est ut meretrix sit in suo loco sibi decenti s. in lupanari. Illa erat me-  
retrix in loco sancto, melius est ut sit in suo loco deceti. Sic in pro-  
posito. Qui in religione sunt obstinati contra obseruantiam ad  
quam tenentur & nolunt penuriam pati, nec regularibus astringi  
disciplinis, nec de sua professione curant, tales sunt in statu dāna-  
tionis: semper itaq; forte tales non cōuertentur ad bonū: melius  
est illos solos damnari in sæculo, quam in scandalum religionis &  
mundi, intra religionem uiuere deformate, ut dictum est. Quāto  
magis quod non fugerent nisi perditissimi obstinati, alii uero timē-  
tes Deum, agnoscerent statum suum, & libenter tandem conser-  
tirent bono, licet pro aliquo tempore sentirēt difficultatem & poe-  
nam: & cum hoc non est diffidendum de Dei misericordia qui o-  
portunè prouideret per suam gratiam, pro zelo & bonis inceptis,  
propter eius honorem: si tamen charitatue in oībus procedatur.

## INTRODVCT. Q. III.

Si dicatur quòd sic essent pauci in ordine, quòd esset dedecus religionis, quæ sic fortè periret. Respondeo, hoc non est timendum, Dominus enim cuius hoc opus est, mouerit cor eorum qui religioni expedirent ad honorem Dei, sicut in principiis ordinis factum est. Imo & potius sic conseruaretur religio, si in brachio extento & manu forti per prælatos & alios intenderetur eius reformationi, & ut seruaretur uita euangelica promissa Deo, ut Nicolaus 3. in declara. exiit dicit: & Proueb. 11. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: & econtra Prouerb. 29. Pestilentes dissipant ciuitatem &c. ut de hoc Adrianus in 12. quolib. Immo ut refert auctor conform conform. 9. artic. 7. Christus promisit B. Francisco dicens, Francisce, si uis ut habeā misericordiā de populo Christiano, fac quòd ordo tuus permaneat in quo positus est, quia nō remanet mihi plus de toto mundo. & ego promitto tibi quòd amore tui & ordinis tui, non permittam mundo euenire aliquā tribulationem. Sed ego dico tibi, quòd ipsi debent recedere ab ista via in qua posui eos, & prouocabunt me ad tantam iram, quòd ego insurgam contra eos, & uocabo dæmones & dabo eis potestatem omnem quam uoluerint, & ipsi tantum scandalum ponēt inter eos & mundum, quòd nullus ferē erit qui audeat portare habitum tuum nisi per sylvas. & quoniam mundus perdet fidem ordinis tui, non remanebit ultra lux, quia posui eos in lucem mundi: & beatus Franciscus dixit, Domine, de quo uiuent fratres mei in sylvis: Cui Christus, ego pascam eos sicut paui filios Israël in deserto de manna; quia isti tales erunt boni: & tunc redibunt ad primum statū in quo fuit ordo fundatus & inceptus. Nam in charitate perpetua plantauī hanc religionem: & scias quòd tantum diligō ipsam, quòd si quis fratribus reuersus ad uocatum morietur extra religionem, alterum remittam in religionem qui uice iphius habeat coronam eius, & si non esset natus, faciam ipsum nasci, & ut scias quòd uitam & religior em istam spontaneæ diligo, si in tota religione non remanerent nisi tres fratres, adhuc ipsa erit mea religio, & ipsam in perpetuum non relinquam, & usq; addiem iudicii perdurabit, hæc ibi. Ex quibus patet, quòd si ordo maneat in sua uocatione non peribit, & quòd non est curandū an sint nulli fratres in religione. Immo B. pater noster Franciscus dicebat. Vtinam fratres mei essent adeo pauci, ut quando hoīes uiderent illos

## INTRODVCT. Q. III. Fo. 15

illos, mirarentur. Ideo noster ordo multitudine obruitur, & infra aquas transgressionum uelut nauis onusta nimis subniergitur: Ideo indubitate uidetur, quòd stante multitudine fratrum, impossibile est iuxta puritatē regulæ totū ordinem reformari, quia pauci capiunt uerbum hoc, quāuis ad aliqualem reformationem possit forsitan procedi, non tam durabilem. quia impossibile est bene reformari, nisi ad puritatē regulæ perueniatur, & prædictis abusionibus & causis malorum prouideatur. Ideo multitudine fratrum est præcipue cauenda: quia hic noster status tam persestus (ut sup. q. 2. dictum est) expedit non nisi paucis, quia pauci sunt apti ad perfectionem (ut infra etiam 2. cap. q. 2. q. 3. dicitur) alioqui persesto status non proderit illis, sed oberit potius occasionaliter, propter eorum infirmitatem seu corruptionem. Cauendum ne dicatur illud ē saīa 9. cap. Multiplicasti gentem, sed non multiplicasti latitudinem &c. Alii autem ordines sunt cōmuniiores & obteruabiliores à communi hominum conditione, quorum pauci intelligunt aut volunt uiuere perfectissime, & omnino terrena omnia, & seipso contempnere atq; relinquere. Vnde hunc statum fratrum minorum, non nisi homines Apostolici, omniumq; rerum contemptores determinati se uidentes, & quibus omne deleūtamentum deliciarum honorum, abundantiaq; temporalis, tanquā onus graue esset ac virus, assūmere debent: non autem pueri, iudei nalo genio prædicti: ut sic per tales & si paucos & numero breui, tamen uirtute magnos tanquā per electos illos ccc. per Gedeonem, ut habetur Iudic. 7. i. per contemnenates temporalia, solū ad uitæ necessitatem ea habentes tanquā non habentes per affectionem, mundus & caro mirabiliter & exemplariter debelletur. Ideo enim tot conditions uoluit B. pater noster franciscus esse requisitas in ueniētibus ad ordinem, de quibus infra 2. cap. latius: Adeo ut dicat sanctus Bonaventura, quòd deberent tales esse parati ad martyrium, de quo infra cap. 2. latius dicitur. Sed interim dum prædicta non fiunt ad cōmunem ordinis reformationem, quia etiam (de quo sunt gratiæ Deo agendæ) nondum est tota nostra religio deformata: sunt enim in quilibet prouincia conuentus multi, & fratres particulares in omnibus conuentibus quāmplurimi, & multo plures quā olim obseruantissimæ & religiosæ, ad regulæ puritatē anhelantes atq; uiuentes

uiuentes, & de aliorum abusionibus quibus prouidere non pos-  
sunt coram Deo gementes: qui non inuoluuntur ullo modo pec-  
catis aliorum, ut latius de hoc dicetur infra cap. 10. quæst. 7. An  
subditi maculentur ex abusu aliorum & prælatorū. Nam de præ-  
lati an maculentur ex abusu aliorum & subditorū, si officia præ-  
lationis acceptant: etiam dicetur ibidem cap. 10. quæst. 7. Ideo ta-  
les boni fratres supradicti regulæ puritatem obseruantes inter a-  
lios peccatores non solum non reportant daminum ex hoc, sed &  
si uolunt cautè uiuere, magnum emolumentum habent: quia ad  
Rom. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum &c.  
Ideo ut ait Bonauentura q. 19. super regulam, quod non fit in co-  
muni, possunt tales facere in particulari: & quilibet proficere uolens in religione, cōuertit ad lucrum suum detrimentum aliorum:  
& sicut electorum gloria ex hoc maior erit, quod malorum admi-  
xti societati, eorum non imitantur exemplum qui sunt ipsis mate-  
ria tentationis & uirtutis exercenda: Ita boni religiosi nunquam  
tanti meriti fuissent apud Deum, si non à tepidorum frarrum defe-  
ctibus ad multiplicitis uirtutis luctam expediti fuissent assidue. Vn-  
de Apostolus inter cætera uirtutum suarum merita quibus se mi-  
nistrum Christi excellenter esse gloriatur, enumerat pericula in fal-  
sis fratribus, eoq; ei & aliis bonis, multiplex fit occasio uirtutis.  
Scilicet quod primo eorū prava exempla sunt bonis materia ten-  
tationis, & per cōsequens causa uictoriae. Secundo, quia zelo iu-  
stitiae contra eorum uitia accenduntur, & uruntur scandalis infir-  
morū. Tertio, quia eorum miseriis compatiuntur, sicut mater  
filio ad perditionem properanti. Quarto, quia magis laborant  
bonis exemplis eos corrigere, & monitis & orationibus & bene-  
ficiis. Quinto, quia distortos mores patienter tolerant, & iniurias  
eis propter iustitiam illatas. Sexto, quia ex eorum contuber-  
nio despectiones sustinent ab extraneis, quasi & ipsi sint tales. Se-  
ptimo, quia timidiores, ac per hoc humiliores fiunt, & ne cadant  
sunt sollicitores. Octavo, quia magis Deo referunt gratias, quod  
eos ne tales essent, benigne defenderit. Nono, quia ex malis iu-  
xta se positis, uirtutes iustorum clarissimis & pulchrius eluent. Ista  
& alia bona sunt quæ Deus elicit ex confortio malorum cum bo-  
nis. Sicut enim accidentale gaudium bonorum cumulat uisa pœ-  
na damnatorum, ita etiam in ecclesia quodammodo decorat re-  
stitudinem

Etitudinem iustorum deformitas iniquorum, disponente hoc Di-  
uina sapientia, quæ nihil inordinatum in omni regno dimittit. hæc  
Bonauentura.

¶ Sed si adhuc urgeat quis quærrens, Si tot boni sunt inter religio-  
sos, quare ergo tam studiose abscondunt facta sua, & celantur à  
secularibus? Suspectum est enim apud eos non esse bona occulta  
quæ sic celantur. Cur enim sic celantur cùm bona non sint neces-  
saria cælari?

¶ Respondeo secundum Bonauenturam q. 21. super regulam.  
Primo, ne de singulari bono laudati in uanam gloriam incident,  
& meritum perdant. Secundo, ne uitia aliqua & peccata (quæ fra-  
gilitas humana omnino uitare non potest) scandalizent aliquos,  
præsertim infirmos. Tertio, quædam solent abscondi à non intel-  
ligentibus, qui ea iudicarent mala esse ex sua stoliditate, seu infir-  
mitate animi, cùm tamen coram Deo licita sint, uel etiam merito  
ria: non propter hypocrisim, sed ne illi scandalizentur, qui non  
possunt omnium corda uidere & omnibus satisfacere: Quare hoc  
uel hoc fiat cùm seculares communiter rudes sint, & proni sæpius  
de religiosis sinistrè suspicari & interpretari: quia cùm uident eos  
refectionem accipere, iudicat eos carnales, Cùm eos uiderint hu-  
militer & temperatè iucundos, iudicant dissolutos, cùm zelo iu-  
stitiae carpere eorum uicia iudicant superbos & iracundos & huius  
modi: ideo oportet ab eis abscondi, & bona quæ agunt, unde pro-  
babiliter scandalizabuntur infirmi, Corinth. 8. Videte ne hæc mi-  
sericordia uestra offendiculum fiat infirmis. Ideo in aliquibus nos  
sumus sine culpa, quando s. de bonis nostris ex genere illiscanda-  
lizantur. Aliquando indigemus bona cautela, s. in actibus indif-  
ferentibus, ne illi scandalizentur. Aliquando nos sumus in culpa,  
quando s. ex ipso opere seu circumstantia eius damus eis causam  
scandali, & inale de nobis iudicandi: quia per nos tunc nomen re-  
ligionis blasphematur inter eos, & uituperabile facimus ministe-  
rium nostrum apud eos quibus debemus esse lumen sanæ doctri-  
næ, & forma recte uiuendi. Cùm autem despiciimur ab aliis sine  
causa, sine culpa nostra, tunc cedit ad multiplicem profectum no-  
strum. Primo, quia peccata nostra per hoc purgantur. Secundo,  
bona nostra magis tua sunt à uana gloria & laude humana. Ter-  
tio, humiliores reddimur coram hominibus. Quarto, cau-  
tiores

tiores sumus uerbis & factis ne opinionem eorum confirmemus. Quinto, minus sumus eis familiares, ac per hoc magis in cella cū Deo quieti. Sexto, patientiam magis discimus ex tali despectione. Septimo, interna consolatio spiritus impenditur quærentibus pro exteriori substracta. Octavo, maius meritum pro hiis omnibus coram Deo accrescit, & alia huiusmodi: hæc Bonauentura.

**V A E S T I O** Quarta. Vtrum ignorantia regulæ & declarationum excusat transgressores à mortali?

Respondeo quod quæcumque aliqualiter minuatur peccatum propter ignorantiam, Tamen ignorantia notabilis supina seu crassa (quæ est quando quis ex notabili negligentia inquirendi & sciendi ignorat quod scire tenetur) non excusat à mortali: Ratio est, quia quilibet tenetur scire illa, quæ tenetur adimplere, & ea quæ statui suo sunt necessaria. Quomodo enim quis seruare potest, si ignorat quod seruandum est? Qui enim tenetur ad aliquid, ex cōsequenti tenetur ad id sine quo illud impleri nō potest. Ex necessitate enim finis oritur necessitas mediorū necessariorū ad finem, ut est communis regula Aristot. & Theologorum. Sed omnis Religiosus professus, tenetur suam regulam & professionem seruare, ergo & scire, ita quod notabiliter non ignoret obligatoria & modum impletionis eorum. Sicut & nullus Christianus excusatur ob ignorantiam legis Christianæ s. mandatorum & fidei &c. Et multo minus excusat ignorantia affectata, quando s. quis non uult inquirere aut scire ut bene agat: Sed potius uult ignorare, ut quasi sic sine remorsu peccet, putans etiam se sic posse excusari in Diuino iudicio, cùm tamen iste plus peccet uoluntarius, incurriendo tenebras ignorantiae. De quo Pf. Noluit intelligere ut bene ageret. & lob 22. Qui dicunt Deo, recede à nobis scientiam uiarum tuarum nolumus: cuiusmodi sunt qui nolunt audire de regula, aut de lege ad quam tenentur, ne postea habeant remorsum conscientiae, seu (ut ipsi dicunt) scrupulum. Ethoc est signum satis urgens ad probandum quod regula s. lex Christi non seruatur, quod oditur sermo prudens & loquela opportuna collatio qd de ipsis & attinentibus ad ipsam regulam. s. legem Christi, Ioan. 8. Sermo meus non capit uos &c. & ibidem: Qui ex Deo est, uerba Dei audit, &c. Similiter quando zelatores regulæ appellentur

lantur scrupulosi: & cum hiis concordant communiter doctores, loquentes de ignorantia, ut est uidere in 2. dist. 22. & alibi & in sumis tit. ignorantia. de qua latius egimus in tractatu quem de ignorantia compeginus. Vnde & quatuor magistri in prologo super regulam dicunt idem aperte. Similiter Hugo in prologo dicit: Non excusat ignorantia regulæ professores eiusdem. Si quis nescit tenetur inquirire diligenter, non ambulat simpliciter, qui ambulat insipienter. Vnicuiq; suus status curandus est. Nunquam in ecclesia collatio prouida, sed assertio contentiosa reprobatur. hæc ille. Et ut etiam an frater Ioannes Pirrinus, ubi supra: & habetur in tertio tractatu lib. ordinis, fol. 167. Beatus pater noster Franciscus ualde affectabat ut omnes regulam scirent & de ea confabularentur prudenter, tamen sine contentione, ut patet in fine primæ regulæ, alias ignorâs culpabiliter, ignorabitur iuste. Math. 25. nescio uos. & Rom. 2. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quia declarationes domini Nicolai 3. & Clement. 5. sunt necessariæ ad uerum regulæ intellectum habendum, ut habetur infra 4. cap. q. 11. & latius cap. 10. q. 3. Ideo ignorantia earum non excusat, ut dictum est. In hoc tamen attendendū est, quod licet nulli liceat notabiliter ignorare regulam & declarationes, nō tamen omnes tenentur ex æquo scire omnia, & omnes subtilitates, tam gentes articulum de pecunia & paupertate, & huiusmodi sed quilibet secundum statum & qualitatem personæ tenetur diligenter scire uel laborare ut sciat, ita quod non notabiliter negligat. Nam iuuenis & indoctus non tenetur tot scire quot aut quantum pater antiquus, aut doctus, aut prælatus. Similiter qui est habens à natura, non tenetur quantum ingeniosus & huiusmodi. Sufficit enim omnibus fratribus laicis & iuuenibus, ut sciant ea quæ communiter tractantur per eos, & pertinentia ad pecuniam & paupertatem & huiusmodi generalia documenta & modificationes sine aliis subtilitatibus, dummodo humiliter subiaceant iudicio maiorum. Prælati autem, præsertim docti, tenentur scire omnia, etiam subtilitates quæ communiter contingunt in suo officio & casus communiter accidentes & frequenter: Immo & tenentur docere alios oportune. Ideo quando uiderint quod ex ignorantia communiter culpabiliter peccatur contra regulam, aut contra ius Diuinum tenentur. Prælati procurare ut per doctos doceantur: & similiter

militer iphi doctri tenentur studere ut sciant ad debite docendum; ignorantes indigentes tali doctrina. Sicut & pro reuelanda extrema necessitate corporali proxime tenetur quis laborare aut sollicitare ut habeat unde pro tunc illi prouideat, ut ait Adrianus in 4. de correctione fraterna: ut de hoc inf. cap. 10. q. 7. habetur late. Alioquin excusantur, sed plus uel minus peccant, secundum quod magis uel minus tenetur scire, & docere, attentis oibus circumstatiis personæ, status uel officii & casuum coiter accidentiū uel ecōtra: ut de hiis latius agunt doctores in suis sententiis, & summissæ in suis summis. ¶ Quòd si cōtra prædicta arguatur quòd qui sequitur uitā doctorum & prælatorum in ordine non uidetur peccare, etiā si ignoranter trāsgrediatur regulam, ut sunt simplices religiosi, qui uiuūt sicut uident uiuere literatos & prædicatores in ordine, quia non est iudicandū uiros coiter sic esse immemores suæ salutis, non obseruando ea aet ad quæ sciunt se teneri, alioqui totus ordo positus esset in ruina: præcipue cùm sic etiā uerbo docent sicut & uiuūt Et facit ad hoc Gregorius 1. Moralium, super illud Iob 1. Boues arabant, & asinæ paſcebantur iuxta illos: quòd si. simplices iuxta doctrinam & uitam maiorum ac doctorum debent uiuere, ex quibus uidetur, quòd fratres simplices per suam ignoratiā excusantur, sequendo uitam communem & doctrinam prælatorum suorum & literatorum seu prædicatorum ordinis. ¶ Respondeo primo, quòd multi sunt docti simpliciter, qui nō sunt docti secundū quid: s. in regula & pertinentibus ad religionem. Ideo in pertinentibus ad regulam, de istis non est curandum: sed tanq; indocti in hoc negotio habendi sunt: ex quo de tali materia non gustauerūt neq; se exercuerunt. ¶ Alii etiam sunt docti in pertinentibus ad regulam & religionem suam, quales debent esse omnes prælati & prædicatores & literati ordinis. & de hiis dico illud Math. 23. super cathedral Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, quæ dixerint uobis facite, secundum autem opera illorum nolite facere: hoc est quòd doctrina illorum sequenda est, dum non constat quòd contra regulam aut ueritatem docent: & sic excusantur simplices eorum doctrinam sequendo bono simplici & humili animo parati obedire ueritati, dum constiterit sufficienter. Nam contra ueritatem cognitam sufficienter, non est eis obediendum, ex quo tunc non docent neq; præcipiunt secundum cathedral ueritatis, sed secundum

cundum cathedral pestilentia & erroris: quando autem quis nō est certificatus de ueritate, stare debet iudicio prælatorum suorum, & literatorum aliorum: de quo latius inf. cap. 10. q. 2 dicetur. Sequendo autem uitam seu in ore eorum literatorum seu prælatorum, non excusantur à regulæ transgressione per ignorantiam: quia opera eorum nolite facere. Nam non uouerunt fratres uitam & mores illorum, sed regulam minorum: Nam & multi multa sciunt, se autem ipsos signorant: & multæ literæ multos ad insaniam vertunt. Tamen si quis ignorans ueritatem de aliquo bono aio, sequatur uitam illorum doctorum & prælatorum, quos rationabiliter estimat bonos, sollicitos de sua anima, & memores suæ salutis: putans quòd illi sciunt bene quid faciunt, & quòd non ita uiverent, nisi essent certificati quòd est licitum sic agere: tunc excusantur simplices sequendo uitam & exemplum illorū: quia in dubiis uita & exemplum bonorum sufficit pro regula uiuendi simplicibus, ut est regula Augustini, quam & Gerson maxime commendat & Gregorius, ubi supra innuit. ¶ Secundo si arguatur quòd nemo obligatur ad aliquid, nisi intendat se obligare ad id. Sed multi uel oēs, non intendunt se obligare nisi ad regulā secundum quod est in consuetudine quòd obseruetur seu ad uitam cōmunem, quæ est in consuetudine religionis. ergo non amplius tenentur ad regulæ obseruantiam, neq; aliud tenetur scire, nisi prout coiter obseruatur in consuetudine. ¶ Respondeo quòd quilibet(nisi aliud exprimat specialiter) intendit se saltē virtualiter obligare ad obseruantiam regulæ, quando talē uouet, quia sic uouet. Et ideo prius instruitur de illa, licet forte non ita plene ut deberet: quod præsertim accidit quando quod docetur ore, non firmatur opere seu exemplo. Igitur cùm quilibet absolute uoueat libenter regulā fratum minorum, non excusatur per ignorantiam, neq; per consuetudinem si eam non seruat, cùm scire teneatur eam regulam quam uouit. Nam ut ait Alex. Hall. regulam fratres uouerunt, non consuetudinem. Sitamen esset aliquis ita simplex quòd non caperet neq; intelligeret, talis posset aliquo modo excusari, quia non intellexit quod uouit, possetq; talis præsertim de licentia seu dispensatione Papæ, transire ad laxiorem religionem: attamen si uult in ordine manere quem uouit, tenetur regulæ puritatē obseruare, ex quo acceptat uotum. & concordat cū prædictis expressè sum-August. tit. Religios. §. 32. E 2 Quæstio.

 **V A E S T I O V.** Vtrum uiuere secundum declaratio-  
nes seu determinationes ecclesiarum & summorum Pontifi-  
cum & secundum gloss. doctorum approbatorum, sit  
uiuere secundum regulae puritatem, An necessario sit ad literam  
uiuendum?

¶ Respondeo, quod uiuendo secundum illas declarationes est ui-  
uere secundum regulae puritatem, & non est standum ad literam.  
Pro cuius probatione prius sunt notanda aliqua. Quorum pri-  
mum est, quod ut late habetur in tractatu defensorio contra deui-  
antes nota 1. &c. quod ecclesia & Papa simul & per se potest oes  
regulas & religiones seu ordines in Dei ecclesia approbare, con-  
firmare, uel infirmare & eas declarare, limitare & determinare seu  
mitigare, & etiam arrestare, ut patet expresse: quia circa maiores  
fidel causas & morum & negotia potest Papa predicta facere (ut  
habetur 24. q. 1. cap. Hæc est fides. & cap. & gloss. quod transla-  
tionem de officio lega. & cap. maiores de baptismo: & cap. per  
uenerabilem, extra qui filii sint legitimi: & cap. palam. 11. dist. cū  
sequentibus. & cap. non nos 4 o. dist. & 12. dist. cap. non decet,  
& cap. 19. c. si omnes sanctiones. & 24. q. 1. quoties. & ca. non  
turbatur. Ergo à fortiori id potest circa causas religionum &  
earum negotiorum: ut specialiter de hoc habetur cap. fin. de Religiosis  
domi. & cap. unico, eod. tit. lib. 6. & cap. cùm ad monasterium  
cum sequentibus de statu regul. & in Clementin. ne in agro, eod.  
tit. & cap. exiit, & exiui de uerb. signific. Nam cùm Papasupre  
mum gradum perfectionis in ecclesia teneat, ipse solus habet aliis  
ostendere uiam perfectionis, & ad eum est in hiis recurrentum,  
& in hoc est eius standum circa predicta omnia. Et quod  
hoc uoluerit B. Franciscus, tum quia ipse uoluit habere pro funda-  
mento suo, & suæ sacræ religionis obedientiam Papæ & Roma-  
næ ecclesiarum (ut patet primo cap. & ult.) & per consequens regu-  
lam non nisi approbatam & confirmatam per Papam & ecclesiam,  
sicq; non nisi determinationi, subiectioni, declarationi, & disposi-  
tioni sedis Apostolicæ subiectam, tam regulam quam religionem,  
quam seipsum. Nam neq; ipsa regula esset uera regula, neq; obser-  
uabilis, neq; obligatoria sine auctoritate, confirmatione & decla-  
ratione seu dispositione sedis Apostolicæ. Immo (etiam si opposi-  
tum uellet, quod absit) non poterat B. pater noster Franciscus im-  
pone-

ponere legem domino Papæ & ecclesiarum, quo ad predicta: ut 21.  
dist. cap. inferior, & de maiori. & obedientia. cap. solite.

¶ Secundo notandum quod doctores possunt etiam glosare seu  
interpretari regulam sicut & sacram scripturam. & eorum glossis  
seu interpretationibus est standum (dummodo non contraveniat  
iuri Diuino, naturali & humano, seu regulæ, seu declarationibus  
Pontificalibus) ut sunt expositiones Bonaventura, Hugo. &c.  
huiusmodi. Quia nullus debet proprio sensui initi temerari, &  
uiuere & intelligere regulam prout sibi uidetur, scilicet secundum  
patrum magistrorumq; fidei morum & regulæ sensum & tradicio-  
nes est sentiendum & uiuendum. Sunt enim multa uerba quæ pos-  
sunt trahi ad sensum quem sibi unusquisque sponte præsumperit,  
sed non oportet. Ideo oportet discere à maioribus secundum ue-  
ritatem traditam, ut habetur 3. 7. dist. cap. relatum. Ideo habetur  
Deut. 32. Interroga patres tuos & maiores tuos & di. tib. & cap.  
17. Si difficile & ambiguū apud te &c. Veniens ad sacerdotes &c.  
& Prouerb. 22. Ne transgrediaris terminos quos posuerunt pa-  
tres tui. super quæ Hieronymus, & habetur 24. q. 3. cap. transie-  
runt. Dicit transierunt terminos quando principes Iudæorum ali-  
ud prædicant, quam à patribus acceperunt. unde Leo Papa, & ha-  
betur 25. q. 1. cap. 3. Ea quæ ad perpetuam utilitatem generaliter  
sunt ordinata, nulla commutatione uariantur, neq; ad priuatum  
commodum trahantur &c. & sic non secundum suum proprium  
sensum, sed sensum doctorum est sentiendum de lege Christi & de  
regula nostra. Non enim est maioris autoritatis regula nostra, q  
euangelium, quod tamen glossas doctorum rationabiliter admit-  
tit: non distrahentes neq; minuentes, aut addentes, aut mutantes  
uerum sensum eius: sed exponentes latenter sensum. Nam ut ait  
Augustinus, Euangelium non stat in sonis & cortice uerborum,  
sed in medulla sensus & ueritate: alioqui litera occidit, spiritus ui-  
uiscat. Et quod B. pater noster Franciscus sic uoluerit, patet, ut  
ait Hugo in prologo super regulæ dicens: glossas super regulam  
non prohibet necessarias B. pater Franciscus, sed quæ extra ratio-  
nem literæ & iuxta intellectum alium, quasi aliud tradiderit & ali-  
ud intenderit fabricantes sic debere uel sic intelligi (ut ipse aperte  
in suo testamento ait) licet etiam sint multi qui sibi patere omnia  
clament, & expositione regulam non indigere, sed ad literam esse intel-

ligendam clare & obseruari uociferantur. hæc ille. Facit ad hoc quod sanctus Bonavent. & s. Bernardinus, & alii sanctissimi doctri. qui regulam exposuerunt, certe id non fecissent, si contra intentionem B. patris nostri Francisci id cognouissent: si etiā non esse necessarias tales expositiones non uidissent. ergo.

¶ Tertio notandum, quod est magna differentia inter dispensationem, interpretationem, limitationem & declarationem. Nam ut ait Angelus in moralibus cap. 14. Dispensatio proprie est iuris, (alias obligantis) relaxatio ab auctoritate habente ( quæ si pro semper fiat & totaliter uocatur abrogatio. Si ad tempus uel si pro parte dicitur derogatio). Dixi (alias obligant.) per quod ab interpretatione differt. Nam legum conditores certis emergentibus causis leges suas pro tunc obligare non intendunt. In quibus casibus is qui indicat hanc uel illam legem nō obligare, non per hoc dispensat, sed potius talem legem interpretatur. Dispensat igitur quis, quando legis alias pro tunc obligantis obligationem tollit, seu quo ad culpā tantum, seu quo ad pœnā tantum, seu quo ad utrumq; simul. Interpretatio itaq; est discretio casuū in quibus lex obligat, & in quibus non: aut eorū ad quæ & quō extenditur, & illorum ad quæ nō. Exemplū prīmi, utpote quando quis indicat præceptum ieunii, aut uotum non ligare in casu extremæ necessitatis. Exemplū secundæ, utpote docere nomine furti prohiberi reliquias damnificationes in bonis fortunæ. nomine autem homicidii, alias in bono corporis læsiones, & ita in reliquis præceptis decalogi. Declaratio autem est iuris obſcuri elucidatio, seu obſcuritatis eius enodatio claram rei præbens intelligentiam. Limitatio uero eius est obſeruantia legis iam datae pro tempore, loco, modo, aut alia circumstantia determinatio sive institutio. Ideo ne obſeruatoribus sit confusio. Ius humanū præfigurat tempora, loca, modos & alias circumstantias: quarum institutio propriè dicitur iuris limitatio, hæc ille. Dæpetamen uocabula confunduntur, ut interpretatio, declaratio, expositio q; pro eodem accipiatur, cōmuniſ tamē iam declaratio dicitur Papalis, expositio autem doctoralis.

¶ Differt etiam interpretatio seu declaratio, seu expositio Papalis à

lis à doctorali: in hoc s. non faciendo uim in uocabulo, sed in re. Nam secundum August. de Anchona in libro de potestate Papæ, q. 67. art. 1. licet magistri & doctores ualeant canones leges, & alia Apostolica priuilegia interpretari: sed interpretationes eorū non coguntur iudices nec nos obſeruare in foro conscientia & iudiciorū. Secus est de interpretatione Papæ, seu declaratio quæ iudices compelluntur obſeruare, & magistri tenentur in scholis doceare & prædicare, & quia eis est in utroq; foro humiliſtādum sine contradictione illa nisi (forte quod absit) aliquando apparatur error manifeste. Insuper quia interpretatio seu declaratio doctorum est per modum disputationis & expositionis tantum per quirendo sanum intellectum uerborum legis seu regulæ, sine additione & diminutione aut limitatione aliqua. Sed interpretatio Papæ est per modum determinationis, eo quod sua determinatione ligat omnes ad tenendum ipsam (non sic interpretatio magistrorum) Similiter interpretatio seu declaratio Papæ potest esse cum additione, diminutione, seu limitatione sensus & uerborum legis & regulæ, super quam ad prædicta seu ad aliqua eorum habet auctoritatē, quales sunt omnes regulæ & religiones super quas quo ad omnia supradicta Papa habet auctoritatem supremam (super euangelium autem an habeat tantam auctoritatem alibi est disputandum). ¶ Hiis ergo suppositis probatur supradicta Responsio ad quæſtionem.

Nam regula seruatur secundum suam puritatem quando seruatur & uiuitur secundum eius uerū sensum principaliter intentum à B. patre nostro Francisco eius institutore. hoc autem fit quando seruatur & uiuitur secundum declarationes eius Papales, & secundum ueras doctorum expositiones, ut patet ex notabilibus præcedentibus: ergo in tali obſeruātia & uita, secundum regulæ declarationes & expositiones prædictas, est puritas falus & perfectio uitæ in regula promissa. Neq; per eas derogatur ullo modo ipsius regulæ perfectioni aut puritati.

¶ Item secundo, probatur, quia si in prædictis declarationibus aliquid perfectiō aut puritati regulæ promissæ derogaretur: hoc esset, aut quia ecclesia errauit ipsam regulam, si erat inobſeruabilis approbando: uel ipsam obſeruabilem relaxando per declarationem ex errore factam contra mentem regulæ (quod est im-

impium asserere simul & erroneum) aut quia de ipsa regula obseruabili aliquid de eius perfectione & puritate promissa per suas declarationes ecclesia non ex errore, sed ex proposito subtraxit sine aliqua rationabili causa, quod etiam est impium dicere, s. quod ecclesia dedit nobis causam recalcitrandi à perfectione in regula promissa: contra illud, nemo mittens man. ad aratrum &c. & per consequens, quod ecclesia daret leges & declarationes iniquas & retrahentes à perfectione & puritate promissa, sicq; ecclesia non semper esset sancta.

¶ Item tertio, quia in prædictis declarationibus, præsertim in declaratione Nicolai 3. sæpius dicitur quod prædicta declaratio est ad puritatem & perfectionem in regula promissam omnino & plene obseruandam: & quod per eānullo modo regulæ puritati substrahitur: sed quod intentioni B. patris nostri Francisci talis declaratio conformatur ut est uidere præcipue in prologo & in articulo tertio, & in aliis articulis eiusdem declarationis aperte: quæ uera propter uitandam prolixitatem hīc omittuntur, & in declarat. Clemen. 5. idem etiam patet. Sicut enim multa recepit sancta mater ecclesia per Apostolos & alios sanctos uiros, quæ in euangelio non habentur, non tamē ideo derogatur euangelio, sed Christi intentioni per hæc ecclesia conformatur, ut habetur 11. dist. in hiis, & cap. ecclesiasticarum. & cap. cū Marthæ, de celebrat. mis. Sic in proposito de intentione B. patris Francisci dicendū est cum domino Nicol. 3. & Gregorio 9. in sua declaratione. & de B. Bonauentura &c. eiusmodi sanctis regulæ expositoribus.

¶ Restat ergo quod in uiuendo secundum huiusmodi declarationes regulæ à SS. per ecclesiam æditas est uera regulæ perfectio & ipsius puritatis promissæ plena obseruantia: licet in aliquo uideatur rigor literæ ipsius regulæ rationabiliter mitigatus. Sic enim uoluit & intendit B. pater noster Franciscus obseruare. In prædictis omnibus supponitur ecclesia determinare, quod in prædictis declarationibus Nicolai 3. & Clemen. 5. determinatur: tū quia sedes Apostolica id fecit: tum quia in consilio Viennensi est ultraq; declaratio approbata, ut in tit. eiusdem declarationis Clement. 5. habetur, quæ etiam approbat declarationem domini Nicolaiz. ¶ Notandum etiam ad prædicta, quod bene stat quod unus seruet strictius & purius alio regulam & declarationes

&amp;

& tamen uterq; puritatem regulæ seruat seu declarationem, ut tenetur. Sunt enim gradus latitudinis in pura regulæ obseruantia: sicut & in obseruantia legis euangelicæ & consiliorum & mandatorum. Item notandum quod semper dictum est, quod seruando regulam secundum declarationes & dispositionem Papæ & ecclesiæ, & expositiones ueras doctorum, seruatur puritas regulæ & perfectio: non autem quando uiuitur secundū dispensationes aliquas relaxantes regulam à quibusdam impetratas, seu potius extortas à sede Apostolica per ueras seu falsas relationes: tunc enim non seruatur puritas regulæ. An autem qui sic uiuunt secundū tales dispensationes, sunt in malo statu? Dic quod non: si rationabiliter ex rationabili & uera causa sunt concessæ seu habitæ tales dispensationes, alias sic: ut de hoc latius dicetur infra, cap. 10. q. 4. ibi uideatur, & secundum hoc piè interpretetur aut refutetur dictum quod habetur in quo ddam Enchiridio fratrum minorum, fol. 78. dubio 18. ut habetur infra cap. 10. q. 5. in 2. notabili.

¶ Quod si contra prædicta quis arguat quod B. Franciscus noluit glossas mitti in regulam, sed ad literam obseruari, ut patet in eius testamento, & ut refert auctor conform. conf. 9. ut habetur sup. q. 1. quod Christus ei dixit, quod ad literam uolebat regulam obseruari. Item quia Hugo dicit quod omnes declarationes super regulam factæ fuerunt condescendentes imperfectiōi, & prouidentes transgressioni.

¶ Item ad hoc faciunt multæ reuelationes factæ B. Francisco, de hoc ad literam, &c. ut legitur in Floreto & alibi. Ex quibus omnibus uidetur concludendum, quod uiuere secundū declarationes & glossas præfatas, non est uiuere secundū mentem & intentionem B. Francisci, neq; secundū regulæ puritatem, neq; secundū eius perfectam obseruantiam: quāmis bene sit salus uiuendo secundū prædictas declarationes & expositiones bene intellectas & obseruatas.

¶ Respondeo, negando consequentiam, & ad primam probationem antecedentis, cùm allegatur illud de testamento B. Francis. dico quod nullius sunt obligationis, ut declarat Gregorius 9. & Nicol. 3. Item quod per id non potuit nec uoluit B. Franciscus leges ponere ecclesiæ & domino Papæ, ne disponeret sicut uideret expedire. Immo nec successoribus ipsius B. Francisci, ut declarat dominus Nicolaus 3. Sed uoluit ibi prohibe

F. re glossas

bere glossas extortas, ut sup. in 2. notabili dictum est: & dispensationes generales relaxantes, ut proxime dictum est, & nil aliud ibi intendit, ut patet ex dictis. Immo nec credendum est prohibere etiam dispensationes aliquas, aut relaxationes aliquando circa aliqua præcepta regulæ concernentia, exteriore aliquas obseruantias corporales. Nam in diuersis locis regulæ id concedit, non dico per Papam, sed etiam per prælatos ordinis, ut de equitando, & habendo calcamenti, & de non ieiunando in necessitate, ut patet in regula de similibus. Immo hoc est regulare in omnibus regulis quod fiat dispensatio in huiusmodi, præterquam in essentia libus, dum talis dispensatio deseruit necessitatì & charitati secundum s. Bernardinum, de quo latius infra cap. 10. q. 4.

¶ Ad aliud de auctor. conform. ad literam ad literam, &c.

Respondeo quod intelligitur secundum sensum literalem principaliter intentum, cuiusmodi est qui secundum declarationes & expositiones prædictas habetur ut dictum est, non autem intelligitur (ad literam) Iudaice, i. ad corticem & sonum uerborū: nam plerumq; dum proprietas uerborum attenditur sensus ueritatis amittitur, ut in cap. præterea, de uerborum sign. & ibi glossa dicit quod uerba à sua significatione cadunt, cum res salua aliter esse non potest: quia secundum Hylarium, & habetur de uerb. sig. capit. Intelligentia. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermonires, sed rei est sermo subiectus. & idem aperte dicit Nic. 3. in sua declaratione, art. 1. & Clemens 5. in sua. Quod etiam patet in proposito: quia si ad literam ut sonat tātum regulæ est standum, ergo non liceret guardianis recipere aliquos ad ordinem de licentia speciali ministrorum, sed deberent ad literam mitti ad prouinciales, ut habetur cap. 2. Similiter neq; guardiani possent fratum necessitatibus induendorū, & infirmorum prouidere: quia 4. cap. habetur, quod ministri tantum & custodes id faciant. Custodes enim ad literam alii sunt à guardianis. Item quod nisi à solo ministro generali examinetur quis, non potest prædicare, ut cap. 9. Item quod liceret habere guardianos ex quo de eis in regula non fit mentio. Ad aliud dictum Hugonis, dico quod intelligitur sic, s. quod propter infirmos sancti patres & doctores ecclesie & ordinis decreuerunt regulæ mitigare & temperare rigorem, secundum mentem B. patris Francisci. Nec propter

pter hoc creduntur destruxisse regulam & eius puritatem & perfectionem, neq; ei in aliquo derogasse, ut etiā B. Bernardus in sua apologia contra quendam qui istiusmodi dicebat uelle regulā ad literam obseruare, sine aliqua dispensatione dicit sic. Si regulam ab oībus qui eam professi sunt ad literam, censes esse tenendam ut nullam omnino dispensationem admitti patiaris, audacter dico quod nec tu nec ille eam teneatis. Nam & si ille quantum quidein pertinet ad obseruantias corporeas in pluribus offendit. Impossibile est te quoq; uel in uno non transgredi. Scis autem quod qui in uno offendit, omnium est reus. Si uero concedis aliqua posse dispensatiuē mutari, proculdubio & tu illam tenes & ille quanq; dissimiliter. Nam tu quidem districtius, at ille fortasse discretius, hæc Bernardus, & idem in sententia. Hugo in 2. cap. ubi de calciamētis agitur, dicit, ut infra patebit cap. 2. q. 23. igitur sic ipse Hugo intelligendus est, ut dictum est.

Neq; obstat quod in prædictis declarationibus Papalibus sunt aliquæ dispensationes, relaxationes, mitigationes aut extensiones de quibus nil in regula habetur, neq; eis beatus Franciscus usus est. Dico enim quod in eis nil agitur aut habetur contra regulæ puritatem obligatoriam aut promissam: Sed solū ibi ponuntur declarando & determinando seu disponendo, quod non aliter per regulam obligamur, ut sic sciatur quomodo quisque suam debeat intelligere professionem, & ad quæ teneatur & quomodo. Neq; tales dispensationes prædictæ discrepant à regulæ puritate & intentione beati Francisci & regulæ fundamentis directe uel indirecte, ut dictum est. & patet per singula discurrere uolenti quod si aliquæ extensiones uel modificationes fiunt in prædictis declarationibus circa aliqua, hoc fit ex necessitate uel utilitate instantē, & ut melius charitati & eius profectui deseruiatur, neq; in hiis etiam fit contra regulæ puritatem aut contra intentionem beati Francisci, ut dictum est. Et licet beatus pater Franciscus rigorosius illa uel alia seruauerit, nos tamen nō tenemur ex nostra professione ad illum gradum puritatis seu perfectionis beati Francisci circa hæc. Sed ad ea quæ in regula continentur secundum eius uerum sensum. supradictum & non ad supremum gradum puritatis obseruantia, ut dictum est.

**I**llæ uero reuelationes quæ habentur in Floreto & alibi, quæ ui-  
dentur aliud dicere, dic quòd debent secundum prædicta intelli-  
gi & moderari, si obligatoriè loqui uideantur & uniuersaliter. Et  
randum tenendum est, quòd uiuendo secundum prædictas decla-  
rationes & expositiōes est uiuere secundum regulæ puritatem pro-  
missam, & secundum intentionem B. Francisci, qui uoluit nos es-  
se in omnibus subiectos pedibus sanctæ ecclesiæ, stabiles in fide  
catholica & humilitate, quia & sic uiuendo sunt multi sancti in or-  
dine etiam canonizati: sicq; in omnibus ferè capitulis generalibus  
& prouincialibus est determinatum & oppositum tenere, erronea  
superbia est. Sed an nunc communiter secundum eas uiuatur,  
examinet qui uolet per singula discurrendo, de quibus in hoc tra-  
statu latius agitur, & potest ibi uideri secundum subiectam mate-  
riam.

**V A E S T I O VI.** Quæritur quæ declarationes sunt te-  
nendæ & seruandæ: secundum quas uiuendo regulæ puri-  
tas obligatoria seruabitur. Similiter quæ statuta tenen-  
da sunt & seruanda?

**R**espondeo primo quoad declarationes Papales, dico quòd de-  
claratio domini Nicolai 3. quæ habetur in libro ordinis fol. 8. in  
2. tractatu: & declaratio D. Clement. 5. quæ habetur fol. 12. in 3.  
tractatu, & lib. 6. & in Clemen. tit. de uerb. sig. quæ sunt appro-  
batæ in concilio Viennen. Similiter & declaratio D. Ioannis 2 2.  
quorundam exigit, quæ habetur in 3. tractatu lib. ordinis, fol. 16  
quo ad illa de quibus agunt omnes prædictæ tres declarationes  
sunt tenendæ & seruandæ (& secundum eas uiuendo seruatur pu-  
ritas regulæ) quia istæ declarationes sunt approbatæ in omnibus  
ferè capitulis generalibus ordinis, ut patet in tabul. 16. & 19. uica-  
rii generalis, & in constitutionibus g. ordinis: præsertim Nicol. 3.  
& Clemen. 5. Ideo de declarationibus prioribus factis à D. Gre-  
gorio 9. Inno. 4. & Gregorio 11. non est curādum quo  
ad ea de quibus tractant prædictæ tres declarationes supradictæ.  
Tum quia quicquid boni erat in illis, melius est possum in decla-  
ratione Nicol. 3. & Clemen. 5. Tum etiam, quia sic uoluit D. Ni-  
colaus 3. in sua declaratione, quòd s. quo ad ea quæ in sua decla-  
ratione continentur, sua tantum declaratio seruetur, cæteris reie-  
ctis

**E**tis, ut patet in fine ipsius declarationis Nicol. 3. Et quāmuis in  
aliquis uideri possit quòd quo ad tres articulos. s. quoad recur-  
sum fratrum peccantium in referuatis ad suos min. prouinciales,  
& quoad reform. se cum aliis in officio Diuino, & quo ad expul-  
sionem incorrigibilium, possimus sequi declarationes prædictas,  
Grego. 9. Innocen. & Alex. ex quo de istis articulis nihil loqua-  
tur declaration. Nicol. 3. & Clemēt. 5. tamen adhuc quo ad hos  
tres articulos, iam de nihilo, uel parum, seruiunt nobis prædictæ  
declarationes Gregorii, Innocentii, & Alex. tum quia ipse D. Ni-  
colaus 3. in fine suæ declarationis ex præcisa cæterorum articulo-  
rum taxatione, quam in sua declaratione facit, uidetur nobis pro-  
hibere ne s. iā possimus uti præfatis declarationibus suorum præ-  
decessorum, tanquam iam ab eodem annullatis: tum etiam quia  
iam aliter prouisum est circa prædictos articulos per priuilegia &  
per constitutiones g. auctoritate Apostolica confirmatas (ut in-  
fra patebit in suis locis, quando de ipsis agendum est) & sic tenet  
speculum fratrum minorum ff. 2. & 3. Sed notandum quòd pro-  
hibitio & censuræ latæ à Nicol. 3. in fine suæ declarationis contra  
glossantes, & legentes aliter eam quam ipse ibi decernit. Iam sunt  
reuocatæ per Ioannem 2 2. ut de hoc habetur latius infra cap. 12.  
q. 3. in fine huius tractatus ibi uide. Declaratio autem alia, seu  
decretalis D. Ioannis 2 2. quæ ponitur in extrauagant. quæ inci-  
pit, ad conditorem, in quantum tangit statum fratrum minorum,  
& in quantum contrariatur prædictis declarationibus Nicol. 3. &  
Clemen. 5. est nullius ualoris: tum quia ipse sic reuocauit prope  
mortem, ut habetur in tab. 19. uic. generalis fol. 2 2 7. sic declara-  
tum, tum etiam, quia post ipsum alii Pontifices confirmauerūt &  
reualidauerunt prædictas declarationes Nicol. 3. & Clemēt. non  
obstan. prædicta extrauagan. Ioannis 2 2. ut patet in cōsūit. Mar-  
tini 5. & earum reualidatione, ut habetur in libro ordinis 3. tract.  
fol. 2 3 1. & 1. tract. fol. 3 8. & fol. 3 6. & Alex. 6. ff. 7 5. ut latius  
habetur in compendio priuileg. ordin. mendicantium, tit. pau-  
pertas: & in hoc tractatu infra secundum subiectam materiam po-  
nentur omnia. Tum etiam, quia maioris auctoritatis sunt illæ de-  
clarationes D. Nicolai 3. & Clement. 5. quæ in concilio Viennen.  
confirmatæ sunt & approbatæ, quam illa extrauagans ad condi-  
torem domini Ioannis 2 2. quæ non sic est in concilio ædita negat  
approbatæ

approbata, quam etiam indignatione commotus adidit dominus Ioann. 2. ut est uidere in dialogis Okan. & si est contrarietas, inter prædictam decretalem domini Ioannis 2. & inter declaracionem D. Nicolai 3. & Clemen. 5. & aliorum, certe potius est dicendum dominum loannem 2. errasse ( sicut & Papa potest errare, & esse hæreticus: Sic ut & Episcopus Ablens. in suis defensionib. 2. parte, cap. 3. dicit, quod loannes hæreticauit aliquando, de qui bus latius o kam ubi supra. & alibi, & Gerson illum sequens, saepius dicit & probat, de qua materia alibi agendum est, quāmuis alii oppositum teneant, & quidem non rationabiliter ) potius ergo est dicendum Ioan. 2. errasse, quām ecclesiam, seu cōcilium approbans prædictas declarationes Clemen. 5. & Nicol. 3. si alii cubi error aut contrarietas est: sed melius est eam cōcordare cum aliis, ut inf. 6. cap. & c. q. 1. ibi concordatur propter reuerentiam auctoritatis Papalis. Ideo ait speculum fratum min. ff. 13. quod si aliqui prædicta attenderent ( facta collatione cum extrauagau. Ioan. 2. ) intelligerent quanti essent uigoris prædictæ declarat. domini Nicolai 3. & Clement. 5. & non imprimarent illam extra uagantem cum aliis extrauagantibus, ergo. Notandum quod constitut. & priuile. Martini 4. & 5. dispensans quo ad syndicum, ut inf. 4. cap. q. 16. habetur, potest seruari licite & seruatur in multis partibus, non obstan. prædictis declarationibus Nicolai 3. & Clement. 5. ¶ Sed & notandum, quod Sixtus 4. in priuile. circumspecta sedis fol. 22. in lib. ordinis statuit & decreuit, quod fratres ordinis subditi & prælati quicunq; qui pro tempore fuerint, nulla ecclesiastica censura, nulloq; mortalis peccati uinculo ligari ualeant ex statutis consuetudinibus uel declarationibus dicti ordinis ( præter regulam ) quomodolibet & à quibuscumq; æditis, etiam confirmatione Apostolica, uel quavis alia firmitate roboratis, illis cōtra faciendo, nisi tales essent casus uel excessus, qui Diuina lege aut præcepto Romanæ ecclesiæ merito induceret ad mortale, ac etiam censuras & pœnas aliter latae reuocauit & annullauit, illasq; ad uim comminationis pœnarum comminatoriarum & inferendarum seu ad corporales & temporales pœnas per prælatos supradictos omnes ferendas & infligendas reduxit. Vo luitq; similiiter quod ministri & custodes, guardiani & alii prælati possint ferre & promulgare corporales & temporales, seu alias pœnas.

pœnas pro non obseruatione dictorum statutorum secundū qualitatem personarum, locorum & temporum, ac alias secundum quod uidebitur saluti animarum fratum eorundem in Domino expedire, ac etiam delinquentes ab illis absolui, hæc ille. Ex quo uidetur aliquibus quod iam non ligant ad culpam declarat. D. Nicolai 3. & Clemen. 5. & c. quo ad ea quæ præcipiuntur præter regulam, utpote à domino accedendum seu loquendum cum monachis alibus : & alia eiulmodi, quæ in regula continentur formaliter & expresse, seu uirtualiter aut implicite: & eorum ratio est, quia de omnibus declarationibus dicti ordinis nostri .i. pro nostro ordine tantum specialiter factis, à quibuscumq; uidetur loqui Sixtus 4. ubi supra, ut patet ex dictis, & patet ex relatione contenta in ipso priuilegio, ubi dicitur, quod quia nonnulli Roman. Pontifices prædecessores nostri ac alii etiam generales & fratres ipsius ordinis seruore deuotionis accensi, ultra dictam regulam nonnulla statuta & ordinationes fecerunt, &c. & infra dicitur ibidem: non obstante statutis & ordinationibus & declarationibus præmissis quibus quo ad hoc expresse derogamus, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, &c. ex quibus uidetur intentum. Sed collectio compen. tit. statuta ordinis tenet oppositum quod si. prædictum priuilegium Sixti 4. intelligitur tantum de declarationibus factis per fratres, aut per ipsum ordinem, & per ipsum Papam approbat, quia dicitur ( uel declarationibus dicti ordinis ) i. in dicto ordine factis à quibuscumq; intra ipsum ordinem existentibus & non intelligitur de declarationibus regulæ à summis Pontificibus factis, præsertim D. Nicol. 3. & Clemen. 5. quæ existunt in corpore juris. Ad quarum reuocationem oportebat fieri mentionem speciale earum, aut ponи clausulas sufficienter derogatorias, quæ non ponuntur in dicto priuilegio Sixti 4. Sed lector prudens eligat quod melius uidetur & uerius. Nam si Sixtus 4. loqueretur de declarationibus Papalibus, etiam Nicolai 3. & Clement. 5. ut dicunt illi de prima opinione, certe salubriter esset prouisum, & uidetur quod pro nunc illa prima opinio probabilior, quod si non sic loquitur de illis, plane non uidetur contra regulæ puritatem quod à domino Papa procuraretur id quod Sixtus 4. in prædicta bulla disponit quod disponeretur etiam circa declarationem domini Nicolai 3. & Clemen. 5. circa ea quæ continent præter

præter regulam, ut sic tollantur tot peccata. Nam & sic consulit & optat fieri auctor tractatus decem plag. paupertatis, in 8. plaga & post 10. plagam iterum: immo & absolute uidetur dicendum, quod declaratio Nicolai & Clementis non obligat ad culpam ex iuri declarationis: ut hoc latius agitur infra cap. 10. q. 3. ibi uideatur. Quomodo ad ea uero quæ in dicto priuil. Sixti 4. continetur, quo ad constitutiones ordinis inf. cap. 10. q. 3. & cap. 7. q. 4. dicetur, cum de ipsis agetur. Patet etiam ex dictis quod de doctrinæ ribus aliquibus seu expeditoribus regulæ, aut de eorum dictis non est curandum quomodo contra aliqua contenta in prædictis tribus declaration. Nicolai 3. & Clemen. 5. & Ioan. 22. quorūdam exigit, aliquid loquuntur: quia aliqui eorum, utpote Bonauentura, Hugo, & quatuor magistri, & alii fuerunt in prædictas declarationes. Ideo non mirandum si aliter aliquando loquantur, ante quam esset per ecclesiam aliter dispositum aut declaratum. Alii autem doctores fuerunt post prædictas declarationes, & forte ex inaduentia sequendo priores expositores, aliquando aliter loquuti sunt contra prædictas declarationes. Ideo ut dictum est, de eis non est curandum contra prædictas declarationes quæ habent primum locum, ut patet ex dictis hic, & in quæstione præcedenti.

Secundo, quoad constitutiones ordinis. Dico quod standum est eis quæ pro tempore uigerint. Quæ autem sunt quæ uigorem habent, dico quod de hec non potest dari certa doctrina (cum quotidianè ferentur) modo talis uariatio fiat rationabiliter, modo non. Meum enim non est hoc nunc curare, sed admonere. Nam cismontani .i. Hispani, habent suas constitutiones. Barchimonnes. Ultramontani autem, s. Itali & eiusmodi habent suas Martinianas, & saepe ut dictum est apud ulrosq; utræq; uariantur. Tabulae autem definitionum cap. 9. semper uidentur manere in suo robore: quia & sic semper fieri (quatumcunque uariantur statuta generalia) decernitur quod maneant tabulae prædictæ, in quantum non contrariantur statutis g. roboratis, ut patet. Tandem in tabula cap. g. Tolosani, anno Domini 1532. celebratis, ubi sic dicitur Statuta Barchinon. iuxta ordinationem cap. g. Parmensis mutatis mutandis obseruentur, omnibus aliis statutis reuocatis & nullatis: demptis tabulis definitionum, in quantum præfatis statutis non contrariatur, hæc ibi. In tabul. autem 7. uic. gener. habet usq;

habetur folio 23. 6. declaratum, quod per ea quæ in tabu. 16. capit. g. præcedentis scribuntur sic, s. (omnium aliorum statutorum obligationem, quo ad culpam auferimus) non intelliguntur alia statuta generalia, uel per uim fuisse reuocata, quin ea quæ continent ad utilitatem morum & correctionem delinquentium (exceptis censuris & suspensionibus seu priuationibus, quæ ipso facto inferuntur) debeant posse seruari: ac malitiosè transgredientes, ut expedire uidebitur, dcbeant propterea priuari, hæc ibi. Immo ubi constitutiones g. prædictæ non sufficerent, recurratur ad alias constitutiones ordinis & Papæ pro manu tenentia ordinis, ut habetur in tabulis. 6. vi. g. & in tab. 18. fol. 227. & 19. uica. g. habetur, quod unaquæq; prouintia maneat in suis constitutionibus, dummodo non repugnant legi Diuinæ uel naturali, uel regulis ecclesiæ, uel declarationibus Nicolai 3. & Clementis 5. & constitutionibus generalibus Barchinonen. Notandum etiam quod alia statuta etiam si non ualeant ad obligandum aliquo modo ad eorum obseruantiam, possunt tamen ualere ad notitiam aliquorum dubiorum & huiusmodi, ut bene notatur in 2. lib. ordinis. ff. 294. Quomodo autem talia statuta obligent ad culpam quomodo non, & quomodo ad penas ibi contentas & censuras ipso facto, quomodo non, latius agendum est infra cap. 10. quæstione 3. & cap. 7. q. 4. Ibi enim agendum est de obedientia debita regulæ, prælatis & statutis exhibenda, & qualis & quâta sit eorum transgressio: & quomodo ad ea omnia subditus obligatur.

Nunc autem solùm dictum est quibus declarationibus & constitutionibus ad puram regulæ obseruantiam remur.

G. Inno-

**In nomine Domini incipit Regula & vita Minorum fratrum,**

## C A P V T I.



**E**Gula, & vita minorum fratrum hæc est: scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangeliū obseruare, uiuendo in obedientia sine proprio in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam & reuerētiā D. Papæ Honorio ac successoribus eius, canonice intrantibus & Ecclesiæ Romanæ. Et alij fratres teneātur fratri Francisco & eius successoribus obedire.



Otandum in hoc capitulo ubi incipit regula tradita per B. patrem nostrum Franciscū, cuius sunt hæc & omnia uerba sequentia, usq; ad illud (Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. quod habetur infra 12. cap.) nō est hic aliquod speciale præceptum distinctum ab aliis quæ infra ponentur. Sed ut ait speculum fratrum minorum ff. 2. totū hoc est quidam prologus regulæ uirtualiter & in summam continens omnia quæ

ipsa regula consequenter traduntur & imponuntur obligatoriè, sicq; hic ponuntur per modum prologi, tria fundamenta substantia nostraræ regulæ & religionis.

Quorum primum est (regula & uita minorum fratrum &c.) i. quod est seruare euangelium quoad super erogatoria in euangeliō contenta, & in regula tradita eo modo quo traduntur (ut ait expos. finetit.) & ideo sic definit uitam & regulam fratrum minorum, per obseruantiam euangeliī anthonomatie, ut dictum est, quo ad super erogatoria intellecti. Ideo sequitur (uiuendo in obedientia &c.) per quæ iā aliquantulo magis explicatur id quod dictum est (sanctum euangelium obseruare) quia à generalioribus ad magis particularia procedit, seu ut ait Bonauentura ly. (sane tum euangelium obseruare) ponitur quasi materiale & per modū generis, & ly. (uiuendo in obedientia sine proprio in, &c.) ponitur quasi formale & experificatum per modum differentiæ: & per hociuuantur (ut ait prædicta expositio sine titulo) quod hæc tria uotalicet aliis etiam religionibus conueniant, tam Anthonomatice & absolute accepta significant eminentem eorum gradum perfectionis continent. uirtualiter in se perfectio nem uitæ euangelicæ statui religionis perfectissime conuenientem: qualis est nostra religio minorum, ut patet ex dictis supra in introductione q. 2. &c. Notandum etiam quod in prædictis uerbis continentur uirtualiter omnia quæ in regula explicite habentur: quia s. ad euangelium Christi & ad tria uota prædicta reducuntur omnia directe aut indirecte: quia conferunt ad eius debitam & regularem obseruantiam, aut quia sunt subdeterminationes generalitatis consiliorum Christi quas s. per beatum Franciscum opportune tradendas inspirauit. Ait ergo (regula & uita) i. certa lex & forma uiuendi: regula secundum quam est uiuendum, & regula uiuificata ad Christi uitam uiuificans & inducens. Item ait (uita) quia consistit in opere non lingua uel intellectu tantum: Ideo ait, etiam quod est euangelium obseruare & uiuendo in obedientia, &c. non in loquendo tantum. Et quia non ad tempus, sed ad totam uitam usq; in finem perseverando, ut sic salubriter perueniatur ad uitam æternam promissam in hac uita secundum hanc regulam minorum fratrum. Item uocantur fratres minores, quia secundum expos. sine tit. principalior uirtus & ratio regulæ consi-

stic in summa subiectione & humilitate exteriori & interiori, quæ notatur in nomine minorum, & in intima charitate, unitate, quæ notatur nomine fratrum. Item quia nomen minorum est nomen Euangelicum, cui etiam in omnibus & ad literam uoluit beatus Franciscus coaptare se & fratres & regulani suam seu religionem. Nam nomen minorū elicitur ex illo Math. 24. Quod uni ex minimis ( alias secundum Bonauenturam) ex minoribus meis fecistiſ &c. Math. 11. Qui minor est in regno cœlorum. i.e. ego qui minor æſtimor inter homines, secundum glossam ibidem, & Math. 11. Et reuelasti ea paruulis. Nam secundum auctōrem conform. conform. 9. Beatus Franciscus fundauit hanc regulam in sancto Euangelio, & inde eam omnino extraxit partim ad literam, & de uerbo ad uerbū ( ut hoc clarius patet in prima regula) partim ſen-tentialiter, ut patebit in singulis capitulis diſcurrendo. Vnde & il lud uiuendo in obedientia, ſumitur ex Math. 16. Si quis uult ue-nire poſt me abneget, &c. Sine proprio, ex Math. 19. Si uis per-fectus eſſe, uade & uende &c. Et ecce nos reliquimus omnia &c. Et in caſtitate, ex Math. 18. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt, &c ¶ Secundum regulæ fundamentum eſt, (frater Franciscus promi-tit obedientiam &c.) pro ſe & pro toto ordine ſpecialiter promi-tit obedientiam Papæ & eccleſiæ (ut dicetur infra q. 4. in hoc i.c. ( domino Papæ Honorio ) tunc præſidenti, & ſuccelloribus eius canonice intrantibus, hoc ideo additur, licet nullus ſit uerus ſuc-cellor D. Papæ, niſi canonice intret, ſicq; eo ipſo quo eſt uerus ſuc-cellor, eſt canonice intrans: tamen ideo ſic explicatur (secundum expos. ſine tit.) ut per hoc innuatur, quod non ſufficit nobis ueri-tatem eccleſiæ Romanae & D. Papæ obedientiam tenere ſolum in generali: ſed requiritur determinate ad hanc & ad hunc. Alioqui non eſſet homo in ſpeciali membrum ueræ eccleſiæ ſui temporis. & ut ex modo canonice electionis ab omni falſitate diſcerneretur ueritas ſuccelloris eius, cui fratres obediſſe tenentur, ut non ma-neat excuſatio prætextu ſimplicitatis, aut alterius cauſæ cuiusque, & eccleſiæ Romanae) i. ſede uacante Cardinalibus & aliis huiu-smodi, utpote concilio &c. tenantibus locum ſedis Apostolicæ, & eccleſiæ, & qui habent uim eligendi Papam, ut ait Hugo cap. 1 quia de Papa & eccleſia Romana dictum eſt ſpecialiter Math. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. & Ioan. 20. Paſce oues meas.

meas. Et Luc. 22. Ego pro terogazi Petre, ut non deficiat fides tua: & illud (ſuccelſo. eius canonic. intrant.) elicitur ex Ioan 10. Qui ascendit aliunde fur eſt, &c. ¶ Tertium regulæ fundamentum eſt, & aliis fratres teneantur fra-tri Franciſco, &c) & obligatorum, ut patet, quia dicit teneantur. Sed quia includitur in obedientia debita prælati omnibus, ſecun-dum regulam in illo obligatur, quod habetur infra cap. 10. ( obe-diant ſuis ministris, &c. ideo tanquam non diſtinguit ab illo hic omittitur, de quo 10. cap. latius agetur. Sed notandum, quod li-cet ex hoc quod dicitur hic ſolum ( fratri Franciſco & eius ſuc-celloribus obedire) poſſit uideri alicui quod nomine tenus reliquos tantum min. g. futuros designet ex relatione ſucceſſionis ad ip-sum, cum ipſe B. pater Franciſcus fuerit min. generalis ordinis, ta-men omnes alii prælati in hoc ſignantur, ut dicetur infra, 10. cap. q. 2. Sed ideo ſpecialiter ſuos ſuccellores exprefſit ſecundum ex-pos. ſine tit. ut per hoc ipſe B. pater Franciſcus institutor, & cap-put ordinis principale, ac Christo unitiſſimum & tota ſuccelſio continua ordinis ad ipsum immediate in ſubiecta regulæ archana quadam ordinatione, ſi. poneretur, ut ſic innuatur, quod ſi aliqua ordinis congregatio reliqua omnia huius regulæ ſeruans ſtatue-rit aliquem pro ſupremo capite, uel ministro generali, qui non etiam de regulari ſucceſſione beati Franciſci, eo ipſo à ſuo ſtatu & ordine in uno notabili ſubſtantiali diſferret. Notandum etiam, quod B. patri Franciſco ſpecialiter, & primo omnium promitti-tur hic obedientia ut innuatur quod ipſe pater. ſi. plenitudine & cum bulla ſacrorum ſtigmatum factus eſt à Domino Iefu Christo Iherarcha ſtatus Euangelici & omnium ſub ipſo militantium ab apertione ſeptimi ſignaculi ( de quo habetur Apocalypſis 6.) uſq; ad finem mundi: in quo etiam renouatore ſeu restauratore uitæ Christi tanquam in angulo ſexti ſignaculi ſextum tempus ec-cleſiæ, in quo ſingulariter status Euangelicus per ſpe-cialem uotum florere debebat inchoabatur: de- que etiam uid. 12. c. ibi enim de hoc etiam ali-quid habetur, & pro maiore declaratio-ne ponuntur 4. quæſtiones ſequentes. Quo

 Quo ad illud: Regula & vita fratrum  
Min. hæc est, Sanctum Euang. obseruare

Quæstio 1

Rima quæstio, Vtrum fratres min. ex uisui uoti seu professionis regulæ, teneantur ad omnia contenta in euangelio & in regula sua, sub pœna peccati mortalis, seu ad quæ & quomodo? Respondeo primitio, secundum speculum fratrum min. ff. 2. & 14. quod ante tempora Clement. s. nondum constitit clarè ad quæ consilia Euangelii fratres ex regula tenerentur. Nam Gregorius 9. in sua declaratione primus regulæ declarator solum hoc dixit: fratres s. tene ri non ad alia consilia Euangelii quam ad ea ad quæ se in regula obligarunt. Inno 4. postea dixit, quod non tenebantur nisi ad ea duntaxat consilia quæ in regula præceptorie uel inhibitorie erant expressa. & idem dixit Alex. 4. Vnde sanctus Bonaventura ex his dictis motus dixit, cap. 12. quod nostra regula est plena præceptis, & quasi omnia quæ in ea continentur sunt præcepta. Sed postea D. Nicol. 3. uolens super hoc prouidere, declarauit in primo art. s. in primis fratres ex regula & professione sua ad ea tantum euangelica consilia esse obligatos quæ in ipsa regula præceptorie uel inhibitorie, uel sub uerbis æquipollentibus exprimuntur. Sed cum non declarasset quæ & quot sunt ista æquipollentia, hinc fratres in maiori ambiguitate remanserunt, quidam dicentes esse plura, quidam pauciora. Ethinc Hugo de Dina in cap. 2. dixit quod probatissimi dixerent doctores, quod multa sunt obligatoria in regula, quibus nec præcepti, nec tentio, nec prohibitionis nomen additur. Ideo & in expositione sanctorum patrum ordinis, & in expositione sine titulo multa numeranaur inter obligatoria quæ nunc post D. Clement. s. non sunt obligatoria, sed consilia seu monitiones tantum: ideo non est mirandum si aliqui doct. ante declarationem D. Clement. s. dixerunt esse alia obligatoria ab hiis quæ nunc habentur post præfata declarationem, & adhuc aliqui post declarationem D. Clement. s. ipsam non bene aduententes, similiter errauerunt, conformantes se aliis doctoribus præcedentibus, & sequentes antiquas declarationes & expositiones: & ideo nunc nullus mouetur propter dicta talium doctorum, si repugna-

repugnauerint declarationi D. Clement. s. cuius declarationem duntaxat quo ad hoc sequi debemus, ut patet ex dictis in introductione q. 6. Qui quidem D. Clemens s. ad tollendos præfatos scrupulos declarauit solum esse 12. illa æquipollentia præcepta ad quæ dixerat D. Nic. 3. nos teneri. Ultra ea quæ in regula ponuntur præceptorie uel inhibitorie, & ultra habentia uim præcepti. Vnde iam pro conclusione tenetum est certissima, quod nil nos obligat in regula uirtute ipsius regulæ, nisi sit positum in regula præceptorie, s. sub uerbo (præcipio) uel (obedientiam in iungo) uel sub uerbo habente uim præcepti, ut dicendo (teneantur) uel sub uerbo inhibitorio seu prohibitorio: ut habetur s. c. dicendo (fratres nil sibi approprient, &c.) uel nisi sit de illis 12. ex specificatis per D. Clementem s. (ut hic paulo inferius explicantur) Nam hæc sunt illa æquipollentia ad quæ dixerat D. Nicolaus 3. nos teneri ultra illa iam prædicta præceptorie uel inhibitorie, uel habentia uim præcepti imposta. Quod autem ad nulla alia teneamur sub mortali ex uir regula in prædictis declarationibus dantur rationes & causæ manifestæ: & quod sic fuit intentio B. Francisci & regula ipsa sic ostendit simul & ratio efficacissima. Ibi uideantur hæc omnia. Nobis autem sufficiat scire, quod sic est iam per ecclesiam declaratum.

¶ Ad alia autem consimilia Euangelii regulæ & prælatorum, & admonitiones & ad statuta quomodo teneamur latius infra q. 2. & cap. 10. q. 3. dicendum est, & an religiosus teneatur esse perfectus, & quomodo hic infra dicetur q. 3. & supra in introductione q. 2. dictum est.

¶ Secundo notandum, quod omnia prædicta contenta in regula obligatoriū hic subnectentur, & ad maiorem declarationem distinctius ea quæ sunt præceptorie & inhibitorie imposta per se æquipollentia autem per se, & habentia uim præcepti per se, & præceptoria & inhibitoria simul ponuntur quæ omnia sunt tantum octo: æquipollentia sunt 12. habentia uim præcepti, ubi ponitur hoc uerbum (teneantur) sunt seu potius reducuntur ad quatuor, ut subsequuntur, & sic omnia simul sunt 24.

 Præcepta & inhibitoria quæ sequuntur, sunt octo.

¶ Primum non licebit eis de ista religione exire &c. cap. 2. inhibitorium.

Secundum, quod nullo modo denarios uel pecuniam recipiat per se uel interpositam personam, 4. cap. præceptum.

Tertium, quod nihil sibi a proprieitate, nec domum nec locum, s. nec in particulari, neq; in communi: 6. cap. inhibitorium.

Quartum, obediant suis ministris & prælati in omnibus quæ non sunt contraria animæ & regulæ nostræ, 10. cap. præceptum.

Quinum, quod non ingrediantur monasteria monachorum, præter illos quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis, 11. cap. Præfertim.

Sexto, quod non habeant suspecta confortia, uel consilia mulierum, 11. Præceptum.

Septimo, quod non sint compatres virorum uel mulierum, ca. 10. Præceptum.

Octavo, quod ministri petant à domino Papa unum de sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit protector, &c. cap. 12. Præceptum.

## ¶ Sequuntur Æquipollentia, & sunt 12

¶ Primum est, quod non habeant fratres plures tunicas q; unam, cum caputio, & aliam sine caputio æquipollens, cap. 2.

Secundum est, quod fratres omnes uestimentis uilibus induantur, cap. 2. æquipollens.

Tertium, quod non possint portare calciamenta nisi manifesta necessitate cogantur, cap. 2. æquipollens.

Quartum, quod clericifaciant diuinum officium secundum ordinem Romanæ ecclesiæ: & laici dicant tot Pater noster c. 3. & q.

Quintum, quod ieiunent à festo Omnitum sanctorum, usq; ad Nativitatem Domini, & qualibet sexta feria totius anni, c. 3. & q.

Sextum, quod non debeant equitare nisi manifesta necessitate, uel infirmitate cogantur, cap. 3. æquipollens.

Septimum, quod ministri & custodes solicitam curam gerant pro infirmis & fratribus induendis per amicos spirituales, sicut necessitatibus uiderint expedire: eo semper saluo, quod denarios uel pecuniam non recipiant, 4. cap. æquipol.

Octauum.

Octauo, quod si quis fratum in infirmitatem ceciderit, alii fratres ei seruant, cap. 6. æquipol.

Nonum, quod non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum, cap. 9. æquipol.

Decimum, quod nullus fratum penitus prædicet, nisi à g. ministro ordinis fuerit examinatus & approbatus, cap. 9. æquipol.

Vndeциimum, quod ubiung; sunt fratres qui scirent se non posse regulam specialiter obseruare ad suos min. recurrere possint & debeant, cap. 10. æquipol.

Duodecimum, omnia quæ ponuntur in regula quæ ad formā habitus, tam nouitiorum q; etiam professorū: nec non ad modum receptionis, ac ad professionem spectantia, nisi à recipientibus, quo ad habitum nouitiorum, s. quo ad dandum uel non dandum eis caparonem, secundum Deum aliud uideatur: in quo tamē multa obligatoria includuntur, ca. 2. & q.

¶ Sequuntur habentia vim præcepti,  
& sunt quatuor.

¶ Primum, quod si qui fratum instigate inimico, mortaliter pecauerint, s. in aliquo reseruato, ministris teneantur ad illos recurrere q; citius poterunt sine mora, cap. 7. Habens uim præcepti.

Secundum, quod uniuersi fratres unum de fratribus istius religionis teneantur habere generalem min. in cap. 8. habens uim p.

Tertium, quod ministri & custodes si uiderint g. min. non esse sufficientem ad communem utilitatem fratum, teneantur alium eligere in cap. generali Penthecostes, & quod idem etiam teneantur facere generali ministro dececente, cap. 8. habens uim præc.

Quartum, quod minores prouinciales teneantur ire ad cap. generale, cap. 8. habens uim p.

¶ Et notandum, quod omnia obligatoria in regula contenta ratione & uirtute regulæ obligantia, sunt 27. secundū præfatas declarationes Nic. 3. & Clemen. 5. sed reducuntur ad 24. supradicta tantum: quia reliqua tria habentia uim præcepti, quæ hic non ponuntur, includuntur in prædictis. Nam quod dicitur primo cap., quod fratres teneantur obediere successoribus beati Francisci,

& quod dicitur 8. cap. quod tenemur obedire generali ministro. ic includitur in illo 10. cap. quod s. obedient suis ministris & prælatis, quod est præceptum ut supra positum est. Illud autem quod dicitur 3. cap. de ieiunio sextæ feriæ, & est sub uerbo (teneantur) quod habet uim præcepti: iam ponitur in æquipollentibus. Et illud 12. cap. de non eundo inter Saracenos sine licentia, & nonmittendo nisi idoneos, potius uidetur præceptum iuris communisquam particulare regulæ nostræ, ut ibi uidebitur 12. cap. ideo hic non ponitur. Immo & illud, quod s. min. prouinciales teneantur ire ad capitulum g. quod habetur 8. cap. & hic ultimo loco inter habentia uim præcepti positum est, non numeratur per speculum frat. min. inter obligatoria, quasi uel non sit obligatorium uel quasi non sit distinctum ab aliis, sed potius inclusum in aliquo seu aliquibus præcedentibus habentibus uim præcepti contentis in cap. 8. utpote in eo quod dicitur quod teneantur omnes fratres habere g. min. & quod ministri & custodes teneantur deponere insufficientem, & eligere aliuin sufficientem, ut dictum est in duo bus penultimis habentibus uim præcepti. Nos autem tāquam speciale distinctum ab illis obligantium, habens uim præcepti possumus: tum quia non satis sufficienter includebatur in prædictis, tū etiam ad maiorem claritatem.

 V A E S T I O I I . Vtrum fratres min. teneātur ad testamentum B. patris Francisci, & ad alia consilia euā gelii & regulæ, & monitiones quomodo teneātur, & quot sint regulæ consilia, monitiones & libertates? ¶ Respondeo 1. quo ad testamentū B. patris nostri Francisci, quod non obligamur: quia sic declarat D. Nicol. 3. in declar. art. 10. s. cæterum. & conāordat Greg. 9. in sua declaratiōe. potest tamen conducere ad intelligendū aliquem p̄ssim regulæ, seu ad aliquā aliam instructionem, ut elicitor ex expositione 4. magist. cap. 5. & ut patet ex ipsa ratione. ¶ Secundo dico, quo ad cōsilia alia in Euangelia contenta, quæ in regula non ponuntur, patet ex dictis quod non tenemur obligatoriē, non plus q̄ alii Christiani (ut est illud, nil tuleritis in uia, &c. huiusmodi) tamen per statum perfectionis religionis in quo sumus, decet nos de congruo ea magis obseruare, quā cæteri Christiani, quo magis nos obtulimus Deo in sacrificium & holocaustum medullatum, & in q̄tum magis conseruent.

ferunt ad perfectionem intentam assequendam, ut patet in prædicta declaratione D. Nic. 3. & S. Bernardus in sua epist. & Barthol. Pisan. in sua expositione, cap. 1. &c. doct. concordant.

¶ Tertio, dico, quod ad consilia & monitiones seu exhortatiōes positas in regula, non tenemur ex ui regulæ obligatoriē: Sed tanquā ad consilia seu monitiones tantū, ut iacent in ipsa regula, & non amplius. Ideo eorum transgressio non habet culpam, saltem mortalem, q̄tum est ex ui regulæ, de quo latius inf. cap. 10. q. 3. dicetur, quæ culpa sit transgressio consiliorum & monitionū, &c. huiusmodi. Tamen de condescētia debemus ea sequi præ cæteris Christianis (ut dictū est) quo imitatores tanti patris effecti Christianitas arctius eligimus, ut habetur in prædictis declar. Nic. 3. &c. Et notanter semper dictum est, quod ex ui regulæ non tenemur ad ea sub peccato. Nam uirtute alterius iuris naturalis Diuini uel humani, ea uel aliqua eorum præcipientis uel prohibentis, bene tenemur sub peccato ea seruare, ut est illud cap. 3. non diligent neq; contendant uerbis, neq; alios iudicent, &c. & illud cap. 10. Moneo uero & exhortor, ut caueaut ab omni superbia &c. huīusmodi, quæ ex iure naturali & Diuino cauere & alia facere tenemur aliquando sub peccato mortali, aliquando sub ueniali, sicut & alii Christiani attentis circumstantiis personæ & scandala & huiusmodi. Immo (ut ait expos. sine tit. cap. 2. in nullo ferè loco regulæ ponitur uerbum consulendi uel monendi, nisi in hiis quæ alias lege Dei sunt prohibita coīter omnibus uel præcepta, ad quæ per regulam singulariter ut dictum est, non obligabamur, sufficit monitoriē, exhortatoriē l. consultoriē memorari, & ut ex modo consulendi inueretur quod in illis coībus præceptis est quædā supereminens perfectio ad quam homo non sic semper sub mortali tenetur omnittendo uel cōmittendo: & ideo pro tanto cadunt sub consilio, licet hoc sit alterum genus consiliorū ab illis præcipuis ex genere suo, ad quæ nullus absq; uoto ullo modo tenetur: quælis est uirginitas, castitas, obīa regularis & paupertas, & ut similiter innueretur nos præ cæteris ad huiusmodi eminentias seu monitiones & consilia debere conari: itaq; ex eorum omissione culpabili, grauius cæteris peccaremus propter circumstantiam personæ & statutus, seu scandali ut dictum est. & ideo hæc illa consilia & exhortationes specialiter in regula B. p̄i noster Franciſ. cæteris omisssis expressit.

¶ Quarto, dico quòd ultra prædicta continentur in regula alia quæ dicuntur libertates seu concessiones quas dat seu concedit ipsa regula uolentibus, quæ licite fieri possunt & licite omitti (nisi aliunde ex alio præcepto regulæ, uel Diuino uel humano ad aliud quis obligetur, ut dictum est: quod ideo dico, quia aliqua est libertas à regula concessa, quam omittendo quis peccaret: ut est illud 10. cap. quòd ad suos min. possint recurrere pro pura obseruantia debita regulæ, ad quod tamen tenentur, quia ibidem dicitur quòd debeant recurrere, quod est obligatorium: ut patet ex dictis. Ideo illa est libertas: non quidem quòd eam quis possit licite omittere: sed quòd contra eam nullus possit præcipere aut impedi re. ut 10. cap. latius dicetur. Et pro maiori declaratione hic omnia prædicta distinctè secundum quid, per Reuerendū patrem fratrem Gundisalvum, ut habetur in lib. ordinis fol. 99. in quoddam tractatulo explicantur.

## ¶ Consilia l. admonitiones, ad sequendum bonum, sunt ii. quæ sequuntur.

¶ Quarum prima est, quando uadunt per mundum, sint mansueti & humiles, cap. 3.

Secundo, in quancunq; domum intrauerint, primum dicant, pax huic domui. cap. 3.

Tertio, fratres quibus dedit Dominus gratiam laborandi, laborent fideliter & deuote, cap. 5.

Quarto, quando uadūt pro eleemosyna, uadāt cōfidenter, c. 6

Quinto, hæc illa celitudo altissimæ paupertatis, cui totaliter inhærentes &c. cap. 6

Sexto, ubi cunq; sunt & se inuenerint fratres ostendant se domisticos inter se, &c. cap. 6.

Septimo, ministri uero si presbyteri sunt, cum misericordia iungant illis pœnitentiam, 7. cap.

Octauo, quòd in prædicatione sint examinata & casta eorum eloquia ad ædificationem, &c. cap. 9.

Nono, quòd ministri uisitent & moneant fratres suos, & humiliter & charitatiuē corrigant eos, &c. 10. cap.

Decimo

Decimo, Subditir recordentur, quòd propter Deum abnegaunt proprias uoluntates, 10. cap.

Vndecimo, fratres attendant, quòd super omnia desyderare debent habere spiritum Domini, &c. 10. cap.

## ¶ Admonitiones ad vitandum malum, sunt 6. quæ sequuntur.

¶ Primo, quòd fratres non sint solicii de rebus intrantium ordinem, 2. cap.

Secundo, quòd non despiciant quos uiderint mollibus uesti. & coloratis induitos, &c. cap. 2.

Tertio, quòd quando uadunt per mundū non litigent, &c. c. 3.

Quarto, quòd ministri nō turbēt, propter peccatum alicuius. c. 7

Quinto, quòd fratres caueant ab oī superbia, inuidia, &c. c. 10.

Sexto, quòd non curent nescientes literas eas addiscere, 10. ca.

## ¶ Libertates uel concessiones regulæ sunt 6. quæ sequuntur.

¶ Scilicet quòd fratres possint repetiare uestimenta sua, &c. 2. ca.

Secunda, sanctā uero quadrages. quæ incipit ab Epiph. &c. c. 3

Tertia, tempore uero manifestæ necessitatæ, non teneatur fratres ieunio corporali, 3. cap.

Quarta, de omnibus cibis quæ apponuntur eis liceat manducare, 3. cap.

Quinta, quòd min. & custo. singuli si uoluerint, & eis expedire videbitur possint in suis custodiis conuocare ad cap. ca. 8.

Sexta, si qui fratum Diuina inspiratione uoluerint ire inter Saracenos & alios infideles, uadant: sed cum limitatione illis posita 12. cap. hæc ibi.

¶ Inter has autem libertates non ponitur illa quæ habetur capit. 10. quòd s. pro spirituali regulæ obseruantia possint subditi ad suos min. recurrere: quia ut dictū est, ista non est libertas pura & concessio quæ liberè omitti possit, de quibus hic agitur, ex quo etiam ibi præcipitur: sed est libertas ad hūc sensum

sum quod per neminem possit impediri, ut dictum est, & dicetur infra in suo loco, 10. cap.

**V A E S T I O I I I.** Vtrum religiosus, præsertim frater min. teneatur esse perfectus, seu potius tendere ad perfectionem & quomodo & in quibus & per quæ media? ¶ Respondeo 1. quod non tenetur esse perfectus, ut dictum est latius supra in Introductione q. 2. &c. secundum coiter doct. ibidem. Thom 2. 2. q. 18 6. & q. 18 4. licet sint in statu perfectiōis acquirendæ, quia non profitentur se esse perfectos, sed dare studium ad perfectionem acquirendā in cuius schola sunt, quia & operanti ad finem non conuenit ex necessitate quod iam statim assequutus sit ipsum finem, sed quod per aliquam uiaū intendat ad ipsum finem. Similiter eadē ratione non tenetur implere ea quæ perfectionem charitatis consequuntur, sicut nec ad ipsam perfectionem charitatis. Immo neq; tenetur actu tandem ad ipsam perfectionem charitatis: alioquin quando desinit actu tendere omitendo uel committendo ueniale peccatum, peccaret mortaliter, faciens contra finem religionis, seu contra professionem, quæ est tendere ad perfectionem, ut dicetur. Sicq; religio esset laqueus animalium: ergo patet ex dictis quod religiosus ex uia professionis, quantumcunq; altissimæ & euangelicæ, neq; tenetur sub peccato nouo esse perfectus, aut habere perfectionem charitatis, neq; implere ea quæ perfectionem charitatis consequuntur, neq; actua liter tendere & operari ad perfectionem.

¶ Secundo, dico quod religiosus tenetur tendere seu intendere ad perfectionem, & hoc in intentione uirtualiter seu habitualiter, & secundum uias seu modos in sua regula seu religione taxatos: & non amplius. Probatur quod teneatur tendere seu intendere ad perfectionem, quia eo ipso quo statu religionis qui est status perfectionis acquirendæ profitetur, eo ipso se obligat ad dandum studium & ad debite intendendum ad perfectionem acquirendā, ut patet: alioquin ridiculū esset se scholasticum intra scholā Theologiae profiteri & uelle manere ut talis: & non studere neq; intendere dare operam tali scientiæ acquirendæ, ergo sic in proposito. Debito autem & sufficienter religiosus studet & operatur ad perfectionem, quando secundum uias & modos taxatos in sua regula & religione quam professus est uiuit & operatur, & eo modo dunta.

duntaxat quo ad talia tenetur. Non enim quilibet religiosus teneatur ad oēs uias & modos uiuendi aliorum oīum religiosorum seu regularum seu religionum: sed ad uias & modos suæ regulæ & religionis, & eo modo quo ibi ei proponuntur, s. obligatoriè, uel consultoriè, ut dictum est q. 1. & 2. præcedentibus. Ideo dictum est quod nō amplius tenetur religiosus: igitur patet ex dictis quod religiosus ex sua professione tenetur tēdere & intendere in intentione saltem uirtualiter & efficaciter ad perfectionem acquirendam, per uias & modos duntaxat in sua regula & religione taxatos, & eo modo quo taxantur & proponuntur ut dictum est: Ad alia autem tenetur ut alii Christiani. ¶ Tertio, dico (& patet ex dictis secund. Thom. ubi sup. à quo in sententia hæc oīa sumuntur) quod tunc directe peccat religiosus mortaliter contra suam professionem, seu contra statum fūæ religionis, non quidē quando non est perfectus, sed quando ab intentione perfectionis animum reuocat: seu quando proponit actualiter seu uirtualiter iam de cætero non studere perfectioni acquirendæ per uias & modos suæ regulæ & religionis, ut dictum est: quia iam iste talis directe obuiat proposito suæ professionis: & hic etiam directe iam contemnit suam professionem per tale propositum, ex quo eam iam appreciat, nec estimat ut tenetur, sicq; perfectionem iam contemnit, ex quo ad eam quam professus est tendere, non intenditur per tale propositum contrarium, & quāmuis non peccet contra eā ex contemptu, ex quo non agit contra eam ex hoc quod ei subiici revertit: bene tamen eam per tale propositum contemnit, ut dicetur infra 10. cap. q. 3. qnid sit contemnere aut ex contemptu peccare ibi uideatur. Ille uero qui adhuc intendit tendere ad perfectionem secundum suam professionem, tamen ex aliqua causa iræ, auaritiae, delectationis & huiusmodi aliquando facit contra uotum castitatis, obedientiæ, paupertatis, aut contra alia obligatoria, licet peccet quidem contra regulam aut aliud præceptū uenialiter uel mortaliter, non tamen contra suam professionem ex quo eā non contemnit per propositum contrarium quod nō habet, ut supponitur, sicq; nō peccat alio nouo peccato contra statum suæ professionis.

Vnde

¶ Vnde resolutoriē secundum Gaiet. 2. 2. quæst. 186. art. 9. dic  
quòd religiosus præ cæteris Christianis non aliter tenetur ad per-  
fectionem tendere, quām seruando regulam suam & obseruātias  
& statuta sua eo modo quo imponuntur, quia hæc omnia ad re-  
gulam pertinent: & ideo hæc duo, s. contemptus regulæ professi-  
onis, & contemptus perfectionis simpliciter seu iuicem concomi-  
tantur: itaq; impossibile est conteneare unum & non aliud: & econ-  
tra non contemnere regulam, & quòd contemnāt perfectionem,  
quia si non contemnit regulam & pertinentia ad illam, ut sunt sta-  
tuta &c. Iam permanet in professione tendēdi ad perfectionem il-  
lam seu illo modo secundum illam regulam & pertinentia ad il-  
lam: & per consequens, non contemnit perfectionem, quāmuis  
non ad omnem perfectionem seu perfectionis modū tendat, quia  
non tenetur, nec se obligauit ad hoc, sed solū ad tendendum ad  
perfectionem hoc modo, s. per hanc regulam & per pertinentia  
ad illam, ut patet: quia non est professus aliā religionem nisi hanc  
& similiter non contemnit pefectionem: ergo uult subiici regulæ  
& pertinentibus ad eam, per quam tenetur ad perfectionem ten-  
dere. Vnde B. Dionysius & alii doct. dicentes, quòd religiosi spe-  
cialiter tenentur tendere ad pefectionem: non addiderunt aliam  
obligationem ultra obligationem nostri status & regulæ, sed po-  
tius eam explicuerunt id quòd cōuenit religiosis præ cæteris Chri-  
stianis ex uoto suæ professionis ex auctoritate Domini dicentis,  
Math. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia &c. ut di-  
ctum est. ubi patet quòd uoluntas tendendi in perfectionem, de-  
bet esse principium uoluntariæ paupertatis, & per consequens re-  
liquarum partium religiosorum. Et idem Gaietanus 2. 2. q. 184.  
art. 5. dicit, quòd tunc religiosi habent animum & intētionem te-  
ndendi ad perfectionem (ut tenentur) quando intendunt uiuere  
secundum regulam & constitutiones suas: quāmuis interdum in  
multis delinquent aliquando mortaliter, aliquando uenialiter,  
alias si deponunt, saltem virtualiter talem animum, quāmuis actu  
non peccent contra aliquod præceptum reg. & const. tamen talis  
intentionis non uiuendi secundum regulam & constitut. est contem-  
ptus mortalis, & contra professionem suam ad quam tenentur, ut  
dictum est. ¶ Sed utrum similiter nouo peccato contra suā pro-  
fessionem & eius statum peccet religiosus, qui licet seruans & ui-  
uens

uens secundum regulam & id intēdens agere. Intendit tamen nō  
attīngere perfectionem uitæ religiosæ, neq; finem intentum reli-  
gionis. Responde, credo quòd sic, quia licet non tenetur attīnge-  
re finem prædictum, tenetur tamen non habere actum contrariū,  
s. propositum non attīngendi per talia media, alioqui frustra in-  
tenderet mediis, cum intentione repugnante fini, ad quem talia  
media ordinantur, ut patet ex infra dicendis in dubio sequenti.  
Vnde illud quod dicit summa Siluest. tit. Religio, 1. q. 3. & in q.  
12. part. 4. quòd s. quis religiosus intendit seruare unum modum  
seu medium, seu unum statutum per quod tendat ad perfectionē,  
utpote per humilitatem habitus, aut per eius asperitatem & uestiū  
licet non uelit neq; intendat seruare alia statuta ipsius religionis,  
sed potius ea transgredi uelit ex infirmitate seu alia causa seruādo,  
tamen unum statutum ut dictum est: quòd non peccat mortaliter  
cōtra suam professionem, neq; in statu damnationis, bene tamen  
esset in statu damnationis, & in mortali, si nil illorum omnino ser-  
uare intenderet, hæc ille Siluest. hoc inquam eius dictum, uel ego  
non intelligo aut ipse nil, aut falsum dicit. Nā qui deliquit in uno  
(s. eorum ad quæ tenetur) factus est omnium reus, Jacob. 2. ut  
pater, quòd si quis iam non intendit uiuere sub uoto obedientiæ  
& paupertatis &c. quāmuis uelit uiuere sub uoto castitatis, certe  
peccat nouo peccato contra statum profesiones promissæ, & sic  
de aliis, si potest ea seruare, & certe uidetur Silvester deceptus ex  
uerbis Thom. ubi sup. nō bene intellectis, dicit enim B. Thomas  
quòd sufficit, quòd quis per unam uiam seu modum intendat seu  
tendat ad perfectionem, non enim tenetur ad oīa exercitia &c. ut  
sup. in 2. propositione dictum est. Ex hiis uerbis putauit Siluest.  
(ut uidetur) quòd per unum numero seu specie exercitium unius  
constitutionis suæ religionis sufficit quòd uiuat religiosus: cūm ta-  
men B. Thomas loquatur & intelligat per unum modum, uel per  
unam uiam seu statum, & per unam regulæ seu religionem, & per-  
tentia ad eam ut capiatur specificē per unum modum uiuendi,  
seu per unum statum seu secundum unam religionem, ut patet ex  
ratione quam subiungit, quia religiosus unius religionis non ten-  
etur ad omnia exercitia aliarum religionum quibus peruenitur ad  
perfectionem, sed solū ad exercitia suæ religionis, ut sup. quia  
tunc uiuere intendit secundum suam regulam ad quam tenetur.

Sed occasione praedictorum potest dubitari an quilibet Christianus etiam non religiosus teneatur tendere ad perfectis nem charitatis, & ad intentionem proficiendi in melius, & an contempnens hanc intentionem & operis exequutionem peccet, & quomodo? ¶ Ad quod respondeo secundum Gaie. 2. 2. q. 18 6. art. 2. quod hic sunt tria notanda. Primum est exequutio. Secundum intentione. Tertium contemptus: & de exequutione quidem tam interioris quam exterioris, profectus in hoc uel in illo singuli actu seu opere occurrente, constat quod si omittatur, non ideo est peccatum: quia nullalex obligat ad tale bonum exercendum (ut supponitur) nam sufficit, Si uis ad uitam ingredies uaria mandata Math. 19. ergo licet quis posset orare & dare eleemosynam, si non dat pauperi huic occurrenti non peccat, alioquin nullum esset consilium, sed omnia essent pracepta, quod absit, secundum communiter doctores. Ideo quo ad hoc dicit Gerson 3. parte tract. de perfectione cordis, Alphab. 68. litera f, g, h, &c. quod non peccat, neque ad aliud tenetur Christianus, sed sufficit dum Christianus cauet offendere Deum, & gratias agit Deo, eo quod noluit hominem obligare ad amplius nisi ad pracepta, & non languet circa impletionem praceptorum, sed diligenter & strenue, integrè ea exercet, & quasi supererogat aliquid aliquando in tali impletione, haec ille: & hoc ultimum, s. (& quasi super erogat aliquid &c.) pro tanto dicit Gerson, quia licet nullus teneatur ad consilia, seu super erogatoria, tamen uix contingere potest ut homo pracepta strenue & debite adimpleat quin quodammodo aliquid aliquando super eroget & misceatur consiliis, saltem quo ad intentionem seu contentum uoluntatis, seu quo ad aliquem gradum eius, ut ait ibidem idem Gerson & Angest. in moralibus cap. 8. fol. 61. quod notandum, quia & propter hoc credo dicere Beatum Bernardum in epistola 91. & 253. & Ricardus de S. Victore, ubi infra habetur quod non proficere in via Dei, est desicere, & in via Dei non progredi, regredi est: quia si qui sic est durus uel limitatus cum Deo, ut non faciat nisi quod & quantum punctualiter scit se teneri, & non superadditur aliquo modo seu aliquando, cum facile possit: certe hic uix bene seruabit pracepta: quia tandem Deo permittente occasionaliter ruet, quando non putat, & non uicerit adeo abundantiter seu specialiter iuuari, qui eiusmodi sic: si limitatus cum gratia

gratia Dei in eius seruitio. Ideo dicta Gersonis sunt notanda, quia & concordant & amplius declarant ea quae dicta sunt secundum Gaietanum, quo ad hoc primum, s. quo ad exequutionem, & notwithstanding quod qui sic facit ut dictum est secundum Gerson. iam iste proficit & progreditur in via Dei seruando mandata, ut teneatur, quia & amplius meretur sic uiuendo. & notwithstanding quod ille proficit & progreditur in via Dei, qui perseverat in gratia & impletione mandatorum, talis enim amplius meretur oportune.

¶ Quo ad secundum autem, s. quoad intentionem agendi quod melius est seu perfectius seu proficiendi &c. dicitur ubi supra, secundum Thomam, quod qui habet hanc intentionem non proficiendi amplius, nec faciendi id quod melius est & perfectius: seu qui intendit non proficere in charitate aut bonis operibus ultra id quod præcipitur: sed solùm intendit & proponit in mandata seruare communī modo ne peccet, hic peccat: non quidem quia proponit seruare mandata, sed quia proponit non facere aliud melius. Ratio quia firmare animum qua spiritualem profectum est quantum est de se & directe ponere obicem spiritui sancto & gratiae, & per consequens est peccatum. Sicut iurare seu uouere se non factum tale bonum, seu non intrare religionem & huiusmodi est peccatum: sic uouere uel iurare, quia firmatur animus contra spiritualem profectum, quamvis non sit peccatum omittere tale bonum, secundum communiter doctores, ut tractatur in materia de iuramento & uoto. Sic in proposito licet quis sine peccato possit uelle non facere tale bonum & illud omittere ad quod alias non tenetur, ut dictum est: non tamen potest firmare animum contra illud bonum, seu non potest intendere non facere in futurum, quod idem est. Verum est tamen quod non est tam graue peccatum firmare animum contra spiritualem profectum sine iuramento seu uoto, sed solūm propositum seu intentionem, ut dictum est sicut esset, si cum iuramento uel uoto firmaretur propter maiorem animi firmitatem, contra gratiam. s. & propter maiorem irreuerentiam quando est cum uoto seu iuramento. Ideo iste qui sic simpliciter intendit nunquam proficere ultra obseruantiam mandatorum, solūm peccat uenialiter: quia non exiit limites praceptorum necessariorum ad salutem, & ibi saluatuerit dilectio Dei super omnia, & debita sufficiensq; intentio progressus ad uitam æternam.

nam : & per consequens charitas necessaria ad salutem.

Secundum hæc uidetur intelligendus Bernardus, in epistola 94. secundum Grego . in pastorali, dies qui resilit à bono proposito peccat. Similiter hac ratione uidetur summa Ang . tit. uotum 1. s. 7. dicitur secundum gloss. 17. quæst. 1. & quæst. 2. nos uolumusquòd uiolans propositum firmum non peccat nisi uenialiter : quòd adhuc solùm uidetur habere ueritatem quando quis pœnitens de bono proposito semel habitu , iam econtra posituē proponebit se non facere in futurum tale bonum , ut dictum est .

Nam si solùm cessat ab exequitione eius quòd bene proposuerat seu si iam non uult pro tunc exequi quòd bene proposuerat, tantu sine promissione : certe nullum uidetur peccatum, ex quo nulla legge tenetur id exequi quòd uirtuose propoluerat bonū supererogatoriū, & hoc est uerum de propositio nudo uel propriè sumpto sine promissionis obligatione. Neq; illa lex s. ( quòd qui retrocedat à bono incepto mittens manū ad aratrū & respiciens retro, nō est aptus regno Dei ) non ualeat ista lex ad hoc quòd talis peccet : quia intelligitur de retrocedente ab eo ad quod iā est uel fuit obligatus per promissionē uotū, & huiusmodi : quòd non est in puro proposito alicuius boni faciendi, ut dictum est: per propos. enim purū boni nullus obligatur, sed laudatur: ergo. ¶ Quo ad tertium uero, s. de contemnente prædictas exequitiones & proposta, seu intentiones melioris boni, an peccet & quomodo ? Dico quòd aliquādo talis contēptus est mortal is, aliquādo uenialis, ali quādo nullū peccatum. & similiter omissione ex tali contēptu procedēs. Ideo Gaiet ubi supra secund. Thom. in quo de ueritate q. 19 art. 5. ad 2. dicens quòd contēptus consiliorū propositoriū & exequitoriu eorum est aliquando mortal is, aliquando uenialis. Similiter & omissione inde procedens , intelligitur de contēptu propriè seu stricte accepto, quissemper est culpabilis, si eorum dictū continet ueritatē. Alioqui contēptus largē seu in propriè acceptus pro sola omissione consiliorū & aliorū supererogatoriorū, seu in quantum sunt supererogatoria, nullū peccatū est, sicut nec ipsa omissione, ut patet ex supradictis. &c. & dicendis infra cap. 1~. q. 3. ubi latius agitur de contēptu, ibi uideatur. ¶ Et secundū prædicta oīa distinguēdo intellige proportionabiliter oīs doct. de hac materia loquentes, ut Bernar. ubi su. in epist. 91. & 293. & Ricard. de sancto

santo Vict. part. 2. similiter Cant. 3. cap. 9. & 11. & Cant. 4. cap. 25. ubiper multas rationes & similitudines probat quòd tenemur niti in melius , & quòd non proficere & progredi in uia Dei est deficere & regredi, & quòd sic tenemur Deum toto corde diligere & emulari charismata meliora, & lucrari cum credito talento, non illud abscondendo, &c. huiusmodi. & idem iterum facit sup. Ps. exponens Canticum Abacuc cap. 3. In medio annorū notum facies, &c. fol. 2. 2. parte. & alibi. ¶ Item notandum, quòd oīa hæc, ex quo tangunt oīs Christianos etiam seculares, ut dictū est Religiosi autem ultra suum statum tenentur ad alia ad quæ etiam cæteri Christiani tenentur, ut patet ex dictis sup. q. 1. Ideo Religiosi ultra hoc quòd tenentur tendere ad perfectionē specialiter per suæ regulæ & professionis obseruantiam, ut paulo superius in hac 3. q. dictum est, tenentur etiā sicut & alii Christiani non firmare aīum contra profectum spiritualem: & non contemnere neque ex contemptu omittere consilia seu alia bona, inquantum supererogatoria, quia peccabūt ip̄i sicut & alii Christiani, si intendunt nunquam proficere, seu non facere alia bona , neq; alio modo meliori, quam in sua regula & constitutionibus taxantur: peccabunt in quam, & eo grauius, quo magis eos deceret intendere perfectiōi, & melius operari q̄ alios Christianos seculares. Similiter peccabūt si culpabiliter contemnant intentiones & exequitiones melioris boni: q̄uis simpliciter omitēdo prædicta supererogatoria nō pescat, ut dictum est, de quo latius inf. 10. cap. dicendum est.

 Quo ad illud frater Franciscus pro mittit obedientiam & c.

V A E S T I O I I I I . Vtrū fratres min. amplius seu maiori uinculo obligentur obedire D. Papæ, & ecclesiæ Romane, quam alii Christiani, etiam q̄ alii religiosi? Respondeo quòd sic, ex speciali uoto regulæ seu professionis, ita quòd qui nō esset subiectus & obediēs D. Papæ & Rom. Ecclesiæ peccaret grauius quam alii, quia contra hanc obligationem ex uirū regulæ super additam communi obligationi ex iure Diuino, & hoc expresse dicunt omnes regulæ expositores hic & infra 12 cap. ibi, ut semper subditi & subiecti pedibus eius. s. Ro. Ec. Ideo ait ex pos. sine tit. cap. 1. & Barthol. Pil. quòd hic B. p̄ Francif. in persona sua & oī

omnium fratrum sui status & ordinis totius promittit hoc : aliter enim non spectaret hoc quod dicitur (frater Franciscus promittit obedientiam &c) non inquam hoc spectaret ad institutionem regulæ. Ideo ipse tanquam caput ordinis pro se & pro toto ordine hoc specialiter promisit.

¶ Si dicas, quomodo B. Franciscus potuit pro nobis promittere, cum ordo ei in hoc uices non commiserit, aut consenserit, praesertim fratres futuri.

¶ Respondeo, quod rationabiliter in hoc consentire tenebantur & tenentur, si ab eis quereretur actualis consensus: sicut communiter dicunt doctores in 2: quod Adam accepit & perdidit pro tota sua posteritate donum iustitiae originalis, & in eius peccato virtualiter omnes qui in eo & ab eo erant consenserunt & peccaverunt. Sic in proposito dicendum, praesertim quia in professione huius regulæ, tale uotum seu promissio iam actualiter acceptatur. ergo ad quemlibet spiritualiter. Ideo etiam Bonauentura cum praedictis concordans cap. 1. ait: ex quo apparet quod nulla regula sic suum ordinem subiecit, sicut ordo minorum est D. Papæ & Ecclesiæ subiectus. Nam & si totus clerus & religiosorum uniuersitas, teneantur firmiter. Apostolica domino obediere: tamen sanctus huic debito uotum adiicit speciale. Perfectus igitur Euangelii obseruator se suosq; in se speciali obediëtiae ac reuerentiae promissione subiecit. Nam sic uouendo factus fuit totius ordinis procurator, uicem gerens omnium fratrum, tam praesentium quam futurorum. Unde summo Pontifici, sanctæq; Romanæ ecclesiæ sunt frates minores specialiter tam ex singulari hac sponsione, quam etiam ex speciali eius ad ipsos cura & defensione astripsi, haec Bonauentura. Tandem D. Clemens 5. in prologo suæ declarationis, ait conformiter ad praedicta, quod fratres minor. etiam per ipsam regulam sunt subiecti pedibus. Apostolicae dignitatis. Ergo patet responsio: Nam quod hic uice omnium fratrum B. pater Franciscus promisit infra 12: cap. amplius explicauit dicens, in fine regulæ, quod petant a D. Papa unum Cardinalem &c. ut semper subditi & subiecti pedibus, &c. & hoc est unum principale obligatoria regulae, quod quidem quia est fundatum unum de tribus positis in hoc 1. cap. per modum prologi, non computatum est inter specialia alia obligatoria, sicut nec illud uotum:

tum castitatis ibi, (uiuendo in castitate)

¶ Qui autem contendere uoluerit hoc esse computandum inter præceptorie obligatoria regulae specialia, non multum contradiccam. ¶ Notandum etiam, secundum expos. sine titulo, quod obedientia hic D. Papæ promissa, est in omnibus quæ non sunt contra animam, aut contra legem Dei, ut patet: aut contra perfectionem euangelicam in regula promissam: cum hoc tamen stat eius auctoritas dispensandi & disponendi, ut oportet: de quo latius cap. 10. q. 4. dicetur: & etiam supra in Introductione, q. 5. dictum est.

¶ De iis qui volunt vitam istam accipere: & qualiter recipi debeant.

## C A P V T I I .



I qui uoluerint hanc vitam accipere, & uenerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros provinciales, quibus solum modo & non alijs recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri verò diligenter examinent eos de fide Catholica & de Ecclesiasticis sacramentis. Et si haec

hæc oīa credant, & uelint ea fideliter confiteri & vſq; in finem firmiter obſeruare, & vxores non habent, vel ſi habēt & iam monaſterium intrauerunt vxores, vel licētiā cīs dederint auctoritate diocesanę Episcopi uoto continentiae iam emiſſo: & illius ſint ætatis vxores quòd de eis non poſſit oriri ſuſpicio, dicant eis verbum sancti Euangeliū quòd vadāt & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare.

Quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres & eorū ministri ne ſolliciti ſint de rebus ſuis téporalibus, vt liberè faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpirauerit eis.

**Textus.** Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant ministri mitten-  
di eos ad aliquos Deum timentes, quorum cōſilio bona ſua pau-  
peribus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis: ui-  
delicet, duas tunicas ſine caputio, & cingulum & brachas, & capa-  
ronem uſq; ad ſingulum: niſi eisdem ministris aliud ſecundū Deū aliquando uideatur. Finito uero anno probationis, recipiantur  
ad obedientiam, promittentes uitam iſtam ſemper & regulain ob-  
ſeruare. Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire, iuxta  
mandatum domini Papæ: quia (ſecundum ſanctum Euangeliū)  
nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus eſt re-  
gno Dei. Et illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam  
tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui uoluerint habere.

Ex

Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calciamenta. Et fra-  
tres omnes uestimentis uilibus induantur, & poſſint ea repetiare  
de fassis & aliis petiis, cum benedictione Dei. Quos moneo &  
exhortor, ne despiciant, nec iudicent homines quos uiderint mol-  
libus uestimentis & coloratis indutos: uti cibis & potibus delica-  
tis, ſed magis unusquisq; iudicet & despiciat ſemetipſum.



Otandum illud de mittendo ueniētes ad ordinem, ſumitur exemplo Christi mittentis leproſos mu-  
ndados ad ſacerdotes ab eis examinandoſ, &c. ut  
habetur Math. 8. Marci. Lucæ 5. & nomen miniſtri ex Matheo, 20. Qui maior eſt uestrum, erit mi-  
niſt. uester. Et Luc. 22. Ego in medio uestrum ſum ſicut qui miniſtrat: & illud, examinent eos de fide Catholica, ex Ioan. 9. Tu  
credis in filium Dei, &c. (Et illud, & uxores non habent) ex Lu.  
19. Si quis uenit ad me, & non odit patrem & ma. & ux. & Mat.  
19. Et illud, (uadant & uendant omnia ſua) ex Math. 19.  
Vade & uende, &c. Et illud (poſtea concedant eis pannos proba-  
tionis) ex Math. 26. exuerunt eum uestim. ſuis, & induerunt eū  
purpura, ut ſ. ad imitationem Christi asperitarem uestium & cru-  
cis ſequellam pro noſtris peccatis aſſumamus. & illud (finito ue-  
rō anno probationis, &c. ex Luc. 13. à figura ſculpea uno anno  
expetata ad fructum. Et illud (& nullo modo licebit eis de iſta  
religione exire) ex Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum &c.  
& illud, (Et illi qui iam promiferunt obedientiam, habeat unam  
tunicam, &c.) ex Math. 10. Mar. 6. Luc. 9. Neq; duas tunicas,  
&c. Et illud, (& qui neceſſitate coguntur poſſint port. calciamen-  
ta) ex Math. 10. Neq; calciamenta &c. & Mar. 6. Sed calci. ſan-  
daliſ. Et illud, (uilibus induantur) ex Math. 10. & Luc. 7. Qui  
mollibus uestiuntur, & preciosis, in domibus regum ſunt, cetera  
patent ex Euangeliō. Vbi notandum quòd in hoc cap. agitur  
de tribus. Primo de receptione ad probationem & professionem  
& habitum nouitiorum: & quo ad hoc eſt unum obligatorium  
æquipollens præcepto ex ui regulæ, ſecundum declarationē Cle-  
ment. 5. quod continet in ſe multa obligatoria æquipollentia, ſeu  
multas conditiones obligantes. Nam omnia hic contenta ab eo  
loco (ſi qui uoluerint hanc uitam accipere, &c. uſq; ly & nullo  
modo

K

modo licebit, &c. pertinentia ad modum receptionis ad nouicium & ad professionem & ad formam habitus eorum & professorum sunt obligatoria secund. Clemen. 5. ut patet ex dictis supra cap. 1. q. 1. in æquipollentibus. Ideo ait speculū ff. 11. quod quasi oīa contenta in hoc 2. cap. in quantum tangunt materiam de nouiciis, sunt obligatoria: & ideo secundum expositores est intelligendum omne id quod Nicol. 3. & Clem. 5. circa hoc & circa alia non declarauerunt.

**¶** Secundo agitur in hoc cap. quodiam professi non possunt exire, & quo ad hoc est unum obligatorium inhibitorie, ibi (& nullo modo licebit eis, &c.)

**¶** Tertio agitur de uestitu & de calciamentis iam professorum, & quo ad hoc sunt tria obligatoria æquipollentia præceptis, ut patet sup. cap. 1. quæst. 1. secundum Clementem 5. Quorum primum est, de non habendo plures quam duas tunicas, unam cum caputio, &c. ibi (& illi qui iam promiserunt obedientiam, habent unam tunicam, &c. Secundum est de non portandis calciamentis, ibi (& qui necessitate coguntur, pos. portare calciamenta. Tertium est, de umentis uilibus induendis, ibi (& fratres omnes uestim. uilib. induantur) Reliqua ab illo loco, & possint ea repetiare, &c. usq; in finem non sunt obligatoria ex ui regulatione, ut patet ex dictis sup. cap. 1. quæst. 1. & 2. &c. Ideo solum sunt quinq; obligatoria modo supradicto in hoc 2. cap. quæuis in illo primo obligatorio multæ conditiones seu circūstantiae obligantes includantur. Nam ut bene ait Gerson alphab. 24. litera e, in regulis moralibus, cap. de penitentia. quis circa unū obiectum seu materiam de qua agitur, seu circa quam est actus, sint & requirantur multæ conditiones seu circūstantiae obligates necessario, non ideo dicuntur esse tot præcepta seu obligatoria, quot conditiones & circūstantiae. Sed unicum præceptum, secundum unicam materiam seu obiectum principale, alioqui in quolibet præcepto essent multa præcepta, ex quo in quolibet requiruntur multæ conditiones, seu circūstantiae necessario ut bene fiat, ut potest quis ubi per quos quicunque quando &c. ergo patet intentum ad quorū oīum maiorē declarationem, quaruntur 2 3. quæstiōes.

**¶** Quo ad illud, Si qui voluerint hanc vi tam

tā accipere, & uenerint ad fratres nos. &c

**V A E S T I O I .** Vtrum uenientes ad ordinem, omnes sint mittendi ad min. prouinciales de necessitate, an possint aliqui dimitti uel repelli sine hoc quodmittatur ad min. prouinciales? Respondeo secundum quatuor magistros, cap. 2. & expos. sanctorum patrū ordinis cap. 2. & speculum ff. 1 1. quod solum est instructio utilis, & non necessaria, quo ad hoc scilicet, ut sciamus quid agere debeamus circa eos tantum quinobis uidebuntur idonei, ut s. mittantur ad min. secundum debitas circūstantias, secundum loca & tempora, prout erit utile. Sed est conditio obligatoria, quo ad hoc s. quod admittant idoneos, & non eos retrahant amore carnali uel odio, & huiusmodi: sed potius iuuari. Sed an hæc obligatio recipiendi & iuuandi, & non retrahendi idoneos sit solum ex iure Diuino seu alio alias obligata, an etiam superaddita hic ex regula potest dubitari. Nam aliqui ut expos. sine tit. 2. cap. uidetur dicere, quod solum est obligatio cois omnibus ex alio iure. Omnes euim Christiani tenentur non retrahere sine causa rationabili idoneum à religione, ut proxime dicitur q. 2. & per hoc uoluit hic regula nos admonere: & si quid obligationis hic est per regulam, superadditum solum est quo ad hoc, s. quod subditur in regula, s. quodmittatur ut per solos ministros prouinciales recipientur idonei. & cum hac opinione uidetur etiam concordare F. Gundisaluuus, ut habetur in suo tract. in lib. ord. f. 9 8. dicens, quod illi qui uoluerint hanc uita accipere mitrantur ad min. ut s. inde licentiam accipient ad intrandum religionem, hæc ille. Aliis aut uidetur quod etiam ex ui regulatione sit obligatorium non repellere idoneos: & cum hoc concordare uidetur 4. magistri, & alii coiter expositores, & Clemen. 5. in sua declaratione uidetur ex suo tenore hoc approbare, quia generaliter sine exceptione dicit, quod omnia hic contenta, quo ad modum receptionis, &c. sunt æquipollentia præceptis ex ui regulatione. Quid horū sit uerius meliori iudicio relinquitur examinan. interim eligatur securius. Illi aut qui oīo apparent probabiliter inepti, aut non idonei ad religionem hanc, facile possunt, imo & debent statim dimittri & expelli: & de hoc non est dubium, quia patet ex declar. Nic. 3. art. 7. & ex infra dicendis in quæstionib. seq.

**V A E S T I O I I .** An liceat cuilibet Christiano, præcipue fratribus min. inducere aut retrahere aliquem à seu ad religionem, præsertim ad hanc religionem minorum? Ratio dubitandi est, quod ad nos præcipue, quia regula dicit Si qui uoluerint, &c. & uenerint ad fratres nostros, & mitrant eos ad suos min. &c. Ex quibus uidetur quod non licent iudicere eos, aut aliquos retrahere à meliori bono: sed quod solum sponte sua, nō inducti à nobis uenientes sunt, & possunt admitti.

¶ Respondeo 1. quod licitum & sanctum est inducere per bona media dispositos probabiliter & idoneos ad religionem reformatam, in qua regulariter & bene uiuitur, alias illicitum est. Notentur particulae. Nam est promouere eos ab bonum sibi conueniens, & proportionatum, & ad consilia Euangelica. & in hoc omnes docto. concordant, quod tales tali modo inducere est bonum, ut patet ex B. Thom. 2. 2. quæst. 189. Notandum tamen, quod non est bonum inducere quemlibet, etiam idoneum, ad faciliter uouendum religionem, ut bene ait Gaietanus 2. 2. q. 189. art. 2. licet sit bonum inducere ad religionem, quia in illo ueto facile factum est periculum, hic autem non. Dictum est, quod alias est illicitum inducere ad religionem si deficiat aliqua conditio de supradictis. Vnde inducere indispositum tali religioni reformatæ ad quam inducitur, non est licitum. Immo & uix excusat à peccato aliquando ueniali, & saepe mortali, quia est inducere ad indiscrete assidue statum altiore respectu personæ assumens indispositæ, ut supponitur: opus enim utsit bonum, debet proportionari facienti. Sicut & indiscrete farent, si omnes statum & uotum uirginitatis & prælationis sine differentia sumerent, seu si ad id inducerentur, quod non est expediens personæ sic indispositæ. Quod autem aliqua persona sit & possit esse indisposita ad alia consilia Euangelica pro semper, uel ad tempus, patet ex Luc. 14. Quis uolens ædificare turrim &c. nonne computat prius. & Math. 19. Sunt eunuchi quise castrauerunt, &c. non omnes capiunt uerbum hoc: qui potest capere capiat. & Eccles. 3. Altiorate ne quæfieris, nam non omnia possumus omnes, neque omnibus omnia bona conueniunt, ut patet. Neque est temere & indiscretè de Dei gratia & fauore fidendum: sed discretè & debitè, alioqui nulla posset esse stulta promissio Deo facta ab eo qui in Deo confidens

dens uoueret aut promitteret, aut aggrederetur quodcumq; bonum opus arduum confilii seu supererogationis, ut uirginitatis uotum & martyrii, &c. huiusmodi: quod clare patet esse falsum, & contra illud Eccles. 5. cap. Displacet Deo infidelis & stulta promissio. Infidelis, quæ s. non seruatur: & stulta, quæ s. discretionis sale non conditur, ut ait Gerson in regulis moralibus, alpha. 24. litera k. Ideo secundum eum, stultum est dicere quod de ingrediendo religionem non sit consiliandum, sed quod ad primam inspirationem ingrediendum sit. Similiter quod omnes passim licet ad hoc inducere. Et Gaietanus, 2. 2. q. 189. cum hoc cōcordans, dicit, quod qui debita dispositione carent, non debent ingredi neque induci ad religionem, utpote indisposita, & non habentes sumptus ad ædificandum turrim in statu religiosis, aut prius de bitam dispositionem nitantur adquirere, scipios uincere procurando, & à Deo adiutorium impetrando, per orationes, eleemosynas, & purificando conscientiam per lectionem scripturarum, per prædicaciones, & huiusmodi bona opera, ut oportet: uel etiam ingredi & induci possunt, si habetur spes bona & rationabilis, quod iam ingressis dabit Deus hanc bonam uoluntatem & dispositionem habentibus, tamen bonam intentionem & uoluntatem humilem, faciendo humiliiter quæ regula requirit, & status religionis quam assumit: hæc ille.

¶ Quod si quæratur quæ & qualis sit bona dispositio hominis ad statum religionis sumendum? Respondeo secundum Gaietanum ubi sup. corformiter ad B. Thom. quod est hæc, ut s. omnem affectum suum ad mundana & carnalia relinquere uelit efficaciter honores, diuitias, &c. cum proposito humiliiter seruendi Deo. Quod si talem abrenuntiationem homo persecle non habeat, sed aliqualiter, sufficit ei ut omnem suam fiduciam sustinendi in religione ponat in Deo, & cum tali fiducia & intentione bona humiliter ingrediatur ut probet, & probetur: hæc ille. Sed ultra hoc dicit Gerson Alphab. 73. litera I, K, tract. de passionibus animæ consideratione 18. 19. quod debet attendi, ne talis habeat complexionem & inclinationem nimis notabiliter oppositam obseruantis religionis: & ne sit à natura leuis & inconstans nimis, quia tales complexiones & inclinationes nimis fortes & habitus, & huiusmodi, licet non necessitent hominem, tamen ualde mouent ad

malum, & impediunt à bono. Communiter autem homo sequitur inclinationes naturales & habitus nimis fortes & uehementes ut patet experientia: & ideo isti nisi magno feroore constanti moverentur ad religionem, & probabiliter speraretur de eorum per seuerantia, & quòd à Deo & eius gratia mouentur, non deberet se religioni oppositæ suæ forti inclinationi tradere, neq; eos qui deberet inducere ad eā, ex quo in alio statu possunt bene saluari in religione aut illa ex indiscretione sua & fragilitate & temeraria confidentia in Deo probabiliter imminet periculū damnationis, ibi manendo irreligiosè, aut inde male egrediendo. Nam & ut ait idem Gerson Alphab. 70. litera h &c. tractat. de diuersis diaboli temptationibus: sāpe diabolus immittit proposita bona, scilicet de bonis ex genere operibus & consiliis aggrediēdis ab iis quos ex sua fragilitate seu indispositione scit tandem inde male cassuros. Et secundum prædicta omnia debet intelligi seu etiā limitari. B. Thomas ubi supra, licet videatur oppositum dicere. Nam intelligitur quòd si. quantum est ex genere operis cùm sit bonum & consilium Christi, non est deliberandum, sed potius est homo inducendus ad introitum religionis, dūmodo sit ipse alias debite dispositus, ut cùm gratia Dei debite prosequatur consiliū Christi: quia talis habens bonam dispositionem, bene habet sumptus ad turrim spiritualis ædificii, & sufficienter abrenuntiat oībus, ut sit discipulus Christi, & non aliter, ut dictū est. quis Siluest. aliter intelligens tamen Religio. 2. q. 1. & 2. aliter & male dicat: similiter & aliqui alii, nisi ut dictum est, intelligantur & limitentur. & sic patet, quare dictum est quòd licet inducere dispositos, & non alios. Secundo dictū est, quòd licet inducere eos, sed non qualitercunq;, sed per media licita, non uolenter, non minis inducendo ut quis intrerit, uoueat aut profiteatur religionem (an autem uotū metu extortum ualeat, uide latius alibi in materia de metu, uoto, & iuramento, ut in summistis facile haberi potest) quo non obstat. (ut ait Gerson in regulis moralibus) bene licet iudici aliquem ex demeritis, seu ex causa sufficiente compellere ut uiuat intra monasterium, seu etiam ut profiteatur & fiat religiosus, ut patet ex practica ecclesiæ. Regulariter autem id nō licet imponere iniunctio. Item an munib; & precibus liceat aliquem inducere ad religionem, & an sit symonia? uideatur latius in materia subiecta in summis.

Item

Itē non licet inducere per mendacia, laudando, uituperando, &c. huiusmodi ut patet, quia Deut. 16. iuste quod iustum est ex eque ris. Et propter omnia prædicta ait regula, Si qui uoluerint & uenerint ad fratres. &c. Non quia non possumus debito modo inducere & attrahere dispositos & idoneos ad religionem. Sed (ut ait Bonavent. & expos. sine tit. cap. 2.) ut per hoc innuatur quòd ex parte intrantium ingressus sit oīno uoluntarius & præsentialiter requisitus. ¶ Dicitur tertio, quòd generaliter loquendo, non licet inducere, nisi ad religionem reformatam, & ubi regulariter uiuitur. Nam secundum Gaieta. 2. 2. quæst. 18 9. ex B. Thom. requiritur ex parte religionis ad quā quis inducitur, quòd in ea uiuatur ita regulariter & exēplariter, ut habeat inductus occasionem in melius proficiendi. Nam si maiores tepide uiuunt & inter minores est multa relaxatio, iam certe imminet periculum scandali ipsi inducto dum aliud uidet quām putabat, & quām sibi dicebatur: & quāmis non mendacio inducentis, quia scilicet simpliciter induxit eum, extollens religionem in generali: tamen ipso actu inductionis quo tantum extulit inducens ingressum ad illam religionem, uidetur sic inductus deceptus esse. Vnde quando inducitur quis ad religionem, exponēda est etiam ei difficultas quæ erit ex imperfectione consortū, si ita est. Vnde inducere aliquem ad religionem deformatam, in qua uiuitur in mortali trāgressione regulæ aut legis Diuinæ, ut sunt aliquæ religiones aliquorum conuentualium male uiuentium, non secundum regulam promissam, est actus de suo genere malus, quia inducitur quis ad uitam reprehensibilem ex se, uel ex circumstantiis probabilibus: talis autem uita mala est, quia ex orbita à uita regulari. Ideo uituperabile est inducere & etiam ingredi talem religionem deformatam & irregularē, & etiam recipere personas ad talem religionem, uel uitam deformatam: quia est eorum peccato directe cooperari & ad eorū scandalū probabiliter imminens causam præstare, quis ecclesia toleret permisiuē, hæc sicut & alia mala, ut lupanaria & huiusmodi. Vnde etiam non licet inducere obligatum in minori religione ad maiorem & perfectiorem religionem, nisi ipsa maior & perfectior religio sit reformata, & regulariter in ea uiuatur de facto, licet ex se, uel ex debito, seu de iure sit absolute maior, hæc Gaietus.

Et

Et facit ad hoc illud Matth. 23. Væ uobis Pharisæi qui circuitis mare & arid. ut faciatis unum proselytum, & cùm feceritis, faciatis eum filium gehennæ, &c. Ex quo innuitur peccatum mortale committere prælatum recipientem. i. alium inducentem aliquem ad religionem ubi deformatè uiuitur, & ad statum periculosem, ubi regula promissa non seruatur. Nam communis regula doctrinæ est, quòd ubi in sacra scriptura ponitur ly (ue.) significatur poena inferni, & peccatum mortale transgressoris. Et ratione patet exemplari, quia si quis à me peteret cibum quem ego scio esse uenenatum, putans illum bono animo per illum cibum sanitatem consequi posse, nonne ego si tacerem & darem, essem reus mortis, illius, uel damnii inde prouenientis? Nonne si quis petat aperi sibi ianuam domus, ubi ego scio esse leonem fæcum percitum deuorare, uel esse ibi inimicum illius absconditum ad illum occidendum, si ego illi ianuam aperio, non reuelans pericula sibi parata, nonne ero in culpa mortis uel periculi inde probabiliter sequuturi? Ergo similiter si quis ueniens ad religionem deformatam ubi sunt innumera pericula peccatorum mortalium, propter communem ac multiplicem regulæ transgressionem, ueniens inquam ad talem religionem bono animo ut querat salutem animæ suæ, si ignoret deformitatem eius ac pericula quæ illic sunt, qualiter excusabitur janitor, s. prælatus introducens illum, uel alias illum inducens ad talem religionem mortiferam? Nullo certe modo excusatur talis prælatus recipiens, & multo minus qui tales inducit ad religionem deformatam: neq; illi qui per suffragia suorum uotorum talem uenientem admittunt: sed omnes inuoluuntur peccato maiori uel minori, secundum quòd quisq; tenebatur scire & prouidere tali periculo proximi, bono animo pro salute animæ suæ ad eos uenientes. Prælatus enim & is qui inducit, ad plus tenetur & minus excusatur, quām aliis simpliciter admittēs per suffragium sui uoti. Dico regulariter quòd non excusantur à peccato, præsertim si non informant eos uerè, clarè, & nudè de suo statu & obligatione, ac difficultate obseruandi quam habent, ut secundum Gaietanum dictum est. Nam bene excusantur, si inducant & recipiāt dispositos & aptos religioni tali, & spiritu seruentes, eos informando de promittendis & de periculis, & qualiter illa debet cauere & uitare ut saluentur. Nam & hoc modo indu-

cere

& recipere licitum est & bonum, etiam ad religionem deformatam: præsertim eos de quibus speratur præbabiliter, quòd iuuante gratia Dei, & saluabuntur & proficiant ad religionis obseruationem. Multos enim Deus suscitat ad reformationem ecclesiæ & religionum quotidie labentium, per quos & uitam regularem Deus sustentat, uel in toto uel in parte. & hoc intuitu modo prædicto eos informando, bene licet eos recipere & inducere, ut dictū est. Circa quæ omnia examināda magna & cauta discretio habenda est, & requiritur.

¶ Ex dictis patet primo an liceat retrahere aliquem ab ingressu huius uel illius religionis, uel etiam religionis cuiuscumq; in generali & dicendum est quòd sic, attentis prædictis circumstantiis aliquando, & aliquando non: & expresse quoad hoc etiam concordat Ger son in regulis moralibus, Alphab. 2 4. litera K, & Alphab. 6 7. B tract. de religionis perfectione, consyder. 2. dicens, quòd potest sincero & recto consilio religionis ingressus dissuaderi, quibusdam ad tempus, aliis in æternum. Sicut de prælaturæ susceptione aut status uirginitatis diceretur: quāmuis modestissima cautela in dissuadendo adhibenda sit, hæc ille. ¶ Ad quid autem teneatur & quomodo is qui male retrahit aliquem à religione cui non tenebatur, uel cui iam tenebatur, uideatur latius in summistis tit. Religioni, & tit. restitutio. Præcipuè Siluest. tit. Restitutio. 3. q. 1. autem teneatur ad aliquam restitutionem secundū aliquos, uideatur ibi sup. Patet etiam 2. ex dictis, quòd si communiter in hac nostra religione minorum uiueretur deformatè secundum regulam habendo nimiam distractionem sollicitudinemq;, & nolent contentari cum usu moderato rerum, & præceptum de pecunia non debite seruaretur, ut tenentur fratres secundum regulam & declarationem, seu dispositionem Papæ & ecclesiæ & huiusmodi, quòd tunc non licet inducere neq; recipere aliquos ad tales prouincias seu familias, nisi ut dictum est: & quòd talis status & modus uiuendi deformatè est multo imperfectior quām alia religio laxior, ubi tamen uiuitur reformatè cum redditibus, ut latius dicetur infra cap. 6. q. 1 6. & cap. 10. q. 5. &c. ibi uideatur. Patet etiam tertio, ex dictis, quare nostra regula tot conditiones recipiendorum explicuit, ut dicetur, & secundum constit. ordinis requiruntur & quales deberet esse recipiendi ad nostram religionem: quia

L

ut commu-

ut communiter uidemus recepti sunt peiores quotidie & posteriores prioribus, & multiplicatis talibus, multiplicantur transgressiones, & ordine dilato dilatatur & relaxatio & scandala crescit, ueteribusq; noua superadduntur. Ideo ex talium receptione multiplicata contingit aliquibus magis claudi uiam salutis in religione secundum Augustinū. Sicut nulos inueni meliores, quam qui in illa defecerunt, & aliquando euenit ut difficilioris aliqui saluerunt in religione quam forte in seculo saluarentur, quia in omnibus congruit religio, præsertim hæc nostra, ut dictū est sup. & etiam sup. in introductione, q. 3. &c. & infra q. 3. sequenti habetur secundum Bonauent. & ad prædicta omnia facit ualde dominus Nicolaus 3. in sua declarat. art. 7. concordando dicens: Per omnia discrete procedant, nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, sed illi tantum qui suffragantibus eis literatura idoneitate, uel aliis circumstantiis possint utiles esse ordini, sibiq; per uitæ meritum & aliis proficere per exemplum, hæc ibi. Patet tandem quarto, ex omnibus supradictis, quam stulte & infideliter contra animam suam & proximi, & contra religionem matrem suā agit is qui uel amore carnali, uel alias recipit ad ordinem eū qui aliquo modo notabiliter est indispositus uel inutilis, seu non idoneus tallireligioni, uel retrahit, seu repellit dispository, utilem & idoneum. Similiter qui ex quacunq; causa, irrationabili aut inaduententer seu indiscrete ad aliquod prædictorum suffragatur, quanto magis qui inducit, & qui temerē & pertinaciter conatur.

**V A E S T . I I I .** quo ad multitudinem uenientiū repelendam. An ratione multitudinis possit aliquibus iuste negari receptio ad ordinem, & si alias sint apti ad religionem? Dico secundum Bonauent. in quest. i. o. super regulā, quod non expedit nobis, nec ecclesiæ Dei, recipere omnes passim. Nō nobis, quia sunt uariæ hominum conditiones, qualitates & mores, quæ omnia non possumus bene examinare in tam breui tempore: sicq; multos recipemus imbecilles, qui non possent rigorem ordinis ferre, multos pauperes quin non pro Deo, sed pro uitæ sustentatione uiuere desiderarent nobiscum, multos incompositos moribus, quos uix corrigere ab insolita consuetudine possemus: & per tales dissolueretur ordinis disciplina, & impedi-

tur profectus aliorum & nō sufficeret eos omnes alii pascere nec eis seruire: Neq; inuenirentur tandem qui possent eis bene præfesse. Sicq; oēs simul & corpore & spiritu quasi confusa multitudo perirent, quæ nec bene regi ualeat nec commode substentari. Ecclesiæ similiter non expedit, quia cùm sit ordo ad ecclesiæ ædificationem constitutus & multitudo receptorum magis confusionem induceret, nec de conuersione multorum exemplum ædificationis, sed potius scandalum acciperet, ubi religiositatis excepto solo habitu nil ferè inueniretur. Minus enim malum est non esse religiosos, uel nomine, uel habitu, ubi non uiuunt sicut religionis eorum forma requirit, quam ut sint & per uitā eorum peruersam alios scandalizent: sicut melius est lucernam non esse in domo q; esse ibi tantum fœtidam & non lucentem. Nimis etiam foret onerosum fidelibus tot mendicantes unius ordinis pascere à quibus nullum uel modicum habuerint ædificationis præsidium. Sed tot & tales recipi expedit qui sine onere Ecclesiæ pasci possint, & qui ualeant Ecclesiæ in spiritualibus respondere iis quæ ab ea in temporalibus recipiunt pro corporali substentatione, hæc ille. Et faciunt ad hoc multa iura ad propositum quæ adducit Gloss. in dist. 23. cap. Talis. Faciunt & ea quæ in fine quæstionis præcedentis, & sup. in Introductione quæst. 3. dicta sunt, quod multitudo intrantium est una causa periclitacionis religionis, & quod non omnibus expedit nostra religio, & ibi præcipue esset prouidendum. ¶ Quod si contra hoc obiciatur, cùm multitudo sit occasio confusionis & mali regiminis, &c. ut dictum est. quare ergo multiplicamus numerum recipiendo multos, præcipue inutiles & oneramus nos ipsis & aliis?

¶ Respondeo secundum Bonauenturam, q. 15. super regulam, Inutiles omnino sc̄iēter non recipimus, sed præter spem nostram aliquoties casu sic contingit (sicut natura non dicitur generare monstrum, quia non à proposito, sed casu producitur monstrum ex errore naturæ, sic in proposito).

Quatuor autem de causis solemus recipere superuenientes. Prima est, compassio perditionis eorum qui uix extra ordinem in seculo saluarentur: sicut qui de igne uel aqua periclitantem, uel de alio periculo rapit.

Secunda, propter profectū ordinis qui ex scientia, morū honestate, &

& quorundam reuerentia futurus præsumitur.

Tertia, propter aliorum ædificationem, ut multi de talium conuersatione qui aliquo modo sunt famosi in seculo, emendetur, & eorum emendentur exemplo.

Quarta, propter precū instantiam quā ipsi faciunt pro se & aliis pro eis nimia importunitate obtinet aliquos recipi quibus de negari nō potest. Et sicut agricola sæpe seminat & plâtat in spe quod omnia bene conualeſcent ad fructum: quod tamen plerunq; in ali quibus nō euenit. Ita contingit & in religiosis ad ordinem receiptis, Luc. 8. Aliud cecidit secus viam &c. seminantur autem plures fulci, ut si aliqua grana perierint, alia pro illis Deo iuuante, & omnia prouidente conualeſcant. Nos autem omnibus prouidere non possumus: quia Sap. 9. Timidæ & incertæ sunt prouidentiae nostræ.

 Quo ad id, & si hæc omnia cred. vx-  
res non habent, &c. & illud, Examin. eos  
de fide Catholica.

 V A E S T I O I I I I . Quæ conditiones requiruntur ex regula, & ex iure communi, & ex statutis nostræ religio-  
nis in recipiendis ad ordinem, & quomodo intelligan-  
tur? Respondeo 1. quod ex regula requiritur duo quæ in hoc  
cap. 2. tanguntur obligatoriè: Quartū prima est, quod sit fidelis,  
Catholicus, & de nullo errore suspectus: & hoc est quod dicitur  
(& si hæc omnia credant, &c.) ut in 1. cap. constit. generalium sta-  
tuitur & declaratur, quod hoc intendit & docet regula. Ergo re-  
quiritur ex speciali præcepto regulae, quod non recipiatur nisi fi-  
delis, catholicus, & de nullo errore suspectus. Fidelis, i. quod ha-  
beat rectam fidem & firmam, ut tenetur, ad quam fidem pertinet  
omnia quæ ipsi obsequuntur, secundum sanctum Bonauenturam  
2. cap. Catholicus, i. quod fateatur se usq; ad finem fidem Carbo-  
licam & Ecclesiastica sacramenta se uelle obſeruare, ut ait F. Gu-  
disaluuſ fol. 99. unde licet in hoc quod dicitur quod sit fidelis ha-  
bens fidem ueram, includatur hoc quod est esse uerum Catholicum

cum & sacramenta ecclesiastica quæ ueram fidem consequuntur, tamen ideo explicantur hæc, ut non solùm corde, sed & ore & opere & signis ueram fidem profiteantur, ut oportet, & reuerenter conseruent, seu conseruare efficaciter uelint. Item de nullo errore suspectus, hoc non ponit regula, sed ordo in consti. g. secundum ius Diuinum & regulam, ut ait expos. sine tit. Nam requiri-  
tur testimonium etiā ab hiis quæ foris sunt & coram hominibus, ad quorum ædificationem, est specialiter nostra religio. Ideo re-  
quiritur remotio cuiusq; prauæ suspitionis de aliquo errore: quia si quis esset taliter suspectus, non potest licite recipi, etiam si in se  
esser uerè fidelis, catholicus, quoisque talis suspicio decidat ab eo  
apud homines. Voluit enim ordo etiam scandalo prouidere fide-  
lium ex tali suspitione proueniente, sicut regula inf. 11. Ne habe-  
ant suspecta consortia, &c. Et quāuis de iure Diuino & Ec-  
clesiastico requiratur hæc conditio, quod s. sit fidelis & Catholi-  
cus, tamen ex speciali uinculo imponitur obligatoriè per regulam  
secundum Clemen. 5. ubi sup. in glos. habetur: quāuis quatuor  
magistri, & Hugo dubitasse uideatur de hoc: sed ut dixi, standum  
est declarationi D. Clement. 5. ubi sup.

Quomodo autem tales debeat examinari, s. per ministros pro-  
uinciales, ad quos ex regula pertinet auctoritas recipiendi, uel per  
eos quibus ipse commiserit receptionem eorum: & si non sunt iā  
per ipsos min. examinati, quia sic habetur in constitutionibus ge-  
neralibus, quod qui recepturus est aliquem ad ordinem prius secundum regulam, diligenter inquirat quod recipiendus sit fidelis  
Catholicus, ut docet regula, &c. Notandum tamen circa hoc,  
quod talis examinatio an sit fidelis, catholicus, &c. tunc tantū est  
in obligatione ex uirilæ facienda, quando & ubi contingit es-  
se aliquos hæreticos secundum Bonauen. & expos. sine tit. & co-  
muniter omnes doct. seu quando talis omissione examinationis ex-  
rationabilibus circumstantiis uideretur damnosa uel periculosa:  
alias autem non est necessaria talis examinatio, sed sufficit quid &  
quomodo communiter sit in receptione, quod s. generaliter cum  
aliis interrogationibus queratur a recipiendis an sint & uelint per  
manere in fide catholica, an ligati matrimonio, corpore sani, &c.  
& facit ad hoc glos. in dist. 24. cap. nullus. Et hic notan-  
dum secundum Bonauen, quod in præfata examinatione de fide  
catho-

catholica intelligitur examinatio de aliis minoribus ad fidem per tinentibus. modus enim regulæ est dare ex similibus similia intellegere, & minora in maioribus implicare.

¶ Secunda conditio ex ui regulæ est, & uxores non habent, uel si habent, &c. i. qui non sint iam matrimonio ligati per copulam carnalem superuenientem spōsalibus uel matrimonio rato, ita quod non consumauerint matrimonium: tunc enim matrimonium consumatum, quando post consensum de praesenti uel post sponsalia superuenit copula. Nam si copula praecedit & post sequitur consensus, non est matrimonium consummatum, sed solum matrimonium ratum, & potest bene dissolui per ingressum religionis cuiusque, ut communiter habetur apud summis. tit Religio. & tit. Matrimonium Siluestrina, quia hoc est de iure communi. Et in super regula nostra imponit hoc nobis obligatoriè secundum Clemens. §. ubi sup, & sic statuitur & declaratur in constit. g. Martini 5. caput. 2. & expos. sine tit (si uxores non habent) s. post copulam carnalem. Vel si habent uxores, s. post matrimonium iam consumatum, non possunt recipi sine peccato transgressionis regulæ, nisi concurrent conditiones sequentes, f. quod uxores intrent monasterium suum, uel quod viri dent licentiam intrandi religionem, faciendo uotum continentiae de auctoritate dicēsanī episcopi: & quod tales uxores sint illius aetatis & qualitatis, quod de earum incontinentia non habeatur probabilis suspicio. Et notwithstanding quod omnes istæ conditiones sunt etiam de iure communi, ut expresse habetur cap. Cūm sis, de conuersione coniugatorum. Ideo uideatur in summis, præsertim summa Silvestri. tit. Religio. 2. q. 9. & latius tit. Matrimonium, 8. q. 12. & alibi. hoc tamen semper notato, quod quis circa haec quoniam debeant fieri necessario ex iure communis sint opiniones doctorum canonistarum, ut patet ibidem, tamen nos fratres min. tenemur tales non aliter recipere quam hic etiam per regulam imponitur obligatoriè. Voluit enim B. pater Franciscus quod teneremus modum securiorem & ueriorem in receptione talium coniugatorum. Ita quod si aliqua conditio de suprapositis deficiat, utpote quia uxor iuuenis, præsertim si propter adulterium cogitur ad diuortium, ut det uiro licentiam intrandi religionem, ipsa faciens uotum continentiae, manendo in seculo: quis secundum ius commune hoc forte sufficiat ut vir inter-

tre religione, & ut maneat religiosus, etiam uxore reclamante, secundum aliquos doct. & ualeat talis professio. Tamen nos fratres min. peccaremus talem recipiendo, ex quo iniuncta tali uxore etiam ex culpa sua vir suus ingreditur religionem, est suspicio de incontinentia talis uxoris in seculo remanentis, quis professio sit ualida de iure. Nam totum hoc hic contentum quoadmodum receptionis ad nouiciatum & professionem est etiam obligatorium ex ui regulæ, secundum Clemens. Quis alii doct. de his quondam dubitauerint. Ideo seruandus est modus nobis ex regula taxatus, quis aliud quo ad aliquam conditionem possit licite fieri de iure coi, in aliis religionibus: & quamvis professio sit ualida, etiam in nostra religione, si prætermisso modo regulæ nostræ fiat secundum ius cūmune, ut dictum est. ¶ De iure autem communi requiruntur 7. conditiones. Prima, quod non sit matrimonio ligatus is qui ingreditur religionem: de qua iam dictum est, quod etiam imponitur per regulam, uideatur in summis. ubi sup. Secunda conditio est, quod sit conditione liber. Tertia, quod non sit dignitati astrictus, quia Episcopi & superiores non possunt fieri religiosi sine speciali licentia Papæ. Quarta, quod non sit ingrediatur quis coactus metu uel uiolentia, sed uoluntarie. Quinta, quod non sit mente captus, furiosus, aut impubes. Nam requiritur actas debita, præsertim ut ingrediatur nostram religionem. Requiritur de iure coi quod compleuerit annum 14. ut incipiat sic annū probatiois, & cōpletō anno 15. potest profiteri, & non ante, quis etiam secundum alios doct. ante 18. annū non potest quis profiteri in nostra religione, sicut nec in aliis religionibus existentibus in insulis multū rigidis. Requiritur etiam quod sit rationis amentis capax & uiens, nam furiosus & huiusmodi, non possunt esse religiosi secundum ius. Sexta conditio est quod non sit obligatus ratiociniis publicis & perpetuis, de quibus etiam uideatur in summis, ubi sup. & de eo qui tenetur ad aliquid faciendum: utpote ad legendum, curādum & huiusmodi, ubi notwithstanding quod liceat humana lege non prohibeatur ingredi religionem is qui est obligatus priuatis seu temporalibus ratiociniis sicut obligatus publicis prohibetur, tamen aliunde, s. lege Diuina & naturali potest obligari non intrare anteq; se sufficienter expediat, ne suus ingressus sit causa proxima malorum. Nam Deut. 16 Iuste quod iustum est exequaris: & faciunt ad hoc quæ sequuntur,

Septima

¶ Septima conditio est, quod nō sit debit is obligatus. Qui enim est debit is obligatus, non potest fieri religiosus, ut habetur in prae dictis summistis. Sed de hac conditione similiter & an possit intra re religionem is qui habet patrem in necessitate, latius inf. q. 5. & 9. sequentibus agendum est, ibi uideatur.

Conditiones autem requisitae ex uo nostrarum constit. ordinis sunt omnes supradictæ, & insuper aliæ &c. Quarū priua est, quod sint animo prompti, sicc. secundum Bonauenturam, quod sint parati ad martyrium: quod uidetur intelligendum de congruentia: uel si de necessitate intelligitur, quod sint prompti ad martyrium per fidem, sicut alii Christiani tenentur esse in animi præparatio ne: & similiter isti pro fide & pro regula, postq; eam promiserint, sicut pro lege Dei seruanda ad quam tenentur: & sic hoc includitur in illa conditione, quod sint fideles, catholici, & uelint confiteri & firmiter obseruare, &c. Vel dic quod requiritur quod sint animo prompti, ita quod omnino uoluntariè & non coacte ueni ant ad religionem: & sic reducitur ad aliam conditionē iuris com munis & regulæ, quod si. qui uoluerint hanc uitam accipere, &c. ut sup. q. 2. dictum est.

Secunda conditio, quod sint corpore sani, non infecti lepra, aut alia infirmitate contagiosa, aut morbo caduco, ut habetur in constit. ordinis, ut etiam habetur in tab. 21. uic. g.

Tertia conditio, quod sint legitimè nati: sed hæc conditio com muniter, & non est consuetudo tales repellere propter illegitim itatem. ideo consuetudini stetur.

Quarta conditio, quod non sint aliqua uulgari infamia insecu lo notati.

Quinta, quod sint sufficienter literati, uel ad alias labores ordi nis fratribus honestos & utiles, apti.

Sexta, quod ad nouiciatum non recipiantur ante 17. annum in ceptum. Nec ad professionem, ante annum decimum octauum etiam incep tū. Sed istæ conditiones ex uo statuti ordinis, non obligant ad culpam, quantum est ex uo statuti, bene tamen ex alio iure Diuino uel humano, præsettum quia si præcepit D. Nicolaus 3. in sua declar. art. 7. quod non omnes passim recipiantur, &c. ut sup. in fine 2. quæst. dictum est. ¶ Item quia si contra condi tiones requisitas quis recipitur ultra peccatum quod incurrit, sære

sæpe non valet receptio neq; professio, & manent multa quei & obligationes tam ipsi recepto, quam religiosis recipientibus, de quibus omnibus in supradictis summistis uideatur. Hic enim de duabus tantum conditionibus ex iure communī requisitis, quæ non bene uidentur tractari à summistis agendum censui in quæ stionibus duabus subsequentibus. ¶ De Religiosis autem alia rum religionum, an & quomodo liceat recipere uel non, latius infra q. 17. &c.



V A E S T I O V . Vtrum liceat grauato debit is intrare religionem, aut ipsum recipere? Respondeo quod in hoc sunt duas opiniones solemnes, quarum prima uidetur uerior quam tenet Gerson alphab. 39. litera x. y. &c. in 2a parte summae, & supplementum Gabrielis in 4. dist. 3. 8. q. 1. bb. & alii doctores, ut Medina de restituōe sol. 19. 20. quod est obligatus debit is alicui personæ uel communitati certæ & determinatae, ratione furti, mutui uel contractus, non potest intrare religionem, uel reddere se uoluntariè absolute impotentem ad soluendum, nisi prius satisfecerit debit is ipsi creditori, uel alio modo ipse uel alius pro illo, uel conuentus satisfaciat, uel alio modo sufficienti pateat probabiliter modus ad satisfaciendum, alias peccat qui contra facit, & qui ei cooperatur ipsum recipiendo, & huiusmodi, & uterq; manet obligatus ad prædictam satisfactio nem modo possibili. ¶ Notentur particulæ. Pro cuius declaratione, dico quod ista opinio stat in 7. punctis. Primo, quod si quis est obligatus debito certo, s. contracto ex furti, mutuo uel alio contractu facto determinate alicui personæ uel communitati, & intrat religionem, & hoc ignorantibus ipsis religiosis qui ei fecerunt debitas interrogations solitas fieri secundum statuta, s. si erat conditione liber, & à debit is expeditus, &c. & ipse hoc cœlauit, tunc ultra peccatum mendacii ipse peccauit peccato furti, quantum in se est sic uolens intrare & reddere se impotentem ad soluendum prædictum debitum: ratio qui non sunt facienda mala, s. furti uel huiusmodi, ut ueniant bona quæcunq; etiam bona consiliorum & eorum impletio, non ideo est faciendum contra præcepta Dei: sed iste sic facit, ergo. ideo tene tur uel suam industria uel laborem, etiam cum diminutione sui status

status prius satisfacere prædicto debito, & non reddere se impotentem, nec religionē intrare, sed differre quousq; satisfaciat per se: nisi per alium uel alio modo pateat probabilis & sufficiēs modus satisfaciendi, etiam post ingressum: Sicut qui habet patrem in necessitate constitutum cui prius tenetur filius prouidere de necessariis, tenetur differre ingressum, quousq; compleat debitum patris (ut in q. 6. sequenti dicetur latius) sic in proposito.

¶ Secundum punctum est, Si iste sic obligatus alicui personæ uel communitati ex furto uel contractu (ut dictum est) non potest in toto uel in parte de suis bonis, neq; de sua industria uel labore satisfacere: & hoc probabiliter appareat. Ipse tunc potest auctoritate seu de licentia iudicis publici cedere bonis, & sic potest licite & libere intrare religionem. Nam talis princeps uel iudex, si alias aliqua lege particulari non prohibetur, potest cogere creditores etiam particulares, ut acceptent bonam æquitatem hanc cessionis bonorum in casu prædicto, & sic licentient ad ingressum religionis. Et hoc ait Gerson expresse uerum in casu quo probabilitas apparuit quod talis debitor non potest in toto uel in parte de suis bonis uel de industria sua uel labore satisfacere. Secus si posset aliquo modo, maxime ubi est lex sicut in regno Castellæ, quod cedens bonis tradatur creditori ad laborandum uel seruendum, deo nec sit ei satisfactum de debito: & hoc etiam ait Gerson quod est intelligendum ubi persona est libera (de quo non est dubium) & ubi non currit lex uel consuetudo quod non habentes unde soluant in corpore. Ego uero salua ueritate, credo, quod etiam ubi currit talis lex & consuetudo, potest de licentia iudicis quis intrare religionem, ut dictum est. Nam solum remittitur ei pena legis quæ optime recompensatur in religione, & quantum est ex hoc, nullum præiudicium sit creditori aut communitati, si non solvatur prius talis pena legis ex tali causa: immo & propter honorē religionis quam ingressurus est, uidetur non conueniens, immo & forte quod non liceat prius talem penam infamem exigere ab eo qui licentiatur ad ingrediēdum religionem modo supradicto, quia nec reciperetur in religione tanquam infamia publica notatus: sicq; per hanc penam esset reddere illum indispositum seu inhabilem ad religionem ad quam licentiatur, sicq; uidetur implicare quod inhabilitetur ad id, ad quod licentiatur, ergo.

Tertium.

¶ Tertium punctum est, quod obligatus reipublicæ ratione, uel usurarum uel huiusmodi, seu aliunde potest in casu à gerente officium reipublicæ absolui uel licentiaru. Similiter potest fieri de obligato sub incerto seu indeterminato, ubi restitutio uaga, quæ in pios usus habet fieri sola requiritur, quia quo ad hoc is qui gerit curam reipublicæ, & boni communis, potest pro bono spirituali communii ex tali ingressu religionis resultante, secundū æquitatem disponere, multo magis, quam debito alicui personæ certæ determinatae exoluendo: de quo in secundo punto præcedenti dictum est: quāuis hoc uideatur alicui scrupulosum, quomodo potest absolui per iudicem à præcepto Diuino, quāuis sit restitutio uaga & incerta: sed credo sententiā Gersonis piam & uerā.

¶ Quartum punctum, Si quis esset obligatus alicui personæ uel communitati determinatae ex solo uoto uel iuramento, & non ex debito ratione furti mutui, aut contractus iustitiae commutati ux: ut si quis iurasset sponte dare alteri C. florenos, & uellet intrare religionem, posset hoc facere non soluendo florenos illos centum, quia commutauit iuramentum, uel uotum in melius. Secus ubi obligatio aliunde consurgit ex furto uel mutuo, &c. ut dictum est: & quāuis hoc non uideatur uerum quando tale iuramentum sit parti, scilicet soli Deo, tu tamen generaliter dic esse uerum ut ait Gerson, quia sic debet interpretari tale iuramentum, etiam parti factum sine dole: ut de hoc latius Siluest. tit. iuramentum. per totum, & iuramentum 4. q. 18. q. 20. & tit. Religio. 2. q. 5. & tit. uotum. 4. q. 7. part. 2. &c.

¶ Quintum punctum, Si talis sic obligatus alicui personæ uel cōmunitati determinatae ex furto mutuo uel contractu iustitiae commutatiæ, illicite intraret & profiteretur sine prædicta licentia & auctoritate iudicis aut principis, ut dictum est in 2. & tertio punto, & hoc ignorantibus religiosis seu conuentu, ut in 1. punto dictum est: tunc ultra peccatum ipsius profitentis, ipse professus manet adhuc obligatus satisfacere creditori modo sibi possibili. Sed quomodo? Certe sic, s. quod religiosi possunt eū libere eiicere ab ordine ad tempus, uel ad semper, quia ex quo ex ignorantia non consenserunt in tajem eius receptionem, ergo non tenentur eum tenere: & ipse sic eiectus in sæculo, uel alibi, tenetur satisfacere creditori ex sua industria, uel alias, modo sibi possibili, ut

M 2 ante

ante tenebatur. An autem teneatur ad uota religionis quæ profi-  
tendo promisit, paulo inferius dicetur. Quòd si non eiicitur à re-  
ligione, tunc ipse tenetur petere licentiam ad satisfaciendum suo  
creditori, laborando, intra uel extra ordinem : & si licentiant eū  
ad laborandum intra ordinem, tenetur ibi manendo laborare, ser-  
uando sua uota ut potest religiose, laborando. Similiter si licen-  
tiant illum extra ordinem, etiam tenetur ibi procurare satisfactio-  
nem creditori, laborando & huiusmodi : quia omni modo possi-  
bili tenetur secundum Diuinum præceptum satisfacere. Quòd si  
non eiicitur, nec datur ei licentia laborandi intra uel extra ordi-  
nem, tunc ipse conuentus tenetur satisfacere ex quo retinet eum,  
& impedit ne satisfaciant creditori: & si uult tunc ipse potest exire  
ab ordine, ut laborando uel alias procuret satisfactionem. An au-  
tem tunc ipse possit licite permanere ibi in ordine, faciendo requi-  
sitionem ipsi prælato uel conuentui quòd det licentiam laborandi  
intra uel extra ordinem: & quòd si nolunt quòd ex tunc ipse exo-  
nerat suam conscientiam in illis, & quòd illi extunc teneantur sa-  
tisfacere pro illo: & per consequens an sit securus sic faciendo, rei-  
ciendo suam obligationem in conuentum uel prælatum taliter se  
habentem: uidetur dicendum (ait Gerson) quod si conuentus uel  
prælatus acceptat obligationem satisfaciendi pro illo, quòd est secu-  
rus & tenetur ibi manere sub obedientia, modo conuentus uel  
prælatus bene satisfaciat, modo non, quia ipsi reddent rationem  
de hoc: si uerò nolunt acceptare hanc obligationem, uidetur quòd  
teneatur exire inde, quia ex quo iste tenetur satisfacere modo pos-  
sibili & licito, & potest exire si uult, ergo tenetur exire dum alius  
modus non appetet, ergo. Et notandum quòd iste sic electus uel  
licentiatus extra ordinem uel quomodo libet egressus sponte, uel  
alias ad satisfaciendum creditori, tenetur obseruare quam com-  
modo potest, omnia uota & cætera obligatoria illius religionis,  
quam professus est: quia quantum in se est, se obligauit ad illa, ideo  
quantum potest tenetur seruare. Item tenetur habere animum  
redeundi ad religionem facta satisfactione debita, & ea facta,  
tenetur statim procurare humiliter & efficaciter quantum in se est re-  
gressum ad illam religionem. An autem interim quòd est sic obli-  
gatus debitum, possit esse heres, & succedere in hæreditate (ex  
qua soluat debitum) postquam non est perfecta professio absolu-  
te ui-

te, uidetur quòd sic, secundum Gerson. ubi sup. literaz.  
¶ Sextum punctum est, Si uero sciente conuentu prædictam obli-  
gationem recipit tales ad professionem, tunc nec potest eum eii  
cere, nec ipse potest egredi: sed conuentus ultra hoc quòd pecca-  
uit, si eum recipit cum animo non satisfaciendi, tenetur uel dare  
illi licentiam ad laborandum intra ordinem, salua regulari discipli-  
na, uel satisfacere pro illo, ex quo sic eum recipiendo suscepit  
in se obligationem tenendi illum cum suo onere, i. cum obligatio-  
ne ad satisfaciendum: quòd si conuentus non satisficerit, nec de-  
derit licentiam laborandi intra ordinem, iam ille professus securè  
manet in ordine, faciendo quod ibi potest, salua ordinis discipli-  
na & regula laborando, ut sibi permittitur ad satisfaciendum, &  
sic tenetur ibi manere: de reliquo autem, cōuentus & prælati red-  
dent rationem Deo & hominibus. Multæ aliae circunstantiæ pos-  
sunt esse in casu præsentis quæstionis, utpote si insuper habeat ux-  
orem talis, si potest succedere in hæreditate, si sufficit simpliciter  
cedere bonis & relinquere curam satisfaciendi alicui amico uel fra-  
tri, &c. huiusmodi, & quomo hæc fieri debeant. De quibus om-  
nibus latius Gerson ubi sup. De quo etiam ui: in compendio pri-  
uileg. mendicantium tit. Hæreditas. Et cum prædicta opinione  
concordat etiam Gaiet, in 3. quolibet. q. 3. prope finem, dicens:  
Non satisfit pensioni debitæ ecclesiæ cathedrali, si debitor ingre-  
ditur religionem, nec ab obligatione soluendi legati aut contra-  
ctus ingressus religionis absolvit: & 2. 2. q. 18 9. art. 6. etiā cum  
prædictis concordat, dicens etiam: quòd sic sensit B. Thomas ibi  
dem, & quòd præsertim loquebatur in casibus de quibus in 3. &  
4. puncto supradicto habetur, quāuis non satis se explicauerit.  
Sed certe non ita sensit B. Thomas ibidem, si eius uerba uideatur  
sed potius oppositum, ut dicetur. Sed quia nō potuit Gaietanus  
rationabiliter defensare opinionem oppositā B. Thomæ & alio-  
rum doct. idēo limitauit glossando dicta B. Thomæ, secundū ue-  
ram opinionem supradictam, quam & ipse Gaietanus tenebat.  
¶ Septimum punctum, ex dictis elicetur secundum Gaietanum in  
3. quol. q. 2. quòd si quis emissurus professionem habeat hæ-  
reditatem uel bona quæ probabiliter dubitat esse male acquisita  
& obnoxia restitutioni, quòd potest talis nouitius absolute re-  
nuntiare talia bona alicui, uel aliquibus propinquis uel amicis,  
&c.

&c. huiusmodi, dummodo illis sint tales, quod indubitate credatur restituturi, quando, & quantum, & quibus, & quo modo oportet id quod debet, & dummodo insinuet illis dubitationem quam habet de male acceptis bonis, & unde eam concepit, & cetera huiusmodi ad hoc requisita, alias non licet, si haec omnia non adhuc hae Gaietanus: alias si persona uel communitati determinatae debeat certa, tunc est adhibenda diligentia iuridica, quam Gerson, ut dictum est, ubi supra, praesertim litera z, ponit: ibi uideatur. Alia est opinio B Thomae, Palud. in 4. dist. 38. Raymundi, &c. aliorum doctorum, ut etiam referunt & tenent cu[m] eis summa Ang. tit. Religio. s. 67. & summa Siluest. eod[em] tit. q. 4. quod talis debitum quibuscumque obligatus, potest licite intrare religionem & recipi, & ibi non tenetur laborare pro satisfactione, etiam si ad id se juramento creditoribus astrinxisset (quod est difficilius & magis alienum a ueritate) rationes quibus mouentur tanguntur proxime in argumento sequenti, & ibi soluetur. Contra supra dictam opinionem primam Gersonis, praecepit contra primum & s. & 6. punctum in quibus discordat B. Thom. &c. a prima opinione Gersonis, sic arguitur: quod qui uult ingredi religionem, mouetur consilio s. ad consilia, ergo non tenetur alia lege: quia qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, Galath. 4. Si spiritu ducimini, non es sub lege, & 2. Corinth. 3. ubi spiritus Domini, ibi libertas. Item secundo, quia in seculo est periculum peccati mortalis, ibi manendo inter occasionses ad mortale, laborando pro satisfactione, &c. ergo licitum est fugere pericula mundi ingrediendo religionem. Item 3. quia persona hominis liberi non potest iam in lege gratiae obligari pro pecunia, quia nec potest dignare compensari: dico notanter in lege gratiae, quia olim in lege ueteri bene licebat uenundari hominem & fieri seruum pro debito pecuniae, ut patet 4. Reg. 4. Nunc autem in lege gratiae ubi abundat redemptio & libertas per Christum id non licet. Leges etiam ciuilis sic misericorditer disponunt, quod persona liberi hominis non possit obligari, nec uenundari pro pecuniario debito, ergo. Item quarto, quia sufficit ut homo faciat quod protinus potest, s. cedere bonis secundum leges, nec ad amplius obligatur: & sic censetur satisfactum creditor, & per consequens iam liberè potest intrare religionem. Respondeo secundum Gerson, ad haec omnia

omnia, & primo, ad primum, negando antecedens: nam cum talis circumstantia non est consilium Christi ingredi religionem, nec sed mouet ad faciendum contra suam legem & pracepta de lege communis, nisi constaret aliquando in casu per reuelationem & miracula ut est declaratum per ecclesiam, extra de hære, cap. cum ex iuncto. Neque enim melior uita facere mala ut ueniatur bona, seu exequi consilia cum uiolatione praceptorum, non furaberis, ut est in casu, ergo, & sic intelligitur illud Galat. 5. & 2. & Corinth. 3. & aliter etiam intelligitur secund. glos. doctorum, ibi uideatur in Nicolao Lyra. dictum est enim quantu[m] sufficit ad propositum. Ad secundum negatur etiam antecedens & consequentia. Nam non est periculum propinquum ad mortale in seculo si homo uelit facere quod in se est & debite & cautè uiuere, ut patet, quia filius potest licite manere in seculo pro succurrendo necessitatibus patris, quod utique non posset, s. ibi manere licite, si ibi esset periculum propinquum ad mortale, ut dicetur latius q. 6. sequenti: patet etiam, quia dicere quod in seculo est periculum mortale communiter, etiam damnare omnes status mundi manentes in seculo seu extra religionem, quod est erroneum. De periculo autem remoto & occa- fione remota ad mortale, non est facienda uis, ex quo potest optime caueri, & in quolibet statu sunt sua talia pericula remota in hac uita. Ad tertium respondeo, quod licet non possit uenundari, aut fieri seruus pro debito pecuniario, sic quod simpliciter non possit obligari, potest tamen obligari secundum quid: quia & potest incarerari, ut patet, & aliquando in corpore puniri, & aliquando occidi propter furtum, &c. Sic etiam potest detineri pro debito, licet non fieri seruus omnino, & ratio quae ibitangitur, scilicet quod non est digna compensatio hominis pro pecunia, &c. nil ualeat: quia licet quo ad ualorem naturalem sit ita, non tamen quoad ualorem usualem & utilitatem quo ad hoc enim bene est digna compensatio hominis ad pecuniam, ut patet: quia licite unus homo seruus uenditur sicut unus equus, pluris aut minoris, ubi est licitum uendere seruos secundum utilitatem maiorem uel minorem, quae ex illo speratur, ergo. Ad quartu[m], dico, quod sufficit quidem cedere bonis secundum leges, ut sic censeatur satisfa- cum creditor: sed negatur quod qui sic inuicto creditore ingreditur religionem, quod iste cedat bonis eu modo quo leges dicitur sufficere.

sufficere ad satisfactionem. Nam qui cedit bonis secundum leges tenetur iurare sicut & iurat, quod si uenerit aut uenire potuerit ad pinguorem fortunam, soluet in toto, uel in parte: ita quod quicquid lucrari uel habere potuerit deinceps, (referuando sibi conuenientem sustentationem, quae etiam aliquando a iudice taxatur) sit acquisitum suo creditor, ergo si talis sponte se reddat impotem ad lucrandum & soluendum, ut ingrediendo religionem, petet quod peierat & peccat, ergo, hanc Gerson.

Questio 6

 V A E S T . VI . Vtrum is qui tenetur seruire seu prouidere parentibus propter eorum necessitatem possit intrare religionem, & postquam intravit & professus est, a tenetur potius egredi seu prouidere eorum necessitatibus & eis obedire: quam manendo in religione obedire praelato opposit. præcipienti. Respondeo hic sunt duo articuli. Primus, est an possit intrare? Secundus, postquam professus est an potius teneatur pri. quam praelato, quo ad primum omnes doct. coiter concordant (ut etiam referunt summa Siluest. tit. Religio 2. q. 7. & summa Angelica eodem tit. s. 11.) quod si parentes sunt in magna necessitate: cui per alium subueniri non potest, uel non speratur probabiliter quod eis per alium prouidebitur in tali necessitate magna, & dummodo ex talie eorum seruitio uel prouisione non imminet filio dispendium salutis, i. periculum probabile seu propinquum ad mortale, tunc tenetur filius non intrare religionem, quousque sit debite prouisum prædictæ necessitati parentum. Ratio, quia opera præcepti non sunt omittenda propter opera consilii: ut patet ex dictis per Gerson. sup. in s. q. præcedenti, ergo: & facit ad hoc Math. 15. Qui dixerit patri munus quodcumque ex me est, tibi proderit, &c. & ibi Nicol. Lyran. & Glos. doctorum & sic intelligitur secundum doct. illud cap. Si qui filii, o. dist. & prædicta sunt uera secundum Thom. etiam si filius uouisset ingressum religionis, quia si uouitante talem parentum necessitatem, iam est illicita uoti redditio, seu adimplatio: tum quia obligatum uni si promittatur alteri, ei tradi non deber, cum in promissione non transferatur dominium rei promissæ, & obligatio posterior non potest præiudicare priori, ut patet, ex cap. Venies. &c. Intellecto de iure iurando, tum quia mutata est conditio uouentis

tis, & uenit ad casum in quo uouere non poterat, cum ei superuenit noua obligatio. Si autem uouit tempore prædictæ necessitatis parentum, iam fuit illicitum tale uotum, & per consequens non debet stante tali casu & obligatione prouidendi parentibus adimpleri, quæ necessitas si nunquam cessauerit etiam uoti adimplatio est ex toto dimittenda & religionis ingressus, quousque cesseret prædicta obligatio prouidendi parentibus, ut tenet loan. de Neapoli in quolibet. &c. Quod si ex tali prouisione prædicta seu seruitio parentum imminet probabiliter dispendium salutis & peccati mortalibus, tunc relicta tali necessitate parentum, potest quis suæ animæ prouidere intrando religionem uel alias. Immo & ad id tenetur, s. saluti animæ suæ potius prouidere: quia secundum Ambros. super Luc. Necessitudini generis pietas religionis antefertur, & sic loquitur Hieronymus in epist. ad Helyodorū, quod solùm genus pietatis est in hac parte esse crudelem. & Luc. 14. Si quis uenit ad me & non odit patrem, &c. secundum Gregorium in Homilia. Item si tali necessitati probabiliter speratur quod per alium debite prouidebitur, uel si non sint parentes in tali magna necessitate, tunc etiā ipsis iniustis potest filius intrare religionem, etiam si cum ipsis possit manere sine dispendio propriæ salutis, ut probatur cap. 1. & 2. 20. q. 2. quia in hoc non subiacet filius, nec tenetur patri. Et notandum secundum Tho. in 3. quoli. q. 16. per magnam necessitatem cui filius tenetur potius prouidere, ut dictum est, Intelligitur non solùm necessitas extrema, sed etiam maxima seu magna necessitas, non solùm personæ, sed etiam decentiæ status: puta quia oportet parentes mendicare, uel seruire aliis cum notabili siue magna indecentia status aut conditionis suæ: quia pro ea subleuanda tenetur filius dimittere ingressum religionis, ut dictum est. Et cum prædictis expresse concordat Alex. in 3. parte summæ. q. 33. membro 4. & Richard. & Thom. ubi sup. & etiam 2. 2. q. 10 1. art. 4. & q. 18 9. art. 6. ubi etiam B. Thom. à fortiori probat quod non licet alicui filios habenti religionem ingredi, omnino prætermissa cura filiorum, i. non prouiso qualiter debite possent educari.

¶ Quoad secundum articulum huius questionis, utrum iam professus teneatur potius patri, quam prælato obedire, & quomodo. Notandum quod sunt hic 4. opiniones solemnes, quarum prima

est quod magis seu potius tenetur parentibus quam prælato in his quæ pertinent ad necessariam obseruantiam illius præcepti, Honora patrem tuum, &c. utpote ad subueniendum necessitati uitæ naturalis parentum, & ad eos reuerendum & huiusmodi ratio quia tale præceptum de honorando parentes, sicut non occides est de iure naturali & Diuino obligas fortius & prius, quia de perse & simpliciter: ergo non debet absoluiseu derogari per id quod est per accidens, qualis est obligatio uoti aut profesiōis superuentis. Nam consilia seruantur ut præcepta melius impleantur: neq; per consilia derogatur præceptis, ergo. In aliis autem in quibus non obligantur parentibus ex iuri predicti præcepti, Honora patrem tuum, magis tenetur religiosus professus prælato suo, quam patri. Hanc opin. tenent Richard. in 4. & Henricus de Gaudio in 6. quol. q. 18. & August. de Ancona de potestate Papæ q. 5. art. 1. & Adrianus in 2. quol. q. 1. sine argumentis: & latius in 1. quol. art. 3. in Respons. ad 7. argumentum concordat cum illis.

¶ Secunda opinio tenet oppositum, dicens quod potius tenetur prælato quam patri. Ratio quia iam ex quo mortuus mundo per professionem factus est non suus per talem mortem spirituali, sicq; factus est impotens ad obediendum seu subueniendum patri contra uoluntatem, seu sine uoluntate prælati. Ideo iam est deo obligatus à cura impendenda parentibus, sicut etiam per mortem deobligaretur corporalem, aut per parentiam honorum: sicq; non peccat contra aliquid præceptum si in claustro remaneat sub præcepto prælati sui, prætermissa ministratio parentum, ex quo iam est factus impotens ad reddendum debitum ministerium absq; propria culpa. hoc tamen non obstante tenetur talis filius professus in quantum potest, salua ordinis obedientia & disciplina regulari satagere, ut per se, uel per aliū suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint constituti. Similiter tenetur exhibere parentibus ea omnia quæ potest religiosus sine detrimen-  
to sui ordinis regularis, utpote orare, consulere, honorare, procurare remedium eorum necessitatum per se uel per alios, ut decet religiosum talis religionis, ut dictum est. Hanc opinionem tenet Alexander Hall. 3. parte q. 33. membr. 4. & B. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. in 3. quol. art. 6.

¶ Tertia opinio tenet distinguendo, s. sic, quia si parentes erant in.

in tali necessitate antequam filius ingredieretur religionem, tunc filius peccauit intrando, ut sup. art. 1. dictum est: & consequenter post ingressum & professionē magis tenetur patri, quam prælato. Ratio ut dicebat 1. opinio: & 2. ratio est, quia actio comprehendens alicui contra aliquem ex contractu, uel quasi non extinguitur per ingressum religionis, sed suspenditur tantum, sicut debitum uassalli domino suo excommunicato existente, aut si extinguitur ut aliqui uolunt, ex quo talis pro mortuo iam habetur C. de Episcopis & Cler. l. deo nobis. s. hoc etiā cognitum: tamen adhuc secundum eos ex ædicto capititis diminutione restituitur. l. tutelas. s. iniuriarum .ff. de capititis diminutione, ut dicunt doct. quod post ingressum poterit exactione uel obligatione qua prius tenebatur conueniri, sed per abbatem uel per syndicū respondebit: ergo multo fortius ex obligatione Diuini præcepti, immo etiam iuris positivi quæ filius tantum patri tenetur, quod potest eum pater etiam uendere pro necessitate famis, secundum leges in tali patria uigentes. ergo sine causa pater iure suo priuari non potest, s. iure suo quod habet in filium: ut not. cap. satis peruersum dist. 5. & cap. ult. 19. quæst. ult. & facit text. 3 o. dist. si qui filii

Immo uidetur quod si ex ingressu sit inhabilis ad subueniendum patri, monasterium teneatur, quia est loco hæreditis & filii ingredientis (ut in auten. de sanctis episcopis. s. sed hoc præsentis de proba. in præsentia in fine) hæredes autem licet extranei præstatæ tenentur alimenta secundum ius, ergo.

Si autem pater non erat in tali necessitate quod filius teneretur ei subuenire, sed in eam deuenit post filii ingressum, tunc non potest ei filius subuenire contradicente prælato: quia iam est ei obligatus, & consequenter Deo per uotum, & per consequens maiori uinculo: quia præceptum obserandi uotum est de prima tab. honorandi autem parentes, est de secunda.

Item quia semel Deo iuste dicata contra eius uoluntatem usurpari non possunt, facit regula semel de reg. iur. Itē quia iam suū uelle iuste factum est alterius. 19. q. ult. statuimus. 12. q. 2. non dicatis: & ergo non tenetur talis filius, nisi q̄tum uult ille qui habet eius uelle, cùm inanis sit actio, quam excludit inopia debitoris. l. in hiis. ff. de dol. Nec obstat quod præceptum Diuinum erat ante ingressum, quia tunc non obligabat, & consequenter, N 2 postea

consequenter postea non tenet per regulam factam legitime de regul. iur. hb. 6. sicut si pater non ingrediente filius dispensasset bona sua pauperibus , iā patris necessitate repeterem non posset. Hæc sunt motiva huius opinionis quam tenet Nicol. Lyr. super Mat. 15. & latius eam roborant suimma Angel. tit. Religiosus. §. 31. & Siluest. tit. Religio. 6. q. 9. dicens Silvester, quod secundum hanc distinctionem est limitanda & intelligenda opinio 2. B. Thomæ, & quod sic intellexit B. Thomas quod ex eius dictis aliqualiter apparet.

¶ Quarta opinio stat in tribus punctis: quorum primum est, quod si pater est in extrema necessitate, tunc tenetur filius religiosus ei succurrere etiam contra obedientiam prælati: sicut & alii cuicunque existenti in extrema necessitate, & multo magis patri: & si est necesse exire claustrum pro ei succurrendo potest exire petita humiliter licentia prælati, licet non obtenta: & similiter facere omnia alia requisita quæ possunt bene fieri de se pro replevanda extrema necessitate alicuius, etiam extra obedientiam prælati: adde quod & contra regulam ut accipiendo pecuniam si est frater minor, si aliter non potest tali necessitatib[us] extremæ succurriri: quia hoc ius naturale de succurrendo extremæ necessitatib[us] cuiusq[ue] præualet uoto obedientiae & huiusmodi. Sicut & possum rapere alienum pro succurrendo necessitatib[us] extremæ uel alterius, dum alias non patet remedium. Secundum punctum est, quod si pater non est in tali extrema, sed in magna necessitate personæ uel status, quia oportet eum mendicare & uiuere cum magna iactura decetia status & in eremo so labore in carcere & huiusmodi: cui necessitati non patet probabiliter remedium per se uel per aliu n, nisi per filium religiosum prouideatur: tunc modo uenerit pater in talem necessitatem ante uel post ingressum seu professionem filii, talis filius potius tenetur suam seruare regulam in obligatoriis, & statum suæ professionis, quam aliter uiuendo succurrere patris necessitati. Itaq[ue] quod solùm potest & tenetur ei succurrere quantum potest, salua semper sua professione, & secundum modum decentem suo statui & suæ regulæ conuenientem, utpote procurando religiose remedia per se, uel per alios, dummodo non faciant quid contra regulam aut contra decentiam sui status religionis (utpote si est frater minor, non potest accipere pecuniam per se uel per alium, neque

que aliis negotiis sibi per regulam uirtualiter, seu per declaratio[nes] prohibitis se intromittere. Ratio huius puncti est, quia solum tenetur modo sibi possibili de iure, seu licto, alias secundum suum statum in quo est. Nunc autem alias uel de se solum est sibi licitus modus prouisionis qui non est contra statum religionis suæ cui est iam obnoxius per ualidam professionem (modo peccauerit profitendo, modo non) ergo. Discursus est bonus, & minor patet, & maior probatur: quia sicut filius qui iam est in statu clericali, solum tenetur succurrere tali magnæ necessitat[i] patris secundum modum qui non repugnat suo statui, seu non nisi secundum suum statum clericatus, & non amplius: quia pro replevanda tali necessitatib[us] magna patris sui, non potest uti armis, nec fieri miles, ut patet. Neq[ue] enim necessitas illa facit esse licitum modum qui alias sine tali necessitate esset contra statum suum clericatus: ergo. Similiter in proposito de religioso, dic quod non tenetur per modum indecentem statuire religionis suæ, aut contra regulam: neq[ue] propter necessitatem talem sit licitus modus, qui alias sine tali necessitatib[us] esset illicitus, aut contra statum suum. Similiter filius uxoratus, solum tenetur succurrere patri in tali necessitate, saluo statu matrimonii: non enim tenetur commanere cum pater relictus uxore, ergo. Et licet ante assumptionem talis status clericatus, matrimonii, aut religionis posset & teneretur filius succurrere patris necessitatib[us] prædictæ aliquo alio modo, utpote militando, mendicando, uel alio modo huiusmodi: nunc autem post assumptum talem statum clericatus, religionis, &c. culpabiliter seu inculpabiliter, hoc enim parum refert ad propositum: non licebit iam illo modo succurrere, ex quo talis modus iam dedecet statum clericatus aut religionis assumptum, cui ualidè tenetur astriclus: & sic patet probata maior & etiam minor, & per consequens hoc secundum punctum, in quo stamus.

¶ Tertium punctum huius 4. opinionis est, quando pater est in prædicta magna necessitate, de qua in secundo punto immedia te dictum est, sicut non potest filius ei succurrere contra statum suæ religionis, ut dictum est, ita nec potest contra obedientiam superioris sui, nisi quantum ei à prælato conceditur: ita quod potius tenetur obedire prælato sicut & regulæ suæ, &c. propter eandem rationem, quia si est obnoxius iam prælato, cuius obedientiae se ualde

ualde subiecit per professionem: & talis obedientia spectat ad suam professionem & regulam. Ideo non potest cōtra eā neq̄ contra obedientiam prælati succurrere patri. Sed si prælatus male prohibeat quod ipse portabit onus suum, & reddet rationem pro obligatione cui filius tenebatur. Hanc opinionem quartam sic declaratam, tenet Gaiet. 2. 2. q. 101. art. 4. & dicit quod sic intellexit & intelligendus est B. Thomas, & 2. opinio supradicta.

**S**ed quia quælibet harū opinionum non uidetur sufficiens, aut non sufficienter oīo se explicare, ideo propter earum cōcordiam & plenam ueritatem habendam, uidetur quod ex eis possit confari una alia opinio seu resolutio, quæ mihi saluo meliori iudicio uidetur probabilior. Igitur resolutio, seu opinio ista, stat in quatuor punctis: quorum primum est. Si pater est in extrema necessitate, tunc filius religiosus potius tenetur patri quam prælato obedere, & potest ei succurrere, etiā in contra obedientiam prælati, ex eundo claustrum, & facere omnia quæ requiruntur, &c. & contra professionem seu regulam accipiendo pecuniam, si est frater minor, si aliter non potest tali extremæ necessitatí succurri, sicut dictum est in 4. opin. in 1. eius punto de necessitate extrema, & in hoc concordat tam ipsa 4. opinio, quam 1. opinio supposita propter rationes ibi contentas. Secundum punctum est, Si pater est in magna necessitate, tunc filius potest & tenetur ei succurrere per modos non contrauenientes statui religiōis & regulæ seu professionis uæ, & non alias, ut dictum est in 4. opi. in 2. pūcto, propter rationes ibi contentas: concordat 2. opin Alex. Hall. & B. Thom. per rationes etiā ibi contentas, cōceditur tamen quod tunc est iusta causa ut Papa dispenset cū filio ad egressum religionis, ut alias debitæ patri prouideat, nisi ex hoc immineat scandalum, ut ait Adrianus in 1. quolib. ubi supra. Tertium punctum est, Si pater est in prædicta magna necessitate tantum, tunc licet filius non posset ei prouidere contra regulam aut professionem, ut dictum est in 2. puncto, pōt tamen & debet ei succurrere contra prælati præceptum, per uias, laboresq̄, aut media alias licita, & non dedecentia talem statū suæ religionis aut regulæ suæ: etiam potest exire claustrum contra præceptum prælati, ubi alias sibi nō permitteretur succurrere patri si est necessarium sic exire ad ei prouidendum, potest inq̄ tunc exire prius petita licentia & notificata causa

causa seu necessitate, licet non sit obtenta licentia, dummodo ex hoc non sequatur aut immineat graue scandalum aut maius malum, ubi bene dicit Adrian. in 1. quol. art. 3. Respondeo ad 7. argumentum. Nō tamen potest auctoritate sua dimittere habitum, neq̄ facere aliud contra statum suæ religionis aut professionis, neque contra regulam ut dictum est, & sic faciendo non peccat: immo debite facit ut tenetur patri suo, neq̄ incurrit ullam censuram à iure inflictam contra ex euntes claustrum sine licentia prælati, neq̄ talis est apostata, neq̄ inobediens præceptis rationabilibus prælati, ex quo si prælatus præcipiat contra, aut prohibeat etiā sub censuris, non facit id rationabiliter, sed contra ius Diuinum præcipit aut prohibet: & ideo eius præceptum aut censura nō ligat. Ratio huius 3. puncti est, quia filius tenetur succurrere patri in taline cessitate, saluo statu suæ religionis (ut sup. probatū est) Sed talis modus de se (ut supponitur) non est contra regulam aut statū professionis, sed licitus: ergo ad id tenetur filius de iure Diuino & naturali, ergo non pōt oppositum præcipi, aut id prohiberi per prælatum: sicut nec potest prohiberi quod filius non reuereatur patre suum occurrentem, aut quod non oret pro eo, aut pro eius saluti spūali &c. Si dicatur ad hoc quod supposita prohibitione prælati non est sibilicitus talis modus: quia iā est contra regulā seu professionem agere contra præceptum prælati, ex quo promisit obedientiā, sicut & alia uota paupertatis, &c. Sicq̄ agere contra præceptum prælati, est agere contra obedientiā promissam: & per cōsequens contra regul. & profess. licet ut in 2. punto dictum est.

Respondeo negando assumptum: & ad probationē dico quod talis religiosus non facit contra obedientiam promissam, neq̄ per consequens contra regulam aut professionem: quia religiosus non promisit obediē prælato simpliciter in oībus, etiam si sit arctissima obedientia, qualis est in reg. fratrum min. sed cū limitatione, s. in oībus quæ alias, s. si non sint præcepta à prælato seu de se, non sunt contra præcepta aut legem Dei, aut contra regulam & professionem, aut contra aliam (ut patet secundum coiter doc. in 2. dist. ult. Bonau. & inf. cap. 10. q. 2. latius de hoc habetur. Nunc aut de se est contra præceptū Dei & naturale de honorādo parentes, non succurrere illis in magna necessitate supradicta per modos alios licitos compossibili religionis promissæ, ut dictū est ergo

ergo prælatus non potest religiosum in hoc prohibere ab imple-  
tione præcepti Diuini & naturalis : ergo si prohibeat aut opposi-  
tum præcipiat, etiam sub excommunicatione, nil facit, & nihil  
minus potest & tenet filius petita licentia humiliter licet nō ob-  
tentia, succurrere patri debite, ut dictum est. Cauet tamen filius  
religiosus, an sit uere magna necessitas patris cui teneatur & ipse  
succurrere, ita etiam quod sine ipso non pateat probabiliter reme-  
diū aliunde seu per alium : & quod non plus ipse faciat contra  
præceptum prælati quam requiritur ad eam subleuandam suffici-  
enter. Nam in hiis potest facile decipi culpabiliter ex propria af-  
fectione: ideo in hiis iudicandis, non innitatur propriæ pruden-  
tiæ aut affectioni, sed uel iudicio prælati, quod esset tutius ei hoc  
iudicandum committere, uel alteri, seu aliis prudentibus & bonis  
uiris non affectis, facta uera relatione de omnibus, quando proba-  
biliter præsumitur de praua affectione seu ignorantia prælati  
circa hæc. Et cum hoc 3. puncto huius resolutionis concordat 1.  
opinio supra posita, & rationes ibi positæ faciunt ad hoc. simili-  
ter Gerson ubi supra in 5. quæst. præcedenti, &c. & Abulens. su-  
per Math. cap. 6. q. 79. quamvis quo ad hoc discordat 2. & 3. &  
4. opinio supraposita, sed certe non uidetur quod rationabiliter,  
ut patet ex dictis & dicendis in respōso ad argumentum.

¶ Quartum punctum est, quod modo pater sit in necessitate, mo-  
do non, & quando cuncti tenet filius religiosus ei obedire, in-  
quantum requirit præceptum de honorando parentes (saluo sem-  
per statu sua religionis & regulæ, ut dictum est) utpote tenetur re-  
uerentiam & honorem exhibere, corde, ore, opere, seu signo ex-  
teriori, & orare pro eo & consilium dare, &c. huiusmodi etiā con-  
tradicente prælato, quia præcepto Diuino ad id tenetur filius co-  
tra quod prælatus nil potest. dictum est (semper salua sua regula  
& professione) similiter salua obedientia prælati præmissa in hiis  
quæ præcipere potest, quæ non sunt contra prædictum præceptū  
quod dico propter hoc, scilicet quia si prælatus præcipiat subdito ire  
ad alium locum, uel non exire, seu non ire ad uisitandum paren-  
tes non indigent tali uisitatione, pro reueuanda magna necessi-  
tate, in qua non sunt seu ad quam non expedit talis uisitatio, sed  
solum ad aliqualem consolationem eorum & huiusmodi: certe  
tunc subditus tenetur potius obedire prælato quam parri præci-  
pienti

pienti oppositum, quia in hoc iam non est sub potestate patris, ne  
que tenetur patri, sed potius prælato sub quo est astriclus per uo-  
rum obedientiæ: ex quo tale præceptum prælati non est contra  
alias debitum patris ex iure diuino. Occurrente autem patre, non  
potest prælatus prohibere ne filius debitam ei reuerentiam exhibe-  
at ut oportet religiosum, secundum illud, Honorare parentes: ut  
dictum est. Et in hoc quarto dicto omnes supradictæ opī. concor-  
dant & expresse prima opī. & sic patet resolutio huius 2. articuli.  
¶ Quod si contra hanc resolutionem, præcipue contra eius 2. pun-  
ctum, ubi dictum est, quod quando pater est solum in magna ne-  
cessitate, filius non potest ei succurrere, faciendo cōtra regulam  
aut professionem. Si arguatur primo sic, Per statuta religionis &  
consiliorum Christi non deobligatur quis à præceptis Dei & le-  
gis naturalis, ut patet, quia in extrema necessitate nō tenetur quis  
etiam religiosus ad consilia seu regulā suam; & quia ideo est religio  
ut perfectius seruentur præcepta charitatis Dei & proximi, ergo  
non debent statuta religionis contra charitatem militare in casu  
magnæ necessitatis patris. ergo non impedit religio quin magnæ  
necessitati patris, cui filius alias succurrere tenetur, etiam nunc ei  
succurrere teneatur, etiam cōtra modus, status, uel religionis, ubi  
aliter non posset.

¶ Item secundo ad idem: quia obligatio ex contractu, uel quasi  
nō, extinguitur per ingressum religionis, uel saltem potest restitu-  
& repeti, ut sup. probatum est in 3. opin. ergo professus filius ma-  
net adhuc obligatus succurrere patris necessitati sicut ante: maxi-  
me si quando ipse ingressus est religionem, mansit pater in tali ne-  
cessitate, quia tunc filius secum detulit talem obligationem non  
extinctam.

¶ Item tertio ad idem (quia secundum Thom. in 4. dist. 38. q. 3  
in Resp. ad 1. & communiter doct.) uotum non tenet neque obli-  
gat: neque promissio quando accidit casus in quo licite uoueri de-  
nouo non poterat. Ut si quis sit infirmus sic quod egeat carnibus  
bene potest eas comedere, etiam si uouisset tali die, utpote 6. feria  
uel Sabbato, non comedere carnes, etiam imperpetuum, ut est ca-  
sus de Chartusiensi, in extrema necessitate: de quo late Gerson al-  
phab. 39. k. l. &c. doct. coiter: quia in tali casu si non esset uo-  
tum, non poterat de nouo uoueri, quia illicite uoueretur & inuali-  
de contra

de contra legem naturalem uel Diuinam: ergo nec eis obseruatio obligat in eodem causa occurrente post uotum iam factum: ut etiam late hoc tractatur à summistis tit. uotum, & 2. 2. q. 8. 8. art. 3. & ibi Gaiet. Sed in causa magnæ necessitatis etiam non extremæ in patre filius non poterat de nouo uouere religionem neq; intra re aut profiteri eam, ut sup. art. 1. dictum est, in hac quæstione secundum coiter doct. ergo post uotum & professionem factam adueniente eodem causa necessitatis magnæ in patre filius non tene tur uoto neq; professioni: sed potius necessitati patris subuenire etiam contra modos suæ professionis ubi aliter non posset ei proutidere sufficienter & debitæ: ergo.

¶ Respondeo ad 1. concessio antecedente, ut tamen iacet & negatur consequentia. Dico notanter ut iacet, consequentia negatur. Nam conceditur quidem quod non obstat status religionis obseruantiz præcepti de honorandis parentibus: & quod nō obstante religione tenetur honorare parentes, & prouidere eorum necessitatibus filius. Sed negatur quod teneatur filius religiosus eos honorare & eis prouidere quomodo cunq;: Sed eo duntur taxat modo qui non contradicat suo statui regulæ aut religioni cui iam ex professione ualida tenetur, ut dictum est latius sup. & per hoc patet responsio ad motiuia primæ opin. supra dositæ tanquam tum huic puncto contraire uidetur.

¶ Ad 2. Respon. concessio anteced. & consequentia ut iacet, quia solum concludit quod non obstante religione filius tenetur patri succurrere (modo intrauerit culpabiliter relicto eo in necessitate, modo non) non tamen probat quod quomodo cunq; sicut ante: id est, non per quemcumq; modum per quem poterat ante: sed per modū non contrauenientē suæ religioni cui tenetur, ut dictū est. Quarto magis quod filius non tenetur patri ex contractu uel quasi propriè loquendo, sed aliunde ex ui beneficii recepti: Seu alias ex iure Diuino & naturali (quod parum refert ad propositum) sufficit enim scire quod filius religiosus adhuc obligatur patri secundum modos non contrauenientes religieni.

¶ Ad 3. Respon. concedendo maiorem solum in uotis propriè dictis, ubi 1. soli Deo acquiritur obligatio, ut in casu de uoto non comedendi carnes & huiusmodi ut ibi exemplificatum est, sed negatur illi maior in uoto seu potius promissione ubi nō solum Deo sed &

sed & homini seu ecclesiæ requiritur obligatio, quia tunc si obligatio ex tali uoto acquisita homini uel ecclesiæ est ualida & tenet dic quod licet sic uouedo seu promittendo quis peccet, tamen ex quo uotum iam semel ualuit, quo ad obligationem homini acquirendam, licet non quo ad obligationem Deo acquirendam ex uoti tantum. In tali casu si post uotum tale factum adueniat idem casus, dico quod tenetur uouens seruare uotum seu promissionem quo ad obligationem prædictam ualidam respectu hominis uel ecclesiæ, ex quo ad talem obligationem ualuit uotum seu promissio facta in principio etiam existente tali casu. Patet exemplo, si quis in magna necessitate parentum suorum uouit stulte dare centum ducatos propter Deum alicui, uel aliquibus, seu ingredi religionem relictæ necessitate patris: nondum tamen dedit, nec adhuc intravit religionem, sed solum promisit aut uouit se daturum aut intraturum: tunc ex quo soli Deo est acquisita obligatio ualida uoti aut promissionis, homini aut nondum est ius acquisitum super ducatos promissos homini, ut patet in materia de promissione apud summistas &c. doct. tunc dico quod ex quo Deo (cui soli est acquisita obligatio) non placet in tali casu tale uotum culpabile: quod ergo nequalet neq; obligat ad exequutionem uoti quo usq; sit debite factum patri cui filius tenetur in tali necessitate prouidere, & per consequens si uouit ante casum prædictæ necessitatis patris, & antequam exequatur uotum aduenit prædicta necessitas patris in qua à principio uouere non poterat Deo: dic quod non tenetur pro tunc seruare uotum tale soli Deo factū quo usq; sit debite factum patri. Sed idem homo ante prædictam necessitatem patris, uel post, exequitur uotum aut promissionem prædictam, utpote quia iam erogauit prodige & male seu culpabiliter illos c. ducatos suos, sed & talis erogatio fuit ualida, quāmuis culpabilis, ex quo lege Diuina & naturali tēebatur de illis ducatis succurrere magnæ necessitati patris: seu si ingressus est religionem profitēdo. Itaq; professio fuit ualida, licet culpabilis relicto patre in dicta necessitate, tunc licet male fecerit filius sic se impotentem faciendo ad succurrendum patri abdicando à se ducatos & potestare sui ipsius ualde (ut supponitur) alteri tradēdo ius in illos ducatos & in seipsum: tamē ex quo iā est ualde obligatus homini uel ecclesiæ per prædictum contractum uel quasi contractum donatio nis

nis uel professionis : qui contractus obligatio fuit ualida & rata de iure facta, non solum Deo , sed etiam prælato seu ecclesiæ ( ut supponitur ) iam ergo non potest retrahere datum neq; professio nem, quia iam non habet ius in illo quod à se abdicauit, ut ad hoc sunt multa iura quæ consulto propter breuitatem omitto : quoru aliquia habentur supra in 3. opin. quo ad 2. eius partem, & ergo ad ueniente de nouo necessitate patris seu casu in quo non poterat li cite fieri prædicta obligatio , si iam est contracta obligatio ualida homini seu ecclesiæ acquisita, non potest inuicto domino creditore, uel Ecclesia seu Papa retrahere aliquid ab eo quod per professionem promisit: & per consequens non potest contra suum statum religionis, aut contra regulam promissam, succurrere patri in tali magna necessitate: nisi rationabiliter ut oportet ad hoc dispen setur per habentem potestatem ad id.

¶ Ex hoc autem non sequitur quod ergo nec contra præceptum prælati ( cui se tradidit per professionem ) possit succurrere pari per modos non contrauenientes statu religionis & regulæ. Nam ut dictum est, in uoto obedientiæ, promisso non se obligauit prælato obediens in hiis qui alias essent contra præcepta Dei, ut in casu præsenti, ut dictum est lu. in 3. puncto huius resolutiōis nostræ. ¶ Similiter in casu extremæ necessitatis, nulla est ualida obligatio: Ideo tunc non obstat obligatio facta Deo, uel homini in hiis quæ sunt necessaria ad reueandum patrem, uel aliū ab extrema necessitate, ut sup. in 1. puncto dictum est secundum 3. opin. Et per hoc patet Responsio ad tertium & ad motiuā seu argumenta aliorum opinionum, in quantum huic contrariantur.

**¶** Quo ad id, quibus solummodo & non alijs recipiendi fratres, licentia concedatur.

Quæst. 7.

**V** A E S T . VII. Quis possit recipere uenientes ad ordinem nostrum ?  
¶ Respōdeo quod Min. g. & prouin. possunt recipere fratres.

fratres ad ordinem: quia sic declarauit Nico. 3. art. 7. & hoc pos sunt ex officio suo, & habent auctoritatem ordinariam ad hoc, ut aiunt Hugo, & Bar. Pif. ca. 2. cæteri autem non nisi delegatam, quod patet ex eo quod Do. Nicola. 3. ubi supra dicit consequenter quod s. Vicarii prou. ex suo officio non possunt recipere fratres nisi specialis licentia ab ipsis Minis, prouincialibus concedatur. Ergo uidetur quod ex officio habeant Min. prouinciales prædictam auctoritatem.

¶ An autem prædicta auctoritas cōueniat prædictis Min. prouincialibus ex regula an ex auctoritate Apostolica, seu ecclesiæ : dico quod ex auctoritate Apostolica sic decernente, ut patet in Nico. 3. ubi sup. quia sic uoluit statuere & decernere : nunc autem ius cōmune dat auctoritatem ordinariam ut patet. Nā ante prædictam declarationem neq; ex auctoritate Apostolica neq; ex regula illam auctoritatem habebant Minist. prouin. ex officio suo : ut patet ex declarat. domini Gregorii 9. art. 7. dicentis, quod neq; hoc ipsis ministris prouincialibus permittitur, nisi eis super hoc specialis licentia concedatur à Minist. g. & cum iuxta eandem regulam aliis quam minist. prouincialibus fratribus receptio committi non ualeat & cæter. ad hoc facit text. regulæ, dicens, quibus solummodo & nō aliis recipiendi fratres licentia concedatur, ut ait expos. si ne tit, ergo patet quod nunc habent auctoritatem ordinariam Mi. prouin. datam eis ex officio : nō per regulam, sed per sedem Apostolicam seu per ecclesiam, quæ in hoc potest disponere contra tenorem regulæ, ut sup. in Introducione q. 5. & 6. &c.

¶ Secundo notandum, quod licet ex officio cōueniat Min. prouincia. hæc auctoritas recipiendi fratres, ut dictum est, potest tamen arcta riper Min. g. sicut ei uidebitur expedire, quia sic statuit Nicola. 3. ubi supra.

¶ Tertio notandum, quod uicarii prouinciales non habentullo modo ex officio hanc auctoritatē, ut dictum est secundum Nic. 3. & hoc est intelligendum de uicariis prouincialibus ministrorum prouincialium, quos s. ipsi ministri prouinciales substituunt quando uadūt ad capit. g. seu quādo ex alia causa exeunt de prouin. aut relinquent pro suis commissariis aliquando ex aliqua causa, ut habetur in declarat. Grego. 9. quæ quo ad enodationem alicuius dubii bene ualeat sicut & testamentū beati patris nostri Francisi, ut sup. in introdu-

introductione q. 6. dictum est. Non autem intelligitur de uicariis prouincialibus & generalibus qui quondam fuerunt in obseruantia loco ministrorum in omnibus habentibus auctoritatem ministeri prouincialium & g. propter nomen tantum ministri, quod est commutatum in nomen uicariorum tunc. Nunc autem rediit nomen ministri cum auctoritate in obseruantia, sicut tempore Nicolai 3. erat, ut dictum est.

¶ Quarto notandum, quod prædicti min. g. & proui. possunt committere hanc facultatem recipiendi fratres aliis fratribus ex suo officio, ut decreuit domin. Nic. 3. ubi sup. addens, caueat tamē ipsi min. prouin. quod hoc non indiscrete nec passim, sed sic confederate committant: sicq; illos quibus hoc committi contigerit fidelibus consiliis fulciant quod omnia discrete procedant, hæc ibi. In hoc ualde peccatur: quia min. prouin. committunt suis sociis ex aminandos solūm si sciunt legere, omissis aliis conditionibus super requisitis, ut sint idonei ad religionem, ut sup. q. 2. & 3. & q. 8. sequente. Similiter & uicarii ge. & prouin. qui olim erant pro ministris, in obseruantia id poterant, ut declaratum est in tab. 2. uica. gener. & similiter absolutionem & dispensationem recipiendorū ad ordinem. Vicarii aut prouinciales supradicti de quibus dominus Nicolaus 3. & Gregorius 9. dicunt quod non habent auctoritatem recipiendi fratres, nisi hoc eis specialiter committatur: multo minus possunt committere aliis nisi ad committendum habuerint licentiam etiam specialem à ministris prædictis. Commissarius enim particularis & temporalis, committere non potest de iure.

 Quo ad id, dicant eis verbum sancti Euangeli, quod vadant & vendant omnia sua, & ea studeat pauperibus erogare. &c

Quæst. 8.

 V A E S T I O V I I I . An recipiēdis debeat dici uerbum sancti Euange. quod vadant & vendant & cæ. & per quem hoc debet dici & quomodo & an illi similiter teneantur bona sua pauperibus erogare, & quomodo debeat disponere de rebus suis?

Respon

¶ Respondeo duo puncta, quorum primum est, quod hoc est obligatorium ex regula, quod s. min. seu illi qui recipiunt fratres ad ordinem, dicat per se uel per alium eis uerbum sancti Euani, quod uadant & uend. &c. quia sic declarauit Clemen. 5. quod s. oia hic contenta in 2. cap. quo admodum receptionis ad ordinem sunt æquipollentia præcepto, ut sup. dictum est in glosa.

Sed quomodo debeat intelligi? Respondeo secund. expos. sine tit. quod non simpliciter est obligatorium, sed attentis quibusdam circumstantiis, sic scilicet tunc est obligatorium hoc dicere quando uidet prælatus seu recipiens nouicium quod hoc est necessarium ad hoc quod nouicius non intret religionem nimis inde bite, si prius non eroget sua pauperibus, alias erit super erogationis hoc dicere: quia secundum exigentiam debitum finis seu finalis utilitatis tam intrantis quam ipsum recipientis, debent huiusmodi posita præcepta & non aliter adimpleri: ut latius Adria. in 1. quol. art. 3. Resp. ad 5. argument. & in 2. quol. q. 2. sine argument. secund. Thom. in 4. dist. 17. & 2. 2. q. 33. art. 2. facit argu. de pe. dist. 7. Si quis. 2. iuxta illud Bernar. quod pro charitate est institutum non debet contra charitatem militare.

¶ Sed si quereras quæ & qualis erit indebita dispositio ad intrandum hanc religionem propter hoc quod talia bona intrantiū non prius pauperibus erogata fuerunt? Respondeo, hoc patebit ex proxime dicendis in 2. punto sequenti.

¶ Ideo secundum punctum est quo ad ipsos intrantes an teneantur necessario bona sua pauperibus erogare, & quando. Ad quod dico quod ex declara. Clemen. 5. ubi sup. bene uidetur obligatorium ipsis intrantibus religionem, præsertim & quia regula id innuit, dicens, quod si facere non potuerint, suff. eis bon. uolun. Ergo si commode possunt erogare, non sufficit eis si aliter disponant bona sua eo modo quo infra dicetur: & hoc etiam dicit frater Gundisaluuis in suo trac. fo. 100. & etiam uidetur concordare Bar. Pif. dicens in cap. 2. quod B. Franc. repulit quendam in Marchia uolentem ingredi religionem, quia bona sua non pauperibus sed parentibus distribuerat, & serena conscientia, q. 26. est ad idem. Nam (ut etiam ait expos. fine tit cap. 2. cū prædictis concordās) aliquando quis ad aliquid conditionaliter seu ex suppositione tenetur, ad quod non tenetur absolute & simpliciter, ut patet. Sic in propo-

proposito licet ante uotum quis non teneretur simpliciter renuntiare bona sua pauperibus : tamen quando uult ad uotum regulæ nostræ aspirare, ubi de eleemosynis pauperum uiuere debet : debet etiam obligatoriè præcedere prædicta bonorum suorum pauperibus erogatio, si commode fieri potest, ut proxime dicetur.

Sed ad quem sensum intelligatur & quomodo esse obligatorii ipsi intrantibus quòd distribuant bona sua pauperibus ? Respondeo (secundū prædictā expos. sine tit.) quòd hic est aliquid obligatorium, & aliquid super erogatorium, necessitatis quidem seu obligatorium, est quòd nullus profiteatur neq; ad professionem recipiatur, nisi sit primo ab omnibus temporalibus bonis expropriatus (de quo dicetur q. 9. q. 11.) Neq; ad probationem, nisi quando debito tempore profiteri uoluerit, sit paratus se expropriare. Item si insui expropriatione sola carnali causa ductus, non det bona sua pauperibus (ut fecit ille quem B. pater noster Franc. expulit in Marchia) tunc creditur à quibusdam quòd non implet id ad quòd professores huius regulæ necessario tenentur, quia unam de principalibus partibus Euang. consilii hic contenti, ex solo carnali affectu omittit. Si uero ex rationabili causa relinquat ea parentibus diuitibus, & præcipue liberis suis, quibus haereditandis iure naturali etiam ciuili tenetur, aut aliquibus aliis, utpote propinquis amicis, propter uitandum scandalum, uel ad magis retrahendū eos ad Deum, uel ad deuotionem ad ordinem, uel quia non posset ea sine litigio rehabere, uel quia ex huiusmodi distributione animæ intrantis immineret periculum in mora, tum quia ab amicis sumi posset occasio retrahendi ipsum à suo proposito, tum quia firmiter præsumitur quòd post ingressum purius & perfectius & discrecius, & perfectiori animo sua distribuet, uel tandem si ex aliqua alia causa pia seu rationabili quis non distribuat sua bona pauperibus ante uel post primum ingressum ad annum probationis, sed aliis propinquis uel amicis ut dictum est, tunc non peccat: immo facit quòd debet, nisi forte pro quanto aliqua carnalis affectio hiis esset annexa. Et sic creditur quòd frater Ioannes simplex ex consensu B. pa. nost. Franc. ex pia causa licite reliquit suis parentibus pauperibus bonum haereditarium suum, ut habetur in legenda apud auctores conformitatum. Perfectionis autem supererogatoria, est hoc uerbum Euangelii ardenter, studiosè, & ante ingressum pro

pro posse implere omni affectione carnali, etiam uenialirelicta: aliis in perfectionis & pigritia uenialis tantum est, ut diximus, hac in prædicta expositione: & cum hoc ultimo dicto concordat tab. 3. Vicarii generalis, ut habetur infra q. 9. ibi uidetur, & sic intelligitur illud regulæ quòd hic habetur, s. (quòd si facere non potuerint, sufficit eis bona uoluntas) secundum Bar. Pis. sic. s. non potuerunt cōmode distribuere bona sua pauperibus ante ingressum, utpote propter distantiam loci, uel quia litigiis inuoluta, uel quia in alterius potestate & huiusmodi: uel quia ex rationabili causa oportet ea aliis distribuere, non pauperibus, ut dictum est, sufficit eis bona uoluntas faciendi debite, si commode possunt. Et sic patet resolutoriè, quòd ante præmissum ingressum non est necessarium distribuere bona sua pauperibus uel aliis, sed ante professionem: quāuis sit perfectionis id facere ante ingressum si commode fieri potest. Secundo, patet quòd solum est obligatorium pauperibus ea erogare (quando eroganda sunt ralia bona) ad huc finem s. ne carnali animo, seu causa non rationabili, sed potius mūdana aliis distribuat intrans seu profitens: alioqui ex causa pia, seu rationabili, licite & debite relinquuntur aliis, ut dictum est.

Tertio, patet quòd tunc tantum est obligatorium prælatis recipientibus eos, dicere eis quòd uadant & uendant omnia sua &c quando & quomodo est necesse ipsiis ingredientibus, seu profitemtibus sic facere, aliis supererogatorium est ipsiis sicut & illis, ut dictum est. Et secundum prædicta omnia in hac g. q. limita & intellige omnia dicta aliorum doctorum & expositionem aliorum quæ uidetur dicere oppositionem, ut Hugo cap. 2. dicens, quòd prius debent expediri bona & negotia omnia, quām intrent ad religionem, seu ad annum probationis, &c. quia aliquando est necessarium, aliquando supererogatorium, ut dictum est. Similiter & statuta aliqua circa hoc loquentia, ut habetur in tab. 3. Vic. generalis, quòd prius expropriendur & dicatur eis uerbum san. Euā. quām induantur ad annum probationis &c. An autem per talem expropriationem ante annum probationis factam induatur tacita professio an nō, & quòd remedium est tunc adhibendū latius infra q. 12. habetur, ibi videatur.

Quòd ad id, & caueant frēs & eorum Min. ne solliciti sint de rebus suis tempor.

**V A E S T I O I X .** Vtrum liceat fratribus min. sollicitudinem habere, seu se intromittere, seu dare consiliū de distributione bonorum temporalium intrantū ordinem : Similiter petere uel inducere ad dandum sibi ipsis aliquid de prædictis bonis, uel accipere oblatum?

¶ Respondeo per quatuor puncta, quorum primum est, quod omnibus fratribus prohibetur uirtute regulæ, habere sollicitudinē efficacem, uel se intromittere similiter & dare consilium de distributione talium bonorum intrantium ordinem : etiam si ab ipsis requiratur consilium & adiutorium ad talia bona expedienda. Ratio, quia sic declarat D. Clemens 5. dicens, quod omnia hic contenta in hoc secundo cap. quoad modum receptiōis &c. sunt obligatoria: & similiter art. 3. dicit idem, quo ad hoc, scilicet quod expressa regula hoc prohibet ibi, scilicet (& caueat fratres, ne solliciti sint, &c) ubi regula intendit obligatorie elongare fratres omnes totaliter ab affectu bonorum temporalium ipsorum ingredientium ordinem: & sic patet quod sollicitudo efficax seu effectualis intromittendo se per facta, aut per consilium in dispositione ipsorum bonorum, prohibetur per regulam: & in hoc conueniunt etiam omnes expositores regulæ. quamvis ut ait F. Gundisaluuus in suo tractatu fo. 99. quo ad non habendum sollicitudinem solūm in animo interius de talibus bonis intratuum ordinem, solūm sit admotio ex uirtute regulæ ad uitandum malum ex iure Diuino & naturali prohibitum. Sed obligatorium est ex regula quo ad uitandum sollicitudinem effectualem, seu effectum à bonis temporalibus ipsorum, ut dictum est secundum declarationem Clement. 5. art. 3. Ut quantum est ex parte ipsorum fratrum receptione ad ordinem, appareret sancta & non infecta uicio cupiditatis: ideo dictum est quod sollicitudo efficax & intromittere se seu dare consilium de modo distributionis prædictarum rerum, prohibetur ex regula omnibus fratribus.

¶ Secundum punctum est, quod si consilium requiratur, tunc ipsi ministri prouinciales, & ipsi quibus ipsi commiserint hoc, seu receptionem ad ordinem, & non alii fratres possunt hoc duntaxat facere, scilicet dare illis consilium, non quidem de modo distributionis rerum suarum ut dictum est, sed de consiliario, id est possunt eis eligere, uel assignare eis aliquam, seu alias personas Deum timen-

tes, quæ non sint de ordine nostro, de quorum consilio bona ipsorum uenientium ad ordinem, pauperibus erogentur, uel aliis rationabiliter distribuantur (ut in q. 8. præcedenti dictum est) & sic declarat Clem. 5. art. 3. & omnes communiter expositores.

In quo puncto est notandum 1. quod solūm possunt hoc facere ministri, & alii quibus competit recipere fratres ex commissione seu ex priuilegio: quia commissio principali, committitur & accessoriū, sine quo id exequi commode non potest. Secundo, quod debent mitti pro prædicto consilio ad personas Deum timentes, quæ non sint de ordine nostro ut ait regula & declaratio. Ideo non ad syndicos, neq; ad consanguineos fratrum seu ipsorum uenientium ad ordinem, nec alios huiusmodi, qui probabiliter sunt magis affecti ad ordinem pro commodo eius temporali, putates in hoc se benefacere ordini & nobis. Neq; ad affectos magis ad sua temporalia quam ad utilitatem animæ uenientis ad ordinem: ideo non ad cupidos, sed ad aliquos Deum timentes, ideo non ad aliquos iam præueros per ipsos fratres quomodo scilicet cōculere debent talibus missis ad eos pro consilio prædicto, quasi ipsi te intelligant & non reputent te cupidum talium rerum. Nam is committit in legem qui uerba legis amplectens, cōtra legis nititur uoluntatem, & quando quid una uia prohibetur, ad id alia non admittitur, ut habetur in regula juris. Regula autem dicit, quod non sint solliciti de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis, &c. & ut fratres careant nota cupiditatis apud homines, ut ait Clemens 5. & Hugo, ubi supra: ergo sicut nec per se est licitum se intromittere & habere notam cupiditatis procurando, ita nec per alios supradictos. Nam ex quo in consilio dando de consilio secundum Deum tantum licentia datur: ergo & in omni alio denegatur, ut ait Bonauent. Et ideo cauedum à supradictis, quia non propterea maiora suffragia facit pro te religio, quia plura bona procurasti, extorsisti, uel surripuisti contra regulam: immo potius irrideberis, ut ait speculum ff. 11. Per haec patet quod illud dictum Hugon. cap. 2. dicentis, quod uidetur non pro iam iudicis si quid habeat expedire qui in ordinis cura iam consistit, eius consilio & prouidentia (prout religionis honestas exigit) gubernandi, sed pro nondum iudicis præcedentia esse dicta. Hoc inquam dictum iam secundum prædicta est limitandum, etiam si ante in-

inductionem habitus nouiciorum quis sua bona pauperibus uel aliis distribuisset: quia de residuo si quid est, fratres non possunt se amplius intromittere uel consulere, nisi ut dictum est, in duobus punctis præcedentibus & sequentibus diceretur.

¶ Tertium punctum est, quod fratres min. subditи seu prælati qui cunq; non possunt petere aut inducere ipsos uenientes ad ordinem, seu iam ingressos, quod eis detur aliquid de suis bonis, quia sic declarat Clem. 5. ubi sup. alias esset contra regulam, propter rationes supradictas, concordant communiter expositores.

¶ Quartum punctum est, quod si libere aliquid sibi datum fuerit, sicut & aliis pauperibus ( absq; inductione & petitione ) bene licet fratribus recipere, sicut & aliam elemosynam liberaliter oblatam dummodo caueant fratres ne ex notabili quantitate receptarum rerum, præsumi posset sinister oculus contra ipsos fratres, ut ait Clemens 5. ubi sup. Nam tunc ratione scandali peccarent contra ius naturale uel diuinum, magis uel minus secundum scandali gravitatem. Nam oportet testimonium habere bonum, etiam ab homines de iure naturali & Diuino, licet tunc non peccetur forte contra regulam, & hoc modo per indirectum ratione scandali qualitas notabilis facit illicitum, quod alias de se est licitum. Ideo ad prædicta omnia habetur ordinatum in tab. 3. Vic. g. quod huiusmodi induendi uel iam induti, non informantur per fratres de Breuiariis pro se uel conuentu dandis uel emendis, nec de aliis quibuscumque: sed dicatur ab illis qui auctoritatem habent illos recipiendi quod uadant & uendant oia sua & pauperibus erogent ( ut supra dictum est q. præcedenti ) ita quod de bonis suis, uel de consilio eius dando fratres nullatenus se intromittant, & nisi sua propria uoluntate & sponte, non fratribus informatione pannum pro sua prima inductione portauerint, concedantur eis a fratribus panni probationis: & si ante inductionem ex causis necessariis & rationabilibus hoc facere non possint, saltem ante suam professionem sint expropriati, nihil pro se in testamento uel alias facientes reserari, hæc ibi. Et notandum prædictis omnibus non obstan. quod Sixtus 4. in mari magno regimini, &c. fol. 58. concessit ministris & custodibus & eorum uicariis, ut singuli eorum in locis sibi commissis possint uertere in pios ulus fratribus bona intrantium ordinem

nem, diuersis personis restituenda quæ sciri & inueniri non possent. Et in mari magno Carmelitarum ff. 14. extenditur & conceditur prioribus conuentualibus: & per consequens propter communicationem priuilegiorum etiam id nostris guardianis conceditur, ut de hoc habetur in compendio priuilegiorum mendicantium, tit. communicatio priuilegiorum mendicantium, tit. bona.

Si autem nouicii iam sint professi & de suis bonis nihil disponuerunt ante professionem propter quamcumque causam quid de eis esset faciendum, & an possint tunc disponere, uideantur summi stæ, præsertim Siluest. tit. Religio, 6. quest. 4. dicens, quod talis non potest condere aut reuocare, seu mutare testamentum, & in hoc bene dicit: Sed statim subdit, quod primo profecti ordinis min. possunt mutare testamentum potius quam alii professi aliarum religionum in casu de quo agitur: & ratio eius est, quia quo minus potest monasterium quo ad hoc, eo magis potest profectus: quia quo minus potest statim trahit in monasterium, eo plus manet apud profectum, hæc ille. Sed hoc eius dictum & eius ratio nivalent, quia in ebus quæ omnino ex iure uel facto renunciantur a professo nil ualeat eius ratio neq; probatio, ut patet in proprietate. Nam ex quo quilibet in particulari tenet omnino renuntiare proprium in particulari, non sequitur quod quo minus habet de proprietate apud profectum: quia hoc specialiter illi est interdictum, in rebus autem quæ possunt manere apud profectum, ut est aliquis usus alicuius rei in aliquibus religionibus, tunc forte esset uerum, quod ait Siluest. Nunc autem ad nostrum propositum dicimus, quod non potest apud fratrem min. manere aliqua proprietas. Neq; per consequens, dispositio aliqua de temporalibus quæ fuerant sua, tum ratione paupertatis, tum ratione declarationum Papæ & Ecclesiz, Nicol. 3. & Clem. 5. ut bene in hoc dicit Bartholus & Zabarella, de hoc infra cap. sexto, quest. 18. secundum Petrum Ancarranum, quod post professionem non potest dividere bona inter filios, nisi consulendo tantum: qui quidem Zabarella super dicta Clementis Exiui de uerborum signif. 5. 5. dicit, quod si quis ingreditur nostram religionem absque dispositione bonorum suorum, tunc fratres de cætero non possunt aliquid de suis bonis habere.

## C A P V T I I .

Sed talia bona ueniunt ad succedentes ab intestato, uel ad pauperes: quia solum unus modus fratribus permittitur per Clement. s. si licet per modum eleemosynæ. ergo alii prohibentur (ut dictum est) haec Zabarella. Sed si per eum qui haberet iam ius in illis bonis, uel in distributione eorum daretur nobis quid per modum eleemosynæ, bene uidetur quod fratres possint recipere, sicut ab ipso, cuius erant ante professionem, prouidendo semper ut caueatur scandalum & sinister oculus, ut supra dictum est.

**Quo ad id, postea concedant eis pannos probationis, &c.**

**Q U E S T I O N E** V A E S T I O X. Quomodo sint intrantibus concedendi panni probationis, & quoad caparonem, quomodo potest cum eis dispensari?

Respondeo per duo puncta: quorum primum est, quod hoc est obligatorium ex regula, secundum Clement. s. ad hunc sensum, quod si intrantes sua sponte & propria uoluntate, non autem fratum inductione aut informatione pannum pro sua prima inductione non portauerunt, quia tunc concedantur eis panni probationis, s. duæ tunicae sine caputio, brachæ & caparo usq; ad cingulum circiter, ut habetur in tab. 3. Vic. generalis. Alium sensum dant alii expositores: ut expositio sanctorum patrum, & Vbertinus, ut habetur in Serena conscientia q. 2 9. quod s. de rebus intrantis, nil aliud permittatur eis adducere, &c. qui senti, quia mihi non placet, neq; uidetur supradictis aut regulæ intentioni in hoc loco quadrare si bene aspiciatur, ideo omittatur: mihi autem potius uidetur obligatorium quo ad qualitate in habitus nouiciorū eiusq; distinctionem ab habitu professorum, ut explicat regula, pannos probationis, modo dentur eis ab ordine, modo adducantur ab ipsis nouiciis: quod nil refert ad præsens propositum, & sic uidetur regula subsequenter significare. Ex dictis patet quod habitus nouiciorum nostri ordinis (ut habetur in tab. 9. Vic. g.) est distinguendus ab habitu professorum: in hoc s. quod dissutum sit caputio ab habitu, & quod porte caparonem uel aliam petiam panni ante pectus, nisi quo ad aliquas notabiles personas recipi entibus

entibus aliud secundum eum uideatur, haec ibi.

Secundum punctum est, circa illud (nisi eidem Min. aliud secundum Deum aliquando uideatur) est intelligendum quo ad dispensandum circa prædictum caparonem seu petiam panni, seu circa habitum nouiciorum, secundum Clementem s. & sic secundum Bart. Pis. & Serena conscientia, q. 3 o. & alios communiter expositores, quod si quis intrans, seu nouitius petat sibi dari habitum professorum sine caparone, quod tunc Min. prouinciales aut alii eos recipientes de corum licentia speciali possunt in hoc dispensare & concedere habitum prædictum, & hoc secundum Deum.

Vbi notandum i. quod soli ministri prouin. hoc possunt ex officio, alii autem non nisi ex commissione speciali, & credo saluo meliori iudicio, quod in licentia concessa alicui Guardiano ut possit recipere fratres, non conceditur quod possit dispensare cum eis in habitu nouiciorum seu caparone non portando: Nisi & hoc ei specialiter exprimatur, quia licet accessorium & ea quæ consequuntur principale, intelligantur concessa, concessio principali, genera liter loquendo, non tamen in casu particulari in quo non est uerisimile quod concederetur, nisi ex ualde speciali commissione, quia in generali concessione non ueniunt ea quæ non esset quis uerisimiliter in specie concessurus, præsertim in materia odiosa, quæ s. militat contra ius, qualis uidetur esse in proposito. Sed in hoc & aliis similibus, standum est cōsuetudini, quæ est optima interpres legum & uoluntatum superiorum. Secundo notandum circa haec, quod non quomodo cunq; sed secundum Deum debet tunc dispensatiue concedi habitus professorū nouiciis petentibus, quia sic ait regula. secundum autem Deum tunc conceditur, quod ex causa rationabili conceditur petenti: dico semper petenti, quia non petentibus non debet dari nisi habitus nouiciorū propter periculū tacitæ professionis, ut infra dicetur. Causa autem rationabilis est, uel propter honestatem ordinis, uel propter utilitatem uel conditionem recepti, seu propter reuerentiam eorum qui sunt notabiles personæ, aut propter evidentem stabilitatem ipsius intrantis, aut huiusmodi, ut ait Bart. Pis. & alii expositores, & tab. 3. Vic. generalis, ubi supra. Vel etiam propter erubescientiam, non quidem superbam, sed sensualem aliquorum nobilium de huiusmodi caparone portando; quia istæ omnes & similes sunt causæ rationabi-

tionabiles ad secundum Deum eis dispensatiū concedendum habitum sine caparone, ut ait expos. sine tit. Non autem secundum propriam uoluntatem intrantis aut recipientis, sed ex causa rationabili, seu honesta, ut dictum est secundum omnes expos. quod s. necessitas nouicii aliud requirat ut cum eo disp̄setur in aliis tūc aliunde secundum subiectam materiam habebitur dispensatio, ut etiam potest uideri in compendio tit. absolut. dispensatio, nouitius, &c. ¶ Tertio notandum secundum Bar. Pis., & alios exposito. ubi sup. quod quando intrans petit talem habitum sine caparone sibi cōcedi, quod prius debet informari de hoc, s. quod per talem susceptionem habitus professorum distincti modo supradicto ab habitu nouiciorum, nisi primum protestetur, ut i. q. 12. habetur, efficitur tacite professus & obligatus alicui religionem in genere, quāmuis non nostrae religioni: ut de hoc late agitur à doctoribus, & potest facile uideri apud summistas: quia hoc est de iure communi: & exponatur ei prius periculum quod ei imminet ex talis tacita professione secundū ius. Quod si omnino uult habere concedatur ei, ut dictum est, secundum Deum. Et notandum quod habitus professorū per cuius delarationem, inducitur tacita professio in ordine nostro, est habitus integer cū caputio consuto & sine caparone, uel sine petia panni, ut habetur in tab. 9. Vica. g. ¶ Quarto, notandum ut habetur in constit. ge. ordine, quod si secundum quod regula concedit (ut dictum est) Min. prouincialis cum aliquibus clericis aut laycis dispensaret, ut probationis capitum non portarent, tunc fiat eis iuridica protestatio coram testibus per illos qui eos recipiunt, quod ex tali concessione habitus professorum nullum ius acquiretur in ordine, licet annus probationis transierit, donec expresse professionem fecerint iuxta nostri ordinis instituta.

**S** Quo ad id, finito verō anno probationis recipientur ad obedientiam, promittentes vitam istam, &c.

**Q** V A E S T I O X I . Quando & quomodo debet nouitius recipi ad professionem: & an possit expelli & quomodo? ¶ Respondeo per quatuor puncta, quērum primum

primum est, quod ante finitum annum probationis nullus potest recipi ad professionem, quia hoc prohibetur à iure communi omnibus religiosis mendicantibus sub graibus poenit. & censuris, & sub peccato, ut uidere est in summistis tit. Religio. Ideo enim hic omittitur, quia commune est omnibus. Item id nobis specialiter prohibetur, tum per literas Papales, tum per statuta ordinis nostri, tum per regulam, ubi dicitur (Finito anno probationis, &c.) per quod uidetur excludi quod non recipientur aliqui ad professionem. & quia circa hoc sunt aliqua priuilegia, tam quo ad breuitatem temporis anni, quo ad religiosos aliorum ordinum uenientium ad nostram religionem, quam quo ad modum computationis anni intercisi & huiusmodi, de quibus latius in compendio priuil. tit. nouitius. Similiter non potest prohiberi nouicus ante lapsum annum probationis quominus exeat ad aliam religionem seu etiam ad seculum, sicut de sua processerit uoluntate, sub graibus poenit. & sub peccato: ut habetur in compendio tit. nouicus potest tamen charitatue moneri & doceri ne resiliat à bonis incipitis, non tamen uolenter detineri, uel per minas & huiusmodi. ¶ Secundum punctum est, quod finito iam anno probationis si nouitius est dispositus & idoneus & habet laudabile testimonium à fratribus cum quibus conuersatus est, & habet conditiones requisitas, de quibus supra, q. 4. & 5. &c. late dictū est, tunc si uult profiteri, tenentur fratres eum ad professionem & recipere. Ita quod nec odio, uel amore carnali repellendus est, neque malitia retardandus amplius est, & hoc est obligatorium etiam ex regula ibi (Finito uero anno probationis, recipientur ad obedientiam &c.) ut patet ex declarationibus Clement. 5. ubi supra in glossa dictum, & concordat expos. sanctorum patrum & alii. Annus autem probationis tunc dicitur finitus, quando finitus est annus nouiciatus, & insuper tempus maius ei concessum ad probandam religionem, & ut probaretur ab ea. Nam ut habetur in summistis, potest annus probationis prolongari de consensu nouicii, & prælatorum, licet non possit abbreviari apud mendicantes, ibi uideatur, & in compendio tit. nouicus. Hic tamen nota secundum Gers. alphab. 3. 4. litera S. quod si quis petit probationem religionis, & tunc inuenitur strabo, aut debilis, aut inficius, aut in aliquo inhabilis, aut carens conditione aliquare requisita: & hoc

hoc bene notatur: permittitur tamen sic per annum , & post hoc petit professionem, & nullum aliud habet impedimentum quam prius, quod bene potest repellere, etiam gratis, non assignata alia ratione. ¶ Tertium punctum est, quod min. g. & prouinc. quibus ex officio competit auctoritas ordinaria recipiendi fratres ad ordinem & ad professionem, ut sup. q. 7. dictum est: possunt etiam hoc aliis committere, ut etiam haberetur in tab. Vic. g. & communiter in expositoribus regulæ. Sed utrum eo ipso quod concedunt guardianis licentiam recipiendi nouicios, concedant etiam licentiam recipiendi eos ad professionem finito anno probationis, uidetur dubium. Nam Hug. 2. cap. & 4. Magist. dicunt quod finito anno probationis, idoneitate nouitorum exigente, absente Min. prouin. per inferiores, nisi prohibeantur fit receptio, & maxime per custodes, & sic prælatus recipit, quia de eius auctoritate recipitur profitens: & hoc inquit esse intelligendum quando Min. prouincialis agit in remotis, ita quod haberi non potest ad dandam professionem elapso iam anno probationis, quæ secundum regulam tunc danda est, hæc illi. Sed in constit. g. habetur, quod si nouicii habeant laudabile testimonium, tunc de licentia Min. prouin. possunt recipere per suos custodes uel guardianos ad professionem expleto anno probationis, hæc ibi. Ex quo uidetur quod requiritur licentia specialis ad hoc. Sed tandem in hoc credo standum consuetudini, quæ ut dixi superius, est optima inter pres legum & voluntatum, seculicentiarum prælatorum. Hoc tamen notetur, quod si per alios, quam per Min. g. uel prouin. sine eorum licentia tacita uel expressa: seu sine eorum auctoritate, saltem implicita quis recipiatur ad professionem, talis professio non est ualida, saltem in foro ecclesiæ, ut est uidere apud summist. tit. Religio: & recipit eis peccatum, & secund. ius puniri debent. ibi uide. ¶ Quartum punctum est, quod profitens tenetur promittere uitam istam & regulam obseruare: & hoc est obligatorium tam fratribus & profitentibus (secundum Clem. s. ubi sup. in gloss. dictum est) ad hunc sensum, quod si. qui profitentur tenentur promittere uitam istam & regulam obseruare, per hæc, seu alia aequalitia uerba, ut moris est secundum statuta ordinis. Alioqui non licite profiterentur si uellent profiteri partem regulæ & partem non: uel si non intenderent se obligare ad obseruantiam regulæ secundum declarationem,

rationes Papales. Est etiam obligatorium fratribus ad hunc sensum, quod si. non aliter recipient ad professionem, nisi uere promittentes, ut dictum est, & quod non admittant fallacem professionem seu professionem dimidiatam.

 V A E S T I O XII. Quibus modis inducatur tacita professio & obligatio ad religionem? Respondeo per

Quest. 12

tria puncta: quorum primum est, quod tacita professio differt ab obligatione ad religionem, sicut inferius à superiore. Nam omnis tacite professus est obligatus ad religionem, & non ecclæ: & quia qui est tacite professus, est astrictus ad plura quam qui solum est obligatus religioni: quia non potest contrahere matrimonium, & alia huiusmodi, de quibus infra, q. 13. dicetur. qui autem solum est obligatus religioni, potest de facto, licet non liceat contrahere, &c. Item quia tacita professio non inducitur nisi per aliquid unum de dicendis infra in 3. punto: obligatio autem ad religionem, potest induci tam ex illis causis, q. ex aliis, ut pote ex uoto intrandi religioni seu aliunde. Ideo de requisitis aut de causis per quas inducitur professio tacita seu expressa, hic agendum est.

¶ Secundum punctum, ad expressam professionem requiruntur 5. conditiones. I. quod profitens sit debitæ ætatis. II. quod fiat professio ei qui potest religioni approbatæ incorporare, uel de licentia eius, uel nomine eius sequente ratificatione. III. quod fiat alicui religiōi approbatæ. IIII. quod fiat capitulariter, nisi ubi ex privilegio seu statuto, uel consuetudine aliter fieret. V. quod fiat de tribus uotis substantialibus uel de obedientia secundum regulam, de quibus oibus quomodo debeant intelligi, latius uideatur in Silvestri. tit. Religio. 3. q. 18. & in aliis summistis. ¶ Tertium punctum Professio tacita inducitur ex aliquo quatuor modorum. Primo, quando nouicius scienter & sponte se ingerit actibus qui solum professus de iure aut consuetudine conueniunt, puta electionibus & huiusmodi. si etiam triduo perseverauit in proposito aut loco perseverantiae tridui hoc fecit cum habitu professorum distincto in colore, scisura, uel forma. Secundo, quando quis scienter & sponte desert habitum professorum distinctum in colore, scisura, uel forma datum ei ab eo qui potest ipsum incorporare religioni, uel eo consentiente, intra monasterium in tali delatione per triduum perseueret

perseueret, nisi protestetur semper homo non intendere ullo modo profiteri, ut infra habetur in hac q. & supra q. 4. ubi agitur de caparone. Tertio, quando quis intra monasterium desert per annum habitum nouiciorum non distinctum patenter in colore scisura uel forma ab habitu professorum, non protestando se per hoc nolle profiteri. Quarto quando quis suscipit habitum nouiciorum in religione approbata, cum proposito mutandi uitam omnino & absolute: quod est intelligendū de proposito habente implicite promissionem, ut est uotum exp̄ressum de perseuerando in religione factum, quando quis assunxit habitum nouiciorum, seu intra annum probationis, uel ut est uotum interpretantium, utpote cūm quis se offert professiōni, nec tamen sit professio, quia alias nō subito acceptat: & tandem quando est in eo talis uoluntas perseuerandi post completum annum probationis quod tunc sit quando is qui intrat religionem, statim intra annum nouiciatus renuntiat anno probationis concessio illi in suum fauorem: & extunc facit quantum in se est, quod facturus erat postea completo anno probationis: quia tunc est tacite professus, ut matrimonium contrahere non ualeat etiam de facto, & hoc loquitur c. consulti, extra de regularibus, quia & hoc innuitur ibi, &c. statuimus de regul. Propositum autem nudum mutādi uitam quando non habet promissionem implicitam, ut dictum est, non inducit tacitam professionem suscipienti habitum nouiciorum cum tali proposito, nec dirumpit matrimonium: quia tale propositum in cap. non solum de regula, lib. 6. distinguitur cōtra casum professionis expressae uel tacitæ, ut patet per illam disiunctionem, uel quæ ibi ponitur, ergo non habet uim professionis tacitæ ad dirimentium matrimonium. Et si cōtra hoc arguatur quod illud capitulum non solum de reg. iur. lib. 6. concedit fratribus quod impediant tales ingredientem cū firmo proposito omnino mutandi uitam, ne ingrediatur ad seculum, &c. Respondeo quod hoc conceditur in fauorem animæ nouicii, & propter ius religionis: quia & si fecisset uotum simplex de ingressu religiōis dum esset in seculo, iam religio illa cui uotum specialiter fecit de intrando posset agere contra ipsum, non tamen ideo ille est religiosus. Sic in proposito dicendum est, & quāmuīs etiam ex tali proposito nudo nouicii quantumcunq; firmo, sine promissione implicita sufficiat secundum ius, ut eius beneficium si quod habet, possit alteri conferri, (ut de hoc agit Siluest. tit. Religio, 5. quæst. 12.) Non tamen sufficit ad professionem etiam tacitam, ut dictum est. Immo quoad uacationem beneficii, non omnino sufficit hoc nudum propositum. Nam in professione expressa uel tacita est uera renunciatio: in proposito autem nudo quantumcunq; firmo uolentis omnino & manifeste uitā mutare ingrediendo religionem, non est nisi præsumpta renunciatio. & sic patet quod iste quartus modus tacitæ professionis quomodo est intelligēdus, ut dictum est secundum Gaiet. 2. 2. q. 8 8. art. 1. & in quol. latius de hoc, & sum. Ang. & late Siluest. tit. Religio, 3. q. 19. & Religio 5. q. 8. quāmuīs multi Canonistæ, quos etiam sequi uidetur Adrianus in 2. quol. art. 2. dicant oppositum, quod s. per nudū propositum uitam omnino mutandi ingrediēs religionem efficitur tacite professus, ut prima facie sonare uidentur uerba c. Consulti, & c. Statuimus, extra de reg. & c. Non solum, eod. tit. lib. 6. Sed nō debet intelligi nisi de proposito habente promissionem implicitam, ut dictum est, quanto magis quod licet in aliis religionibus induceretur tacita professio suscipienti habitum nouiciorum cum firmo proposito nudo, omnino uitam absolute mutandi (ut dicunt illi de opposita opinione) tamen in nostra religione qui ingreditur condito iam testamento, & bonis pauperibus erogatis, aut etiam in hæredes aut legatarios translatos cum firmo proposito nudo perseuerandi omnino, non est per hoc tacite professus, ut ait Monaldus in summa. & habetur in serena conscientia q. 2 9. & concordat Alex. de Ariostis in suo interrogato. prope finem, ubi agit de nouiciis religionem egredi non ualentibus: & ratio est quia sic approbat specialiter ecclesia nostram religionem, sic disponente quod tales ingrediantur ad nouiciatum ad probandum animo syncero, nisi ex causa aliter fiat, ut sup. q. 8. habetur, quia hoc est speciale in nostra religione. Immo etiam si habitum professorum petant, & illis concedatur per prælatum intra annum nouiciatus, protestando, quod per hoc non intendit se uelle profiteri ut dictum est, nō inducitur tacita professio in nostra religione quantumcunq; iam bonis pauperibus erogatis ingrediatur, ut dictum est, quia hoc est speciale in nostra religiōe, ut supra habetur, quod sic potest intrare & manere nouicius ad probandam religionem fine.

sine professione tacita uel expressa. Ideo propter maiorem securitatem & declarationem est statutum in constit. g. ordinis, ut habetur in tab. 3. Vic. g. quod f. quando quis iam bonis pauperibus erogatis seu alias distributis intrat nostram religionem, moneatur talis, quod per hanc expropriationem non erit ei ordo obligatus. Immo de hoc propter periculum tacite professionis taliter intras cautius informetur, quod si, tantum probare & nullatenus se ordini in genere uel specie obligare proponat, haec ibi. An autem sit alius modus inducendi tacitam professionem, dic quod non de iure communi: neq; forte etiam per susceptionem ordinum intra annum nouiciatus: quamuis id iure prohibetur, ut ait Siluest. tit. Religio. 5. q. 10. tamen per speciale priuilegium concessit & statuit Iulius 2. in priuileg. & si ad bene merendū, & habetur ss. 67. & in compendio tit. Nouicius 5. 24. quod quicunq; nouicius in religiōe heremitarum sancti Augustini promotus fuerit ad sacros ordines, habeatur pro professio, ut ibidem habeatur, uideatur & notetur an nobis communicetur hoc privil., & an sit moribus utrum approbatum quo ad hoc de tacita professiōe, & an ignorantia illius priuilegii seu statuti excusat à tacita professione in foro Dei & ecclesiae. Ad prædicta etiam notandum, quod in oibus modis supradictis quibus dictum estracitam professionem induci, intelligitur quando scienter quis facit id ex quo inducitur tacita professio. Nam si quis ignorans talia iura se intromittat cibis professorum, uel defer habitum eorum non protestando, &c. nō putans se per hoc effici tacite professum, certe coram Deo non est tacite professus, neq; obligatus religioni, ut ait Henricus Ganda uens. in quol. & Siluest. tit. Religio. 3. q. 19. & in sua aurea rosa in q. impertinentibus, casu 64. & concordant communiter theologi & ipsa ratio, quamvis in foro ecclesiae iudicantis de extero ribus, & præsumptiuē dum oppositum non constat sufficienter talis compellat ad religionem, & inhabilitet ad matrimonium, & ex hoc inualidetur tale matrimonium, non solum in foro ecclesiae sed foris etiam in foro Dei, de quo latior disputatio requiritur, ideo omittitur.



Q U E S T. 13. V A E S T I O x i i i . Quæritur ad quid obligatur, & ad quid inhabilitur, qui est expresse uel tacite professus aliquo prædictorum modorum? ¶ Respondeo per

per 9. puncta: quorum primū est, professio expresse facta ab habente legitimam ætatem in non mendicantibus, obligat profitemen in illi religioni quam professus est: & est ualida professio, etiam si fiat expresse ante compleatum annum probationis iuridicum; ita quod si contrahat, dirimitur matrimonium, utpote inualidum, de quo latius apud Siluest. tit. Religio. 3. q. 3. & 4. & q. 20.

¶ Secundum punctum professio expresa ante perfectum annum iuridicum probationis in religionibus mendicantibus non est ualida, ita quod matrimonium postea contractum bene ualeat, licet contrahendo peccet. ut de hoc Siluest. tit. Religio. 3. q. 5. & q. 20. secundum alios doct. est ualida, ita quod dirimit matrimonium ut ibidem Siluest. recitat, & tenet Hadrian. in 2. q. art. secundum Paludem & communiter canonistas. Sed si sic profitentes inualide (& loquitur semper de habente legitimam ætatem) tenetur ad religionem in genere, sicut qui simpliciter uouit intrare religionem secundum op. quam tenet Siluest. ubi sup. uel saltē ualeat pro uoto simplici castitatis, secundum alios doct. & Gaiet. 2. 2. q. 88. art 9. ut latius alibī in materia de uoto notatur.

¶ Tertium pūctum: Professio tacita quæ fit per susceptionem habitus professorum intra iuridicum annum probationis, tam in religionibus mendicantibus, quam in non mendicantibus obligat religioni in genere: sed religio ipsa in specie in qua sicille professus est tacite, obligatur illi sic tacite professio: insuper talis professio tacita inualidat matrimonium: ut de hoc Siluest. tit. Reli. 3. q. 20

¶ Quartum punctum, Professio tacita quæ inducitur per delationem habitus nouiciorum indistincti ab habitu professorum in iama, scisura, uel colore, per annum in mendicantibus, & in non mendicantibus obligat sic tacite professum illi religioni in qua talis tacita professio inducta est: ut habetur in Clement. eos qui de regula. Sed in foro animæ non tenetur nisi religioni in genere, si modo per talem delationem habitus non habuit animum se obli gandi illi religioni in specie: & talis tacita professio inualidat matrimonium, ut de his late Siluest. tit. Relig. 3. q. 20. q. 5. Et summ. Ang. tit. Nouicius, 5. 14. concordādo & supplendo dictū unius cū dicto alterius. ¶ V. punct. Professio tacita quæ inducitur per propositum absolute mutandi uitam, quando si in tali proposito est promissio seu uotū implicitū, ut sup. q. 12. dic. Talis professio tacita

tacita obligat religionem in genere ubi cunq; talis professio sit cōtracta, tam in mendicantibus, quām in non mendicantibus: & in super inualidat matrimonium, ut late Siluest. tit. Religio, 3. q. 20 q. 5. q. 19. & Religio, 5. q. 8. Ista omnia s. puncta ideo breuiter & summatim posui, ut caueant fratres recipientes & intrantes à periculo tacitae professionis inducendæ ipsis intrantibus, & quia ui debatur difficile colligere in sumam ea quæ sparse & confuse circa hæc ponuntur à docto. & summist. secundum uarietatem opinio num: quia per hanc distinctam breuitatem potest quis facile intel ligere ea quæ diffusius habentur in locis allegatis apud summistas Et si qua habentur in libris ordinis in aliquo tractatu seu expositione, quæ uidentur hiis obuiare in aliquo: ut in serena conscientia, q. 29. & Barth. Pis, cap. 2. & alibi in compendio priuil. tit. Nouicius, potius attendat ad ea quæ hic, & in q. 12. præcedenti exactius tractata & consummata sunt. De aliis autem ad quæ tacite tenentur professi, hic non euru, tum quia facilia, tum quia in summistis, ubi supra, præsertim Siluest. tit Religio, 3. q. 20. secun dum B. Thomam in 4. dist. 3. 8.

¶ Sextum punctum est, quando quis legitimæ ætatis post annum probationis est expresse professus in religione approbata, cuius professio à iure uel statutis religionis ipsius irritatur seu annullatur propter defecatum alicuius conditionis requisitæ: tunc tenetur religioni in genere, uel saltem castitati, nisi oppositum iste sic profitendo intenderet actualiter uel virtualiter, s. nisi intenderet se nolle manere obligatum ad aliquid, nisi mediante religione, seu nisi esse et uere professus: ut de hoc dictum est supra 2. puncto secundum Gaietanum 2. 2. q. 8. 8. art. 9. & Siluest. ibidem & tit. Religio. 2. q. 3. & tit. Matrimonium. 8. q. 12. part. 5. dixi notanter si profitens est legitimæ ætatis, quia si non, tunc in mendicantibus ante legitimam ætatem, s. ante 1. f. annum profitens expresse, inu lidatur eius professio omnino, itaq; & contrahere potest, & non manet obligatus religioni aut castitati propter prædictam profes sionem, nisi ipse alias intenderet uouere castitatem, ut ait Gaieta nus, ubi supra secundum Thomam: quāmuis Siluest. tit. Religio 3. q. 2. tenet oppositum, quod s. obligatur ad castitatem, quodq; sic sensit B. Thomas. An autem ille expresse professus habens legitimam ætatem &c. sic inuaidetur eius professio: quia si de fa-

cto contrahit teneat matrimonium an non: non facile potest dari certa regula generalis, tum propter casuum, tum propter opinio num uarietatem, sed secundum diuersitatem casuum & opinionū est diuersimode dicendum. De quibus omnibus uideatur Siluest. ubi sup. & alii doct. & summistæ. Si autem non inuaidatur talis professio, sed solùm prohibetur, aut non acceptatur propter aliquam conditionem deficientem seu existentem, quæ fisciretur à prælato uel recipientibus, non reciperent illum sic profitentem, ut pote illegitimum, strabonem, uulgari in fama notatum, &c. hu iusmodi: tunc quantum est ex parte ipsius profitentis, professio est ualida, & habet uim uoti solemnis ad dirimendum matrimo nium, & tenetur illi uel alteri religioni, si in illa religione non recipitur, uel si ab ea postea cognita conditione eiicitur, quāmuis ipsa religio non teneatur illi, quia non consensit in talem conditio nem ex ignorantia: ipse autem sic consensit & uoluit illi obligari, uel alteri modo prædicto: ex quo sciens & etiam fraudulenter cū tali conditione se uoluit profitendo obligare religioni: ut de hoc potest uideri in Siluest. ubi sup. tit. Religio, 2. q. 3. & alibi secun dum communiter summistas & doct. & facit ad hoc Gerson al phah. 39. litera &, 9. ut habetur sup. q. 5. in 5. punclo illius quæ stionis de intrante grauato debitum. An autem liceat & expedit tales eiicere cognita fraude & conditione prædicta, uid. inf. q. 21. Hic enim ut dixi, ista tracta breuiter sunt, non ut omnino hanc omnem materiam tractarem, quæ nimis longa & pertinens ad ius commune est: Sed ut admonerem periculum & difficultatem hu ius negotii, ne temere, sed potius mature & prudenter circa hæc utrinq; s. tam experie recipientum, quām intrantium & profiten tium procedatur.

Q V A E S T I O xiiii. Vtrum in professione peccata omnia & pœnæ remittantur, & æquiualeat, seu sit alter bapti smus? Ques. 14

¶ Respondeo per tria puncta: quorum primū est, quod propter professionem debite factam in statu gratiae conseruitur quis plenariam remissionem peccatorū, quo ad pœnas debitas Deo pro peccatis, secundum Thomam 2. 2. q. ult. artic. 3. ad 3. & Palud. ex Bernardo, de præcept. & dispen. & sumitur ex uitas patrum in

2. parte, in lib. uel tract. de prouidentia & contemplatione prope finē : & ideo dicitur alter baptisimus, quia iunc iterum moritur propriā uoluntati, & mundo ciuiliter per tria uota, &c. sicut in baptismo moritur peccato : quia nulla maior eleemosyna & holocaustum ad remissiōem peccatorum, neq; maior pœnitētia in haec uita potest alicui imponi, quām si religio, secundum Thomam in 3. quol. q. 13. ut innuitur in decreto 33. q. 2. admonere, & supplementum Gabrielis in 4. dist. 38. quæst. 1. a a. concordat cum dictis. Sed ut ait idem supplementum ibidem litera b b, & 45. dis. q. 2. litera t, uidetur quōd prædicta debent limitari ad hunc sensum, s. quōd non ipsa professio solū ex se habet hanc gratiam, sed si ei adiungatur uita regularis quam quis ibi profitetur, ut sentire uidetur Bernard. sup. & innuitur 33. q. 2. cap. admonere, ubi dicitur, si sic & sic egerit, forte peccata remittentur &c. ubi patet, quōd peccatorū remissio non solū ex ipso ingressu & professione uidetur concedi, sed ex adiuncta uita regulari sequente ex opere operantis, ex quo ipsa professio non est opus priuilegia rum, ut est indulgentia. Neq; est quid sacramentale, ut baptisimus: & ad hoc uidetur facere de pœnitentia, dist. 1. cap. quis aliquando, s. hiis auctoritatibus: ubi uidetur innui quōd professio deduc̄ta in opus actu uel uoluntate bona, est quæ hanc prærogatiuam habet, & dicitur uita pœnitentia, non autē ipsa professio sola ex se actualiter uel formaliter facit prædictam remissionem, sed uirtualiter, seu tanquām radix & causa operum subsequentium, per quæ fiat prædicta remissio actualiter. Et quāmuis iste sensus illi doctori uideatur opinatiuē, non tamen hoc asserit. Nam potest dici (sicut cōiter aliis uidetur, secundum Thom.) ubi sup. & in tract. de excellentia religionum, in apologia quæ habetur in eis opusculis, & in 2. 2. q. ult. art. 2. & alibi secundum cōiter docto, quōd in professione ex quo ibi uoluntariē & firmiter homo se omnino Deo tradidit quo ad animam & corpus, & corporalia in holocaustum perfectissimum, quōd ideo ex hac uoluntate prouenit ibi magnum meritum sicut in eleemosina omnium bonorum, & per consequens remissio pœnarum, ex quo ibi uirtualiter, & si non actualiter tota uita & pœnitentia subsequentes ibi offertur Deo sicut qui dat arborem, dat ibi uirtualiter & fructus eius: quāmuis etiam postea ex actuali subsequenti bona uita & pœnitentia magis

gis ac crescat meritum & remissio pœnarum, & hunc modum uide tur probare Gaieta. 2. 2. q. 18. art. 3. tanquam magis pium & fa vorabilem: & uitas patrum, ubi sup. id uidetur sentire potius quā aliud.

¶ Secundum punctum, si quis in professione ponat obicem peccati mortalitatis, postea quando conteretur non lucratur easdem indulgentias aut remissiones pœnarum quas lucratus fuisset in professione facta in statu gratiæ, quia professio solū habet ex opere operantis conferre illas gratias (ut pīe communiter creditur à sanctis, ut dictum est) & non ex opere operato, ex quo non est sacramentum, ergo nihil relinquitur ratione cuius postea ablato obice fortiori effectum, & si post in statu gratiæ renouat uel ratiſcat professionem, licet mercatur gloriā, sicut quando de nouo profite tur, non tamē p̄mum accidentale pœnarū purgatorii, ut prius, quia non habet in sua potestate quōd offerat nouiter.

¶ Tertium punctum, secundū supple. dist. 38. q. 1. b b. quōd per professiōē religionis approbatæ liberatur homo etiam à pœna debita in foro mundi (ut pīe à carcere, flagellis, morte &c.) quā uis non à debitiss, ut sup. q. 5. dictum est: quia secundum Palud. in 4. dist. 38. si malefactor profitetur religionem nō degradatur ne que traditur iudicis seculari, ubi alias de iure deberet sic puniri: quia plus est fieri religiosum, quām confugere ad ecclesiam: sed tales defendit ecclesia à morte, ergo & religio per professiōē, etiam si extra monasterium tales iam professi deprehendantur: & patet etiā, quia in professione non statuit ecclesia uel religio ut interrogentur de hiis criminibus: ergo ab ipsis liberantur per professiōē. Multi autem docto. tenent oppositum circa aliqua crimina. Ab irregularitate autem non liberat professio, nisi dispensetur ab eo qui potest, post professiōē autem malefactor potest puniri secundū statuta & priuilegia per suos prælatos. Quomodo autem possit dispensari & absolutio fieri à censuris & peccatis cum talibus, uideatur latius in compendio priuil. tit. absolutio, dispensatio, nouicius, &c.

**Q**uo ad id, Promittentes uitam istam,  
& regulam obseruare.

Quæst. 15.

**V** A E S T I O X V. Vtrum promittens profitendore regulam intelligatur secundum consuetudinem. An secundum quod debet fieri ex ipsa regula? Et quid faciendum si quis intravit monasterium seu religionem relaxatam, si non reformatur, vel si reformatur?

**R**espondeo per quatuor puncta, quorum primum est, qui uolens esse frater min. sciens & intelligens substantialia, profitetur regulam fratrum min. simpliciter, & animo sic bono & simplici, modo uideat uel sciat, modo nesciat multiplices abusus regulæ esse in communi fratrum consuetudine, tamen adhuc tenetur ad obseruantiam regulæ ipsius, quo ad eius obligatoria ex uero talis professionis, & non excusat ab eorum transgressione. Ratio huius est, quia quilibet tenetur ad id, quod per uotum suum intendit se quomodolibet, s. explicite uel implicite obligare, & ad nihil aliud: ut patet secundum cōmuniter docto. in 4. dist. 38. quod hoc est de ratione uoti, s. quod sit uoluntarium, saltem implicite. & sufficit talis implicita uoluntas, seu intentio virtualis: quia qui uult principale, uult & necessario ei annexa seu accessoria, seu ibi necessario inclusa. Sicut qui uult esse clericus, uult actu, s. alio debito aut uelle tenetur consequenter talis statui obligatoriè annexa, ut pote castitatis statum, & puritatem debitam habere, &c. Et qui uult esse uxoratus, uult & filios habitos educare debite, & familiam sustentare, &c. huiusmodi, necessario annexa: quo similiter quimodo prædicto simpliciter regulam profitetur, uolens esse frater min. iam se obligare uult saltem implicite, aut actu debito ad obligatoria regulæ, & ad necessario annexa statui fratrum min. ergo non excusat ex hoc quod aliud sit in communi consuetudine: regulam enim uouit frater, non consuetudinem, 20. q. 3. cōstituit. quid metus causa. c. cum dilectus, & c. final. & de hoc est cap. ex parte, de regula. & ita tenet Alex. Hall. & communiter doct. & summistæ, ut patet in summa Ang. tit. Religiosus. s. 32. secundum Innocen. & Hostien. licet dicat quod Panormit. aliter sensit aliqualiter, sed non sensit ut patebit infra in 2. puncto: concord. etiam summa Siluest. tit. Religio. 3. q. 12.

Quod

**Q**uod si contra hoc quis obiiciat, dicens, quod secundum Thomam in 4. dist. 3. 8. q. 1. art. 3. ad primum, & communiter doct. omne illud quod impediret uotum fidem si præsens esset: etiam iam uoto facto, auferit uoti obligationem. Sed si quis quando profitetur, sciret tot casus obligantes sub mortali esse in tali regula, ut in articulo de pauperate, de pecunia, & huiusmodi, de non equitando, &c. & tot difficultates in eorum obseruantia: quæ omnia si quis tunc sciret, certe non uellet neq; intenderet ad tales regulam se sic absolute obligare. Præfertim quia uidebat aliud seruari in communi consuetudine: ergo ex quo uidetur regulam ignorasse, uidetur etiam quod talis ignorantia tollat uoluntarium, & quod non mere uoluntarie uoluerit aut intenderit profiteri regulam absolute: sed solum prout ipse putabat tunc: & prout uidebat apud alios communiter seruari, quia sic & non amplius, putabat obligare regulam suos professores. ergo & nunc non tenetur amplius iam illam regulam sic simplici animo professus, nisi quantum teneretur tunc si illam profiteretur sciens eius obligationem: & quantum pro tunc uolebat aut tenebatur obligari, si illam sciret, ut dictum est.

**R**espondeo, negando consequentiam, & antecedens concessa maiore, dico ad minorem (ubi est difficultas) quod aliud est dicere si talis conditio esset, quando quis uouet uotum non esset ualidum, aliud est dicere si talis conditio esset quando quis uouet, non uoueret aut non uellet uouere aut profiteri: nam de primo modo bene est uerum, & intelligitur illud cōmune dictum B. Thomæ, &c. cōmuniter doctores, quod s. quicquid impediret uotum fidem, &c. ut assumptum est in maiori, quia loquitur de impedimento uoti ipsius, ut pote quādo id quod uouetur est iam redditum impossibile uel illicitum, uel quādo est omnino ignoratum, & per consequens in uoluntarium tunc quando uouebat, &c. huiusmodi, ut patet ex ipsorum doctorum exemplis: non autem loquitur B. Thomas & alii doct. de secundo modo, s. de impedimento uoluntatis uouendi, aut de conditio ne impediente, seu quæ impediret uoluntatem uouentis ne uoueret: quia non dicit quod quicquid impediret uoluntatem ad uouendum si adesseret, &c. sed quicquid impediret uotum, &c. Nunc autem multæ conditiones sunt quæ bene impedirent uoluntatem uouentis ne s. uoueret si adesserent, quæ tamen non impediunt neq; impe-

impedirent ipsum uotum factum à sicut ouerte, cum tali uel sine talis conditione, ut patet, quia si quis esset præscius sui casus, uel maiori euentus apostasie futuræ & huiusmodi, non uouisset tale uotum castitatis, aut religionis, aut non profiteretur, & tamen uotū sine uel etiam cum tali præsciētia sui casus bene tenet & professio; constat enim innumera pacta & contractus esse ualidos, quāmuis sint tales, quod si à principio quis sciret seu prouideret futuros euentus & difficultates ibi latentes, certe non fecisset tales contractus, seu pacta, seu uota, ut patet de matrimoniis & professiōibus mulierum, quae certe sunt ualida licet non fecissent, neq; professiōiuis sent, si præscirent particulariter omnes euentus & difficultates ibi latentes. Nam hæc omnia spectant ad excitationem uolūtatis ad uotum faciendum & non ad conditionem obligationis ipsius uoti, seu professionis, seu contractus. Non enim ex hiis conditionibus fit uotum, professio, seu contractus conditionatus: sed incitat talis conditio ignorata ad faciendum uotum absolute & simpliciter: quæ si præcognosceretur, forte non uellet uouere profitari, seu contrahere, saltem sic simpliciter sicut uoluit iam & fecit. Et cum prædictis concordat Gerson i, particula summæ alphab. ii. litera k. dicens, quod error est dicere, quod nullus ligatur uirtute iuramenti seu uoti nisi ad illud tantum quod tunc aduerterebat actua liter uolens se obligare: sicq; patet quod uotum non obligat ultra intentionem uouentis actualem seu virtualem uel implicitam, bene tamen obligat quāmuis incitantes conditiones, seu mouentes intentionem ad uouendum aliter se habeant. & per consequētis obligat ultra tales cōditiones quæ affuisserint quando quis uouit, aut professus est, certe non uouisset sic saltē simpliciter uouere, aut profiteri, ut dictum est, & sic patet Resp. In quo etiam est notandum quod quando quis uouet aut profitetur regulā seu aliud huiusmodiuotū, & uouentis intentio nō se determinat, ad hoc uel illo modo uouendum seu profitendum, sed simpliciter uouet, ut dictum est in hoc i. puncto, tunc intelligitur quod uouere intendit prout à iure cōi & secundū intentionē statuentis & approbātis regulā seu religionē seu tale uotū, intelligitur prout interpretatur secundū ius, præsertim si tale uotū sit cōitatis, ut est professio regula cuiusq; religionis approbatæ, intelligitur secundū quod Papa uel ecclesia, & ius, seu cōiter doct. intelligunt, & secundū mentem statuen-

tuentis, ad quod probandū sunt multa iura & rationes quæ breuitatis causa omittuntur, de quo latius supplementū Gabrielin 4. dist. 3. q. 1. art. 3. propositione 6. prope finem secundū Gerson. & communiter doctores utriusq; iuris.

¶ Secundum punctum principale huius quæstionis est, quod qui modo supradicto simpliciter profitetur regulam nostram uolens esse frater minor sciens uel nesciens abusus circa quæ non sunt obligatoria, non tenerur ad illa quæ non sunt obligatoria, nisi secundum quod est in consuetudine in foro conscientiae. Ratio, quia secundum Panorm. in cap. super eod: de reg. cū uotum debeat esse uoluntarium, de reg. cap. licet. ergo si iste non habuisset animum se obligandi nisi respectu regulæ quæ ibi seruabatur, ergo non obligatur ad accidentalia non obligatoria regulæ, nisi prout inuenit consuetudinem, & non tenetur ad alias maiores austeritates religionis quæ imponuntur: cū ista accidentalia non obligatoria possint adesse & abesse sine præiudicio obligatoriorum regulæ promissæ: maxime si per tempus de cuius initio memoria non habetur, talia obligatoria non seruabantur, ut etiam abstinentia à carnibus, &c. huiusmodi. Et sic patet quod Panormitanus loquitur non de obligatoriis regulæ promissæ, sed de aliis nō obligatoriis ex regula: quia potest licet quis ibi uiuere secundū consuetudinem, ut dictum est: seruando tamen obligatoria regulæ, de quibus in primo punto dictum est. concordant expresse doctores ubi sup. & summistæ, præcipue Siluestrina. Hic tamen notandum, quod licet summa Angelica ubi sup. & tit. dispensatio, s. 8. dicit quod prohibitio de non accipiendo pecuniam sit nobis fratribus min. quid accidentale ex regula nostra, sicut eius carnum quo ad monachos, licet sit sub præcepto: & per consequētis, quod in articulo de pecunia, possunt nostri prælati dispensare, & standum sit consuetudini, sicut de esu carnium quoad monachos dicit, tamen in utroq; non bene dicit, salua eius reverentia: tum quia regula sancti Benedicti non prohibet sub præcepto esum carnum monachis, ut ait beatus Thomas in 1. quol. quæst. 9. art. 4. & Florentinus in quibusdam responsis. & Siluestrina tit. Religio 7. quæst. 14. & Prælati ipitorum bene possunt dispensare cum suis monachis in esu carnium.

Receptio autem pecuniarum est prohibita in nostra regula frat. min. sub precepto eminenter, & nullus praelatus potest in hoc dispensare, ut inf. cap. 4. & 10. q. 4. dicetur. Ideo non est hoc computandum inter accidentalia regulae, sicut neque alia contenta obligatorie, ut dictum est quod aduertat legens summam Ang. ne decipiatur.

¶ Tertium punctum, si quis iam professus hanc nostram religionem seu regulam min. quomodo cuncti, scilicet simpliciter uel absolute, uel simplici animo, seu ignorantie, seu scienter, modo sit religio deformata quando & ubi professus est, modo non. Tamen si uult in religione manere & esse frater minor, tenetur seruare regulam quo ad obligatoria, ut in i. punto dictum est. Nisi quoad aliquid habeatur dispensatio rationabilis a Papa uel Ecclesia. Similiter si religio reformatur quo ad obligatoria, seu quo ad alia quae cuncti, si uult ibi manere ubi fit talis reformatio, tenetur uiuere reformatum, conformando se cum aliis: ut de hiis ait latius Panorm. & Siluestrina, ubi supra ex directorio: quia ex quo talis uult ibi manere, uolens esse frater minor, iam acceptat uotum & professionem debitam, & uitam regularem & reformatam, sicque tenetur, ut dictum est. An autem is qui simplici animo ignorans regulam & eius obligationem, omnino sic professus est: uel si intendebat specialiter non se obligare ad tot, quot regula continet, an talis possit transire uel licentiari ad aliam religionem laxiorem latius dicetur infra, q. 16. &c.

¶ Quartum punctum est, quod omnia supradicta habent ueritatem in foro conscientiae: Nam in foro contentioso, aliud dicendum est secundum Panorm. & Raymund. & Hostiens. &c. Cano nonistas, ut refert Siluest. ubi sup. & supplementum Gabrielis, ubi sup. & dub. i. eiusdem questionis, ibi uideatur.

**S**o Quo ad id (& nullo modo licebit eis de ista religione exire, &c.

Quæst. 15.

**V**IR VAE S T I O X VI . Vtrum possit transire uel licentiari: id est, dispensari ad laxiorem religionem is qui non capiens neque intelligens sufficienter saltem implicite regulam

gulam quam professus est sic simpliciter. Similiter is qui intendebat specialiter non se obligare ad tot, seu ad aliqua obligatoria regulæ, sed solùm ad tria uota essentialia religionis an possit licentiari, uel transire ad aliam religionem laxiorem?

¶ Respondeo per duo puncta: quorum primum est, quod de licentia seu dispensatione Papæ potest transire ad laxiorem religionem, is qui non sufficienter capiens aut intelligens, saltem in generali, regulam ad quam se obligabat in professione, propter suam simplicitatem, postea non uult in hac nostra religione manere, sed uult laxius sine tanta difficultate uiuere in alia laxiori reformatare religione: quia ex quo non satis intellexit quod uouit, non uidetur omnino uoluisse se ad id obligare ad tantam perfectionem seu arctitudinem, ergo solùm tenetur ad quantum uolebat se obligare, ut patet ex dictis sup. q. 15. in i. punto uide. quia facit ad hoc. Expressa hoc dicit summa Ang. tit. religiosus s. 32. Nam si quomodo cuncti ipse intelligens obligationem regulæ, tamen uolebat se omnino obligare ad regulam obseruantiam & omnino esse frater minor sicut & alii, etiam si non caperet bene obligationem regulæ, putans quod postea professus edocebitur & sic uel seruare sic ut postea cognoverit: tunc non potest transire ad laxiorem, sicut neque alii absolute professi: de quibus i. q. 17. habetur latius. Sed ut supradictus transitus ad laxiorem, debite fiat & securè, est ualde decens & oportuna licentia seu dispensatio Papæ: maxime cum de tali ignorantia profitentis non constat quod sit sufficiens ad transiendum ad laxiorem, ut dictum est.

¶ Secundum punctum: Qui specialiter quando professus est hanc regulam intendebat se non obligare ad tantam perfectionem seu arctitudinem, (tunc licet sic absolute profitendo regulam non explicando suam intentionem peccauit fraudulentiter & mendaciter profitendo in facie ecclesiae, quam intentionem si explicuisse, non recipieretur) tamen ex quo non se obligauit coram Deo nisi ad id quod & quantum uoluit, ideo non tenetur manere in religione hac seruando nostram regulam, ut patet ex dictis supr. quæstio. 15. Et per consequens possunt transire ad laxiorem, ubi seruentur tria uota substantialia religionis quae professus est. Et ut id faciat sine scandalo & debite, oportet declarare fraudem quam habuit in profitendo, & quia in foro ecclesiæ ei non crederetur, oportet ha-

licentiam seu dispensationem à domino Papa, ut de hoc latius habetur apud Canonistas & summistas. ideo Siluest. tit. Religio, 3. q. 12. dicit secundum directorium, quod si quis ingreditur monasterium seu religionem ubi antiqua regula non seruatur, etiā quā tum ad habitum, nec obligavit se ad illam, sed ad aliam quae ibi de facto tunc seruatur, etiam si pluribus annis ibi sit, non censetur religiosus, hæc ibi. Adde & tu, quod non censetur religiosus, s. illius religionis ad quam non intendebat se obligare ut dictum est. modo etiam deformata, modo reformata, alias enim bene censetur religiosus simpliciter, ex quo uoluit profiteri saltem tria uota substantialia religionis: sicq; tenetur intrare aliam, saltem laxorem, si ibi non uult manere. Nam si uult ibi manere, tenetur uiuere secundum regulam promissam debite, ex quo sic iam acceptat uolum & regulam, uolendo ibi manere, ut dictum est sup. q. 15.



V A E S T I O X V I I . An uere & absolute professis hæc nostram regulam & religionem, liceat transire ad aliam religionem?

¶ Respondeo per quatuor puncta: quorum primum est, In foro conscientiae & Dei nullus uere & absolute expresse professus nostram religionem, potest de ea ad aliam quamcunq; trahere, nisi ex dispensatione rationabili Papæ uel ecclesiæ. Probatur prima pars, quia de religione altiori ad infimam non licet transire: quia hoc est ferre manum ad aratum & retro aspicere, & non soluere uolum debite, ut patet etiam ex iure Canonicō positivo, sed nostra religio est altior cæteris & perfectior, ut sup. in introduct. q. 2. &c. probatum est, ergo. & hoc idem aperte dicit Bonauen. q. 12. 13. super regulam, dicens, quod impossibile est professo huius religionis ad aliam transire (secundum regulam & Deum, & ueritatem) quia nulla altior aut æqualis huic reperitur, & idem dicit in 2. cap. addens, quod professo hanc religionem, est impossibilis transitus ad aliam: quod nisi Papa supponeret, non approbaret regulam dicentem, & nullo modo licebit eis de ista religione exire: quia secundum sanctum Euangeliū, nemo mittens manum ad aratum &c. ex quo patet (ut ait Bonauen.) quod si non licet exire, quia non licet retro aspicere, ergo oīs alia religio est hic retro

ic retro, & quod apostatae sunt oīs ab hac religione post professionem ad aliam quamcunq; transeuntes, hæc ille. & omnes expositores regulæ ca. 1. & 2. concordant, ut est uidere in Hugone & 4. Magist. Bar. Pif. &c. nemine discrepante. Ex quo patet, ut haberetur in spec. ff. 1 4. & Brulefer. super prol. f. Bonauen. in lib. sentent. quod ad Carthusien. minime licet nebis transire coram Deo & in uirtute, ut patet ex dictis, quis in foro ecclesiæ aliud sit iudicium, de quo inf. in 3. punct. dictum est (nisi ex dispensatione rationabili Papæ uel Ecclesiæ) nam secund. Bonauen. q. 13. super reg. per dispensationem Papæ licite quis potest transire ad aliam religionem. Notandum autem quod nomine dispensationis, intelligitur quod sit rationabilis, & secundum Deum, utpote quod fiat ex causa legitima sufficiente ad id, utpote ex necessitate, infirmitate, debilitate, delicatae complexionis personæ, uel utilitate cōi, & huiusmodi causis ueris sufficientibus & requisitis ad tales dispensationem, ut Siluestr. tit. Religio 4. q. 1. & 2. tangit, & bene secundum Thio. Supponitur enim hic ex cōi doctrina doctorum, quod Papa potest in toto uel in parte dispensare in oī uoto ex causa uera rationabili & sufficiente ad id, ut patebit inf. c. 10. q. 4. & notanter dictum est ex causa uera & rationabili seu sufficiente: Nam si sit causa ficta, seu insufficiens, aliquo modo non excusatur à culpa is qui est causa talis dispensationis, ut patebit, ubi sup. c. 10. An autem possit esse aliqua causa rationabilis ad talem transitum, hoc consistit in facto, & pertinet de hoc iudicare ad Papam dispensantem, facta uera relatione. Ideo dicit Bonauen. ca. 2. quod si de licentia Apostolica glorientur aliqui aliter facere, pro certissimo sciant contra hanc domini sententiam Papam nihil facere, Nemo mittens manum ad aratum &c. quod si mendaciis interuenientibus aliquid contingat per tales à sede Apostolica interpretari non est eis excusatio, sed accusationis duplicatio, hæc ille. Ideo quis Siluestr. tit. Religio. 4. q. 6. secund. Floren. 3. parte sum. tit. 16. c. 4. s. ult. oppos. dicat, s. quod sua religio prædictorū est altior, & per consequens, quod ad eā potest transiri, nil probat, neq; ualeat eius dictum, ut patet ex dictis sup. in introduct. q. 2.

¶ Secundum punctum est, Non est licitum in foro Dei obligatis per uotum uel iuramentum ad nostrā religionem intrare uel profiteri quamcunq; aliam; ratio patet ex dictis, ut hoc ait Bonauen.

An autem si tales iam sunt professi aliam religionem peccent mortaliter ibi manendo & tenetur exire ad hanc nostram religionem: dicit Bonauen. ibidem s. cap. 2. quod sic, sed oppositum habetur in cap. Qui post. de regu. lib. 6. quia ex solo uoto & promissione intrandin non est acquisitum ius religioni, & per consequens si tradit alteri efficaciter, & in ius alterius licet cum peccato, iam ibi manendo, non manet in mortali, sicut sup. q. 6. dictum est, de filio profitente culpabiliter eius patre relicto in magna necessitate: & sicut qui uouit castitatem si ducat uxorem, culpabiliter non manet in statu mortalis peccati: Sic in proposito dicendum est secundum dictum cap. qui post uotum, de uouente intrare nostram religionem, quod peccat aliam profitendo, sed non manet in mortali ibi manendo. Recipientes autem illum, peccant tanquam illius apostasæ seu peccato cooperantes, ut ait bene Bonauen. ubi sup.

¶ Tertium punctum est, In foro ecclesiæ possimus de hac nostra religione transire ad Carthusien., per extra uagan. uitam ambitione de regulari. Ratio, quia ecclesia quæ iudicat de exterioribus, iudicat Carthusien. esse altiorem, de quo est strictior in exterioribus obseruantis quibusdā: & per consequens quod ad illam liceat transire, ut patet in summa Angelica, tit. religiosus s. 3. 4. & Florent. 3. parte Summae, tit. 16. cap. 1. § 2. ex Ioanne Andrea &c & cap. 2. §. ult. quamvis Siluest. tit. religio 4. qu. 6. & 8. oppos. dicat, sed non satis bene, ut alibi in annotationibus super Siluestri nam, ibidem latius egimus.

¶ Quartum punctum est, quod quamvis de qualibet religione possit quis quantum est ex iure Diuino & communis licite transire ad nostram, utpote ad altiorem secundum Deum. Similiter & nos recipere quemlibet sic transeuntem: tamen quia per substantialia indulta aliter est rationabiliter ordinatum, & prohibiti per Papam uel ecclesiam, s. per pacem uel propter cauendam iacturā, uel confusione aliquarum religionum, & huiusmodi, ideo non licet etiam in foro Dei, nisi secundum talia substantialia indulta, exire uel recipere transeuntes, uel secundum cap. licet de regularibus quod uide, quia ualde facit ad propositum. Et quia circa hoc sunt multa priuilegia quo ad omnes ordines mendicantes, ne s. se iniucem recipient transeuntes sub graibus censuris, ideo illis est in hoc standum: & ideo uideatur forma priuilegiorum circa hoc, ut habetur.

betur in compendio fratrum Min. tit. apostata, tit. nouicius, &c. Et secundū talia priuilegia quæ debent salua manere, intelligantur & moderentur ea omnia quæ tractātur à summifis, circa hoc præ fertim Siluest. tit. relig. 4. Et secundum prædicta priuilegia notetur quis prælatus debeat & possit concedere licentiam talis transitus & quomodo? Et quomodo est in practica & consuetudine talis religiōis? Nam priuilegia & statuta & leges positivæ moribus utentium & consuetudine approbantur, roborantur, & interpretantur. quamvis Siluest. ubi sup. q. 3. & alibi dicat oppositum: de quo non est curandum, sed ut dictum est, est attendendum circa hoc. Omnia hic dicta in hac questione, intelliguntur supposito, quod nostra religio non sit notabiliter deformata, nā si alicubi esset deformata, an liceat de ea transire ad aliam, & quomodo, latè dicetur infra q. 19. ibi uideatur.



V A E S T I O X V I I I . Vtrum professis in obseruantia liceat transire, & licentiare eos ad conuentuales nostri ordinis Minorum, & quomodo, & an conuentuales sint in bono statu, & quomodo conuentuales sint recipiendi ad obseruantiam?

¶ Respondeo per tria puncta, quorum primum est. In foro conscientiæ, & coram Deo non licet obseruantibus transire ad conuentuales, nisi ex dispensatione Papæ rationabili. Ratio, quia non licet ad laxiorem modum uiuendi, qualis est in conuentualibus qui sunt dispensati circa pecuniam & redditus & paupertatem. modo sint dispensati rationabiliter, modo non, de quo infra 3. punto: etiam si ipsi conuentuales sic rationabiliter dispensati, uiuant alias debite & non deformate, quoad alia in regula contenta, non licet ad eos transire ratione supradicta, faciunt ad hoc dicta in q. 17. præcedenti: dico nisi ex dispensatione Papæ. Nam si adsit causa rationabilis & sufficiens ad transeundum ad laxiorem modum uiuendi non deformatum, tunc ex dispensatione Papæ potest fieri talis transitus, ut sup. q. 17. dictum est: dummodo in familia conuentualium circa alia uiuatur communiter deformate: quia si sic, tunc non liceret tali periculo se exponere, ut late dictum est sup. q. 2. & infra q. 19. & inf. cap. 10. q. 4. latius dicetur de hiis.

Et cum prædictis omnibus concordat late differens Fr. Ioannes Pirrinus.

Pirrinus in tract. super dispensatione fratrum min. conclus. 3, corol. 2. & 3. in 1. respons. ad argumenta. Vnde in tab. 19. Vic. g. sic habetur, Declaratur quod fratres nostrae familiae obseruantiae non possunt salua conscientia, etiam quantumcumq; discholi fuerint, licentiari ut ministris (s. conuentualibus qui tunc erant) se subiiciant, etiam si in obseruantia stare uoluerint: sed a suis insolentiis coercentur poenis debitiss, usq; ad carceres. Professi autem sub ministro, s. conuentuali, & postea nobis adiuncti, cum a suis insolentiis resipiscere noluerint, & licentiam postulauerint, licentia si possunt, dummodo in obseruantia sub ministro, s. conuentuali stare uoluerint, alias non, haec ibi. Ex quibus patet intentum, præsertim quia in dicta tabula dicitur, declaratur, & non dicitur ordinatur. Vnde si aliquando secundum aliqua priuilegia seu statuta aliqui transeunt, seu licentiantur, seu eiiciuntur ad conuentuales, id potius est permisso ad tollendum maius malum, & in foro ecclesiæ: sicut de electione incorrigendum dicetur inf. q. 2. 1. ut etiā proxime dicetur in secundo puncto sequenti.

¶ Secundum punctum, quod in foro ecclesiæ potest de obseruancia transire quis ad conuentuales, secundum modos & dispositio-nes Apostolicas. Similiter & potest talis transitus permitti & licen-tiari. Quis autem modus sit per Papam circa hoc datus, dico quod multipliciter est circa hoc per multos Pontifices diuersis temporibus prouisum. Sed tandem in hiis temporibus standum est disposi-tioni D. Leonis 10. in bulla uniois, statuent. quod de cætero nullus frater reformatus, uel de obseruantia possit per quæcumq; prælatum ordinis, etiam Min. g. mitti ad morandum ad aliquem conuentum non reformatum, aut pro reformato non habitum: excepto quod si cap. prouinciali uidebitur minus malum aliquem fratre licentiare ad nondum reformatos seu conuentuales, q; cum reformati uel obseruantibus ipsum retinere: tali casu possunt prælati mittere fratrem seu fratres ad conuentuales, & sub excōmuni-catione latæ sententiæ prohibetur ibidem conuentualibus omnibus, ne aliquem de obseruantia alio modo transeuntem recipient & ipsis obseruantibus sub eadem poena. Similiter prohibetur ne s. alio modo ad conuentuales transeant. De conuentualibus au-tem ad obseruentes possunt transire, etiam in foro ecclesiæ, per ita licentia a suis superioribus, licet non obtenta, ut habetur per eam-

dem Leon. 10. ff. 3 o. 32. &c. Et in compendio priuile. tit. conuen-tuales fratres, ibilatius uideatur: quomodo etiam liceat, uel non liceat reformationes fratrum & domorum conuentualium facere & procurare. Sed hic posset dubitari, an fratres conuentuales transeuntes ad nostram obseruantiam debeant necessario iterum stare per annum probationis ut nouicii, & iterum profiteri simpli-citer & absolute regulam fratrum min. sicut alii de aliis religionibus transeuntes ad nostram religionem. Itaq; si aliter fiat profes-sio non ualebit in nostra religione, aut quod peccabitur ab ipsis a recipientibus, tanq; ii qui recipiunt & recipiuntur contra ius?

¶ Respondeo, saluo meliori iudicio, uideretur quod non est necesse iterum profiteri si iam semel absolute regulam professi sunt fratru-m min. sine ulla exceptione aut limitatione, ut patet: quia transeun-do ad obseruantiam melius obseruant regulam iam semel profes-sam, & non aliam regulam: secus uidetur dicendum, si cum aliqua exceptione uel limitatione tacita uel expressa professi fuissent: tūc enim oporteret intendere se obligare & profiteri simpliciter & ab solute ad regulam fratrum min. sicut & alii profiteri tenentur: de quib. sup. q. 12. q. 15. Similiter uideretur ex hoc inferri, quod quan-do non tenetur iterum profiteri, non enim est necesse quod iterū stet ut nouicius per annum probationis, alias autem sic: quia annus probationis est solum ad probandum religionem quam quis professurus est. ergo cum non est necessaria iterata professio, se-quitur quod neq; iteratus annus probationis quantum est de iure communi loquor: quo non obstante, potest statui, quod nullus conuentualis recipiatur, nisi prius per annum probationis steterit ut probetur, ut post sine, uel cum iterata professione recipiatur & incorporetur.

Et ad prædicta uidentur facere statuta g. Burgens. cap. 1. ubi statutum fuerat, quod si quando conuentuales nostri ordinis transie-rint ad nostram obseruantiam, nullus conuentualis nobiscum incorporetur, nisi prius per annum probationis steterit, nisi etiam doctor aut nobilis pater, haec ibi. Ecce prædictum statutum licet iam non ualeat ut statutum ualet, ramen pro declaratione dubii præsentis, quia dicitur quod doctor aut notabilis pater potest recipi sine anno probationis, & dicit quod alii post annum probationis incorporentur tanq; iam professi, sed in alia familia ordinis nostri sicut

sicut de una prouincia obseruantiaz incorporatur quis in alia prouincia eiusdem obseruantiaz post unum uel duos uel plures annos secundum statuta ordinis & prouinciarum . facit etiam ad prædicta statutum cap. g. Burdegalensis anno Domini 1520. celebrati, ubi sibi habetur. Nullus conuentualis recipiatur ad obseruantiam nisi ad minus eius conuersatio & uita per annum uideatur . & tunc si cap. placuerit, possit incorporari: quod si minus, remittatur ad propria, & incorporaz careat uoce actiuia per annum unum post dictam incorporationem, & passiuam per duos annos ad minus, nisi etiam aliquis conuentualis, cuius receptio etiam in ædificatio nem & singulare exemplum: & hoc ad iudicium ministri & custo dum & diffinitorum, hæc ibi. Ex quibus patet, quod licet statuta disponat quod ante annum non incorporetur, tam non debent stare per annum, ut nouicii cū caparone seu habitu nouiciorum, sed ut ueri profesi, quorum conuersatio inspicitur, ut uideatur an de beat incorporari in obseruantia, ut dictum est. Facit etiam ad hoc quod quando totus conuentus conuentualium reformatur, & sit de obseruantia secundum Leon. 10. (ut habetur in compendio titulo conuentuales) non fiunt nouicii, neq; iterum profitentur, ergo ex dictis uidetur quod sufficit quod quando incorporatur ante uel post annum, quod promittat obedientiam nostræ obseruantiaz: & ante prædictam incorporationem potest ipse exire & expelli, ut habeat in tab. cap. g. Florenciaci, anno Domini 1493, celebrati.

**¶** Tertium punctum est, An fratres conuentuales nostri ordinis, sint in bono status? Ad quod dicit Fr. Ioannes Pirrinus, ubi sup. quod non: quia non habent iustum causam suæ dispensationis, si etiam alias uiuunt reformatæ, ut tenentur, secundum alia obligatoria regulæ, quod tunc bene sunt in bono statu, ut patet ex dictis sup. q. 17. alias non, ut patet ibidem: & ex dictis sup. q. 2. An autem sit iusta causa talis dispensationis an non, hoc pendet ex facto & pertinet ad Papam dispensantem iudicare facta uera relatione. Similiter uidetur dicendum, quod si quis non intendit se obligare in profitendo absolute uel cum limitatione expressa, nisi ad reglam beati Francisci, seu fratrū min. dispensatum, sicut est apud conuentuales, quod tunc ad nihil aliud tenetur, & est in bono statu, dummodo alias, seu circa alia uiuat debite, reformatæ. Patet ex di-

ctis

ctis sup. q. 15. In foro ecclesiæ dic quod censetur esse in bono statu, nisi alias communiter uiuatur deformatæ circa alia, quam circa ea in quibus & quomodo sunt dispensati, patet: quia sic Papa ap probat tales statuta dispensata. Ideo præsumendus est licitus: Imo & est prohibitum nobis specialiter oppositum dicere, ut patet: quia Pius 2, ad euellendas inhibet nobis sub excommunicatione ipso facto, reseruata Papæ uel protectori, ne uoces fratres conuentuales nostri ordinis esse defecta, reproba quomodo libet nullis obstan. & postea Siluest. Iulius 2. uisis & consyderatis, ff. 214. prohibuit ne nos in uicem uerbo uel facto iniuriemus uel laedamus, sub grauibus censuris: & tandem Leo 10. in bulla unionis ff. 28. sub excommunicatione ipso facto Papæ reseruata (præterquam in articulo mortis) præcipit ne quis frater ordinis s. Francisci appellat alium fratrem eiusdem ordinis maliciose, irrisoriè, uel improprio se priuilegiatum, bullistam, collectaneum, amadeitā, clarenū, de euangelio, de caputio, bigotum, aut alio quoquis nomine, etiam de nouo reperto, seu forte in futurum occasione priorum diuisionum ipsius ordinis à quoconque imponendo, seu alio quoquis irrisorio, iniurioso, seu improprio nomine, aut quod pro improprio à patientibus habeatur: necnon eibis, tam clericis quam laicis prohibet ne fratres huiusmodi aut eorum factores præfatis nominibus irrisoriè uel maliciose appellent: de quibus omnibus latius in cōpendio priuilegiis ubi sup. tit. apostata, uideatur



V A E S T I O X I X . Vtrum si iam nostra obseruantia Quest. 19 esset (quod absit) deformata, liceat nobis de ea ad aliam religionem uel familiam etiam laxiorem, sed reformatam transire. Similiter intra nostram obseruantiam de una prouincia uel conuentu deformato, ad aliam prouinciam uel conuentum nostræ obseruantæ reformatam transire, & quomodo?

Respondeo per tria puncta: quorum primum est, quod si in ordine nostro esset locus ubi regula purè & debitè & reformatè seruatur, tunc constat quod non licet transire ad aliam religionem: quia omnis alia est laxior seu inferior, ut patet ex dictis sup. q. 17 constat autem esse plurimas prouincias, & in qualibet prouincia multos conuentus, & serè omnes, ubi regula purè & reformatè: in aliis purius in nostra obseruantia obseruantur & uiuitur: ideo

T

nunc

tunc simpliciter dic quòd non licet ad aliam religionem de nostra obseruantia transfire, & concordat aperte Ioannes Andr. in cap. sane de regulari, ut patebit infra in 2. puncto secundum Siluest. & in hoc non est dubium.

¶ Secundum punctum, si in nostra obseruantia & in tota nostra religione seu ordine, non esset aliqua familia, seu prouincia, seu conuentus reformatus, ubi tales recipentur, ubi debite regula promissa seruaretur cōiter (quòd uidetur fere impossibile) tota enim nostra religio est plena familiis & prouinciis, quotidie magis ac magis se reformantibus, ut patet: tunc si talis casus accidet, dico quòd liceret nobis transfire ad aliam religionē etiam laxiorē reformatam, & ubi debitē secundum suā regulam promissam uiueretur cōiter, & hoc potest fieri præcipue de dispensatione Papæ. Ratio, quia licet nostra religio in se sit altior, tamen si eset deformata, tunc esset inferior aliis, ut dicetur infra 3. puncto sequenti. Non enim consideratur regula antiquitus instituta, sed cōis modus uiuendi de præsenti, ad hoc quòd iudicetur religio altior uel inferior alia, ut sic liceat uel non liceat transitus ab ea, & sic cōiter dicunt doctores Inno. Panormi. Ioan. Andr. in cap. sane de regularibus, quòd si in priori religione cōiter regula non seruatur, bene licitum est transfire ad aliam laxiorem reformatam: quando non est in prouincia aliud monasterium illius primæ religionis altioris, ad quod possit transfire, neq; est spes ulla reformationis seu monasterii reformati, ut dictum est: ut Siluest. titu. religio 4. q. 2. etiam refert. Item quia est cōis deformatio, est periculū propinquum admortale, ergo licitum, imo & debitum est illud fugere, prout homo potest probaliter. Non autem potest tale periculum uitari probabiliter manendo cum tali societate in religione deformata (ut patet ex dictis sup. q. 2.) ergo licet ad aliam religionem ubi non sit tale periculum transfire, & cùm ad altiorē non tenetur quis ex quo uel non se obligauit ad altiorē, uel nulla est altior quam nostra, ergo licet ad laxiorem transfire reformatam. Dico notanter, quòd talis transitus potest fieri de dispensatione uel licentia Papæ, nam tunc bene est causa rationabiliis ad sic disp̄sandum, ut s. caueatur periculum transgressionis manendo in religione deformata, ut dictum est: & sic cum tali dispensatione in tali casu securus fieret prædictus transitus, sine dispensatione

tionē autem nisi periculum esset in mora, nō esset licitus, quia non potest quis auctoritate sua maius bonum debitum cōmutare in minus, etiam causa rationabili: sed requiritur auctoritatiua dispensatio (dum non est periculum in mora) ut cōiter trācatur à doct. in materia de uotis & de dispensatione: ut de hoc infra cap. 10. q. 4. dicetur, quòd & supponatur. Melius autem esset in casu prædicto quando accideret (quòd Deus auerat) recurrere ad Papā uel concilium, uel protectorem ordinis, ut prouideret de loco & modo, ubi, & quomodo regula promissa a uolentibus debitē posset seruari: sicut etiam factum est tempore reformationis, quando à conuentualibus obseruātia separata est in concilio Constantiensi. ¶ Tertium punctum. Restat nunc probare, quòd si nostra religio esset deformata cōiter, quòd tunc esset inferior aliis religionibus, de se laxioribus, sed bene regulatis & deformatiis, pater: tum quia talis uita deforma est culpabilis, ex quo habet deformatitatem qua degeneratur à debita uita regulari, & per consequens habet turpitudinem. Est etiam periculosa ad ea quae sunt mundi & carnis proxime inducens, ut patet ex dictis sup. q. 2. & potest per singula facile deduci & experientia appetet: & specialiter quo ad paupertatē probabitur amplius infra 6. cap. q. 1 6. &c. ibi ad hoc uideatur. An autem liceat fratri minori de uno loco seu prouincia, seu familia deforma, ubi regula non seruatur debitē secundum suā puritatem, transfire ad alium locum seuprouinciam, seu familiā eiusdem ordinis, ubi regula debitē & purē obseruatur, petita humiliter licentia, licet non obtenta, etiam contra obedientiam & censuras prælatorum: dic quòd sic secundum ea quae circa hauc materiam latius tractantur infra cap. 10. q. 6. &c. illuc enim hoc attinet differendum, ibi uideatur.



V A E S T I O X X . Vtrum fratribus Minorib. liceat transfire ad Episcopatum & ad prælaturas extra ordinē, & quomodo?

¶ Respondeo per tria puncta: quorum primum est, quòd si coacti ab ecclesia ad Episcopatum assumentur necessitate, seu ad regimen

regimen animarum, tunc non sunt reputandi in malo statu, neq; quod fint ab ordine egressi, si quantum in ipsis est, semper appetant in ordinis finu confoueri. Quia ex regula non negatur nobis exire ad maiorem & superiorem gradum melioris & perfectioris uitæ uel status, qualis est status episcopalis. Sed prohibetur exire ad inferiorē uitam uel statum. quod si non uocati neq; coacti aspirant fratres ad gradum uel statum episcopalem, ut fugiant erumnas paupertatis & ordinis rigorem & iugum obedientiæ, quasi onager in solitudine liberati: tunc ait Bonauen. cap. 2. credo illos in illis partem cessuros, qui dixit, Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, hæc Bonauent. Sed uidetur clarius dicendum quod quāmuis possit peccare exeundo ad Episcopatum, per prauas uias aut intentiones, tamen quātum est ex parte talis exitus de statu ad statum, licet quis de religione exiit & assumitur, & maneat in statu episcopatus perfectiori. Peccata autem ante uel tunc commissa in tali exitu possunt facile emendari per debitam pœnitentiam, manendo in Episcopatu.

¶ Secundum punctum, Ad alias prælaturas seu dignitates inferiores Episcopatu, non licet in conscientia transire nisi ex rationabili dispensatione Papæ. patet prium, quia religio nostra est altior uita & status strictior, secundum Thomam 2. 2. q. 8 4. art. 8. ergo non licet sine rationabili dispensatione. patet ex dictis sup. q. 17. &c. dico in foro conscientiæ. Nam in foro ecclesiæ forte aliud aliquando diceretur secundum diuersitatem dignitatum & prælaturarum & opinionum: de quibus omnibus latius uideatur in Siluestrina tit. Religio, 7. per totum, ubi etiam uidebitur an religiosus possit etiam simul præfici aliis ecclesiis curatis, & habere alias dignitates ecclesiasticas, & quomodo? Attendat etiam circa prædicta omnia priuilegia particularia, tā pro ipsis electis seu ingressis ad Episcopatum, uel alias dignitates, quām contra ipsos, ut habetur in compendio tit. Episcopi, tit. exempti fratres, tit. apostata.

¶ Tertium punctum, religiosus iam factus Episcopus, tenetur ad tria uota substantialia, & ad alia obligatoria regulæ, in quantum suo statui & officio Episcopali non dissonant. Similiter & alii ad inferiores dignitates assumpti, & ad habitum religionis deferendum, ut latius de hiis Siluestrina tit. Religio, 6. q. 10. & Religio,

7. q. 11. secundum Thom. 2. 2. q. 18 5. art. 8. & ibi Gaietanus. Qui quidem Gaietanus latius in quolib. 2. q. 22. disputat quomodo ad id obligatorie regulæ seu legali: an potius morali, ibi ui deatur si placuerit, quia ibidem limitat aliqua quæ ipse secundum B. Thomam dixerat 2. 2. q. 18 5. quod Episcopus religiosus tenebatur ex regula. Nam in quol. ubi sup. tenet & probat oppositum, s. quod potest licite tunc comedere carnes. Similiter an is qui uouerat prius esse religiosus, & post eligitur in Episcopum, an teneatur prius ingredi religionem: uel poitea iam factus Episcopus, an teneatur ingredi religionem & postea redire ad suum episcopatum, uideatur idem Gaietanus 2. 2. q. 18 3. art. 3. quomodo late retractat hoc & illud cap. per tuas, extra de uoto & uoti redemptione.

Q V A E S T I O X X I . Vtrum liceat eiicere à religione aliquos iam professos expresse, & quomodo, & quid sit faciendum ipsis sic eiectis, ut sint in statu salutis? Quæst. 21

¶ Respondeo per quatuor puncta: quorum primum est, quod in corrigibiles, pestilentes & scandalosi professi possunt & debent à religione expelli, etiam sine habitu per eos quibus & quomodo hoc est per priuilegia uel statuta ordinis commissum uel concessum, quando aliter intra ordinem, salua ordinis disciplina, & sine graui scando & damno temporali magno, uel spirituali detinendi non possunt. Ratio, quia bonum commune religionis præponendum est particulari, ergo quando utrumq; haberi non potest, postponendum est minus, s. particulate maiori communi: hoc autem fieri non potest in casu supradicto, nisi ex pellatur ouis morbida, alios inficiens exemplo prauo & incorrigibilitate sua impunita: quia est causa dissolutionis religionis, etiā quo ad alios qui similiter uolent non puniri, ut patet experientia. ergo tollendum est malum & scandalum de medio & de loco sancto religiosis modo prædicto, quando aliter prouideri debite non potest regulari disciplinæ & bono communis supradicto, & honori religionis a-pud homines. Item quia frangenti fidem fides frangenda est, ut habetur de re iur. ergo qui in scandalum & dedecus religionis in corrigibilis est prævaricator uoti, iam ordo non tenetur eum habere, neq; ei seruare pactum de eum retinendo. Quia sicut ipse poterat.

terat exire de religione deformata desperabiliter, ut sup. q. 19. di-  
cunt est, ergo similiter religio non tenetur illi qui est notabiliter  
in dedecus & scandalum & destructionem religionis notabiliter  
deformatus, pestilens, & desperabiliter incorrigibilis: quia non  
est melior conditio unius religiosi quam religionis, & multorum  
Concordat expresse Bonauen. q. 14. super regulā, maxime quo  
ad notorie malos & incorrigibiles & scandalosos coram homini  
bus secularibus: nam de occulte, s. intra ordinem tantum pestilen-  
tibus incorrigibilibus sine scandalo secularium dicit, quod nō de-  
bent eiici propter cauendum scandalum secularium ex tali electio-  
ne eorum quorum uita mala illis non apparebat. quod si tales sei-  
plos apostando eiiciant, gratiae sunt Deo agendae, non quia pec-  
cauit frater, sed quia quies suas à contagiosa peste liberauit, Gal. 5  
Vtinam abscindantur qui uos conturbant, s. pacem uestram & fa-  
mam. Crudelis enim est miseratio ubi plures & meliores grauiter  
offendunt, sicut qui surem liberaret unde pauperes spoliarentur,  
hæc Bonauent. Concordat etiam expos. sine tit. c. 2. dicēs quod  
regula non prohibet expulsionem prædictorum incorrigibilium,  
sed exitum eorum, ut patet etiam in prima regula B. patris nostri  
Francisci cap. 13. ubi dicitur sic, Si quis fratum diabolo instigan-  
te, fornicaretur habitum quem ex sua turpitudine amisit, deponat  
ex toto, & à nostra religione penitus expellatur, & postea poenitentiam  
faciat de peccatis, hæc ibi. Ex quo patet intentio B. pa-  
tris Francisci, licet nunc non debeat seruari in tanto rigore, ex quo  
illa prima regula non obligat nos, sed per eam edocemur quod li-  
ceat & debeat expelli incorrigibilis, ut dictum est. Et 4. magistri  
cap. 2. licet de prædictis dubitent, tamen adhuc ad prædicta ma-  
gis uidentur declinare. Concordat & Innocen. 4. in sua declar.  
regulæ fol. 3. in 2. tract. concedens quod ministri eiiciant ab ordi-  
ne fratres secundum stat. cap. g. in certis casibus, & idem in priuile-  
giis iustis potentium, & in priuilegiis paci & tranquillitati, & Alex. 4  
iustis potentium, fol. 122. & Six. 4. in mari mag. fol. 5. 8. & mul-  
ti alii Pontifices id concesserunt & supposuerunt pestilentes posse  
eiici quando in suis literis dāt ministris potestatem super tales eie-  
ctos ab ordine: ut late in compendio priuileg. tit. apostata, & titu-  
li eiicere ab ordine habetur: præsertim Pius & Paulus 2. id signifi-  
cant: ut habetur in prædicto tit. apostata. Ettandem Alex. 6. in  
priuilegiis

priuilegiis, cū sicut nobis, ff. 5. 6. concessit ut Min. g. per seipsum tan-  
tum & Min. prouinc. cum consentu maioris partis cap. prouinc.  
ualeat eiicere ab ordine habitu expoliatos fratres incorrigibiles,  
&c. & ibi dat potestatem ad censuras contra resistentes & secula-  
res, quod priuilegium est secundum prædicta intelligendum.

¶ Secundum punctum est, quod prædicta expulsio incorrigibiliū  
debet fieri secundum prædictum priuileg. Alex. 6. ex quo finaliter  
circa hoc sicut latius disposuit. Et sic patet quod iudicio Min. g. per  
se uel Min. prouinc. cum consensu maioris partis capit. prouinc. re-  
linquitur etiam iudicare qui fratres censendi sint etiam pestilentes  
incorrigibiles eiiciendi: quia cui conuenit principale & accessoriū  
committitur: ut patet in dispensatiōibus, &c. huiusmodi, & quan-  
do de prædictis eiiciendis agitur, debent prælati considerare su-  
prædicta secundum Bonauenturam, & alias circumstantias secun-  
dum Deum: Alioquin darent efficacem causam damnationis il-  
lius qui sic eiicitur indebito. Et quando tales eiiciuntur modo su-  
prædicto, possunt eis dari literæ, non quidem propriæ dimissio-  
riæ, sed notificatoriæ expulsionis eorum, licentiantes permisiuē  
eos, ut sic eis liceat ad aliam religionem seu statum, ut infra dice-  
tur, conuolare ubi possint saluari, ut aiunt quatuor magistri, & ex  
pos. sine tit. & Hugo 2. cap. Et secundum omnia supradicta, intel-  
lige ea quæ à Canonisis doct. dicuntur, ut refert Florent. tertia  
parte summæ tit. 16. cap. 5. & Siluest. tit. apostata q. 5. 6. 7. &c.  
qui uidentur etiam cum prædictis concordare: & in quantum dis-  
sonare uidentur, debent iuxta prædicta limitari, ut patet respon-  
dendo ad obiectiones.

¶ Notandum etiam, quod si quis iam iuste eiectus, ut apostatans  
redeat petens habitum humiliter paratus corrigi secundum ordi-  
nis disciplinam debite, debet recipi: quia cessat iam causa expul-  
sionis in penam infictæ, ut communiter dicunt doctores. Floren-  
tin. & Siluest. ubi sup. quod est uerum, nisi aliud obstet: utpote si  
sit probabile scandalum ex tali receptione, uel si redeat aliqua in-  
firmitate contagiosa infectus, uel alias inhabilis ad ordinis officia  
&c. huiusmodi: uel si tandem eius punitio ad terrorem aliorū ra-  
tionabiliter id requiratur, ne s. iā recipiatur in quo magna & cha-  
ritatua prudentia requiritur: & quis dicatur incorrigibilis, uide  
sum. Siluest. tit. incorrigibilis, & tit. abbas, q. 3, concor. cū hiis:  
&

& concordat B. Thomas 12. quol. art. 37. ut etiam refert & probat Siluest. tit. Religio, 6. q. 17. & tit. apostasia, q. 5. & 6. & concordat Bonauent. ubi sup. Quod si contra praedicta obiiciatur c. fin. extra de reg. ubi praecepitur quod fugitiui & electi requirantur & recipiantur, & intra ordinem puniantur & cōpellantur servare regulam, &c. Respondeo primo. quod quantum est de iure humano posituo, iam id per priuilegia supradicta non ualet, quārum est de iure Diuino, dico quod in praedicto c. fin. id disponitur, quando sine maiori malo, uel sine aliorum damno & scandalo fieri potest: non autem quando non potest commode fieri (ut dictum est) quando sunt omnino incorrigibiles fratres, & in scandalum aliorum, ut bene etiam dicit Florent. & Silues. ubi sup. Et ratio patet ex dictis. & quia salus proximi est procuranda, quantum potest, dummodo prouideatur maiori malo: præfertim quia tales uix corriguntur, & potius est ut tales damnentur alibi, quām in religione cum detimento aliorum, ut de hoc latius dictum est supra in introductione, q. 3. & per praedicta patet responsum ad omnia, & ad Hug. & Bart. Pif. cap. qui de hoc dubitantes ad opus situm uidentur declinare. Nam Bonauen. ubi sup. concordat cum praedicta responsione, & cum supradictis omnibus. Sedes enim Apostolica uel ecclesia quæ suum cuiq; ius obseruat, & uult ordinem in sua puritate confistere non cogit, neq; intendit ordinem tenere uel recipere illos quorum conuersatio esset nocua & dedecus ordini. Tunc enim puniret innocentes reosq; foueret, & occasionem daret ordinis corruptionis per tales pestiferos, si eos teneri uel recipi oporteret, ergo.

¶ Tertium punctum, tales sic electi uel apostatae redeuntes nō recepti, tenentur totis uiribus se humiliter disponere, ut sint apti ad hoc quod secundum ordinis disciplinam recipiantur in ordine nostro à quo electi sunt uel apostauerūt & procurare humiliter quod recipiantur sic debite dispositi. Ratio, quia ex sua culpa nō est sua conditio melior facta ut iam sit deobligatus à uoto & à religione promissa, ut patet. electio autem ei infecta est in poenam confusibilem, ut sic redeat ad cor, uel ut maiori malo & scandalo ordinis prouideatur, non autem ut per hoc ipse liberetur ab obligatione redeundi ad cor & ad religionem; quāmuis religio non teneatur ei ex culpa sua; ergo. Concordat expresse Bonauent. ubi sup. & cap.

cap. 2. super regulam. Quod si iam si etiam dispositus non recipitur propter quamcunq; causam ex supradictis, tunc ipse non potest auctoritate sua manere in seculo neq; aliam religionem laxiorem seu inferiorem intrare, quia nō potest auctoritate sua uotum maius in minus commutare, neq; ex culpa sua fit liberior, ut dictum est, tenetur ergo & potest secure tunc sic humiliter & debite dispositus, si non recipitur in sua religione (ut dictum est) de dispensatione seu licentia Papæ intrare aliam religionem reformatam, licet laxiorem, secundum quod Papa rationabiliter dispensauerit, & ibi potest manere & saluari. In seculo autem in statu clericatus potest etiam saluari si adhuc dispensatio Papæ specialis & rationabilis ex causa ad id sufficiente, alias non. quod si non inuenit religionem uolentem illum recipere, tenetur in clericatu uiuere regulariter ut potest, ut ait Siluest. tit. religio, 6. q. 12. & tit. apostasia q. 5. & 6. Concordat cum praedictis expresse Bonauent. ubi sup. & ea quæ dicta sunt q. 17. 18. &c. Ad hæc autem notandum quod iam ordo noster habet auctoritatem à domino Papa licentiandi tales sic electos & apostatas, qui non recipiuntur redeuntes propter aliquam causam ex supradictis ad certos ordines, & certo modo, & puniendo eos dum manerint in seculo, quo usq; in ordine ad quem licentiantur professi fuerint: & ipsi sic electi inhabilitatur ad multa, similiter & praedicti apostatae. De quibus omnibus, quia solum positiva fuit, uideatur compendium fratum mīnorum, tit. apostata. tit. eiicere à religione. tit. conuentuales, &c ¶ Quartum punctum, Si nouicius interrogatus ante professionē an habeat aliquod impedimentum pro quo non possit iure profiteri secundum statuta religionis (de quibus supra q. 4. &c. dictum est) respondet se non habere, & mentitur, & sic consentitur suæ professioni, immo de facto profitetur, & tamen postea inuenitur quod habebat tale impedimentum, utpote infirmitate contagiosa infectus erat, & huiusmodi. dicit Gerson 2. part. sum. in quibusdam quæst. alphab. 3. 4. litera S, quod talis sic professus obligatus est intrare religionem istam quam professus est uel aliam, si ab ista eiicitur, ut de hoc sup. q. 13. dictum est. Sed de cōuentu an si possit talē eiicere, dicit Gerson quod est maior difficultas: quia præsupponitur quod non consensit, nisi sub conditione, quod ille recipiendus non haberet tale impedimentū, de quo expresse fuit ei facta in-

interrogatio secundum ordinis statuta : & ita uidetur quod nō existente conditione, non tenetur consensus. sunt tamen argumenta ad oppositum de conditiōibus appositis matrimonio, quae pro nunc diuinituntur. Confulerem tamen (ait Gerson) quod talis iam professus exterius & diu toleratus, non expelleretur, nisi necessitas urgeret: & hoc propter scandalum uitandum & charitatem nutritam, hæc ille. Hoc tamen non obstan. Leo 10. in priuil. cū sit nobis, ff. 19. concessit nobis ut v. in. g. & prouinc fratres ordinis etiam professos qui grauissimis & scandalosis delictis notati & diffamati fuerint in seculo, quæ fraudulenter & dolose in eorum receptione & professionis emissione (monitione super his per prædictos prælatos præmissa) tacuerunt, non obstante quod iam recepti sint & professionem emiserūt (ne morbida & infecta pecus ouile domini corrūpat & ut aliis cedat in exemplum) à dominibus & conuentibus dicti ordinis expellere & remouere libere, & licite possint & ualeant, prout conscientiis prædictorum ministrorum (quas super hoc onerat) uisum fuerit & honestum. Similiter in tab. 21. Vic. g. anno Domini 1508. declaratur, quod cum receptus fuerit aliquis claustral is uel collectaneus aliqua contagiosa infirmitate percussus quam ipse reuelat<sup>r</sup> renuit in eius receptione, licet ab eo perquiratur de eius sanitate, cognita eius infirmitate bene potest expelli, ne alios inficiat: cum nostra obseruancia, non intendat tales recipere, & fraus & dolus nulli debeat patrocinari: consultius tamen esset quod dum tales recipientur, fieret eis protestatio: quod si talibus infirmitatibus teneantur recipientes, nullo pacto cum recipere intendunt. Si autem quis talium claustralium apud nos recipiatur, & postea retro aspiciens aufergit, non est requirendus, sed relinquatur eius anima in manibus suis, hæc cibi. Et de hiis multa similia habentur statuta in ordine auctoritate Papali quæ alibi uideantur in tab. cap. g. & de apostatis, similiter ibidem, & in compendio tit. apostatae, & Silvestri. eodem tit. Similiter an electi sine habitu possint mitti ad triremes semper, uel potius ad tempus, ut sic puniatur, uideatur Bonauen. ubi supra, & in constit. generalibus auctoritate Apostolica æditis, & in aliis priuileiis ordinis, ut etiā ex prædictis elici potest: quia propter breuitatem omitiuntur. Ex dictis patet, quare omnes discholi & incorrigibiles efficiuntur ex ordine secundum Bonauē.

in q.

In q. 17. super regulam, primo propter spem correctionis: Sicut regrotans non elicetur in mare quam diu spes uitæ fuerit: sic in proposito. Nam dum in hac uita sumus multi lapsi etiam enormiter postea per pœnitentiam surgunt & perseverant etiam saepe feruentes & meliores, quam qui lapsi non fuerint. Secunda causa, propter defectum probationis: quia licet ex aliquibus coieatur timeatur aliquis malus, tamen aperte non uidetur communitati: Sicut qui ex aliquibus signis timetur leprosus, & huiusmodi contagiosa infirmitate infestus, & non potest adhuc plene iudicari, sed latet morbus, ideo adhuc inter sanos toleratur. Tertia causa, propter scandalum, quia fratribus tantum notum est crimen illius sed apud extraneos reputatur honestus: qui si uiderent eum eiici, & tamen non scirent causam, putarent ex inuidia, uel malitia, uel alias iniuste fieri, uel etiam cognita causa cogitarent reliquos omnes esse tales, cum iste de quo tantum præsumebant, occulte fuerit uitiosus. Nam & Dominus cognovit ludam esse uitiosum, & in nostrum exemplum tollerauit illum, cum eius crimen aliis foret occultum, donec per apertam iniquitatem perdidit semetipsum, hæc Bonauen.

 Quo ad id, & illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam &c & vestimentis vilibus induantur, &c.

 Q V A E S T I O X X I I . Quæritur quot & quales tunicas & uestimenta liceat portare?

Respondeo per quatuor puncta, quorum primū est, Ex iuri regulæ tenemur portare duas tantum tunicas, alterā sine caputio, & hanc qui uoluerint portare, alterā cum caputio, quæ dicitur habitus exterior: & hunc necessario tenentur omnes professi portare manifeste & brachas & cordam, quod teneantur omnes professi portare tantum illas duas tunicas, ut dictum est, patet expresse ex regula (& illi qui jam promiserūt obedientiam habent unum tunicam cum caputio, &c.) & in hoc nulla est difficultas, ex quo per Clem. 5. sicut declaratum est, ubi sup. in glos.

V 2

quod

quòd autem brachas & cordam seu funem pro cingulo teneantur portare, patet secundum expos. sine tit. cap. 2. tum quia tanquam iam supposita paulo superius in hoc eod. cap. ubi de habitu nouitorum egit. ideo iterum hic non expressit: tū quia quod illic propter honestatem etiam nouitiis iussit haberri & dari, certe idem etiam iam professis ad habitus honestatem à fortiori imponere intendit. Item hoc idem patet in 1. reg. cap. 2. ubi expressius brachæ imponuntur profesis. Patet etiam regulæ intentio ex cōmuni prætica ordinis, à tempore ipsius B. Francisci, usq; ad nos sic de facto introducta: quia & sic omnes sancti patres & docto. ordinis coiter intellexerunt. ergo non licite tolluntur brachæ à iuuenibus professis, ut alicubi forte ex auaricia, uel alia causa fieri contingit. Per duas autem tunicas supradictas, non intelligitur hic quicquid est necessarium ad induendum, sed ut iacet litera, & ut dictum est una interior sine caputio quantumcumq; sit repetiata: alia cum caputio exterior, etiam si sit repetiata, ut in hoc bene ait Hugo, cap. 2. Ido si amplius opus est habere propter necessitatē alicuius, hoc non nisi dispensatiue potest haberri, ut dicetur infra in 2. puncto, ut expresse dicunt Nic. 3. & Clemens 5. in declarat. ut proxime dicetur. Et concordat quatuor magistri & Bonauent. di. quòd habere duas tunicas regularis est forma uitæ: plures autem dispensationis est regulæ illorum auctoritate, quibus commissa est cura fratribus secundum loca & tempora, &c. Ex quo patet quòd hic per duas tunicas non intelligitur duplex uestimentum, seu superfluum, sicut in Euangeliō intelligitur, quando Lucæ 9. & Math. 10. prohibentur duæ tunicae Apostolis, secundum coiter doct. Similiter patet quòd qui solùm induit & portat prædictas duas tunicas, seu habitus mutatorios alium die, alium nocte sine necessitate pectet contra alium præceptum regulæ, s. de non habendo superfluitatem uel curiositatem, ut de hoclatius infra cap. 6. q. 14. &c. dicetur, quis Hugo & Bart. Pif. 2. cap. & alii non satis in hoc distinete loquuti sint: & sic uideantur aliqualiter à prædictis dissonare, de quibus inquantum dissonant à prædictis, non est curandum. Secundum punctum est, quòd licet in regula contineatur quòd fratres non possint pluribus quam duabus tunicis uti, ut dictum est, quodq; necessitate cessante, pluribus non utantur fratres ex intentione instituentis sic fuerit, tamen de licentia min. & custodum

in

in suis administrationibus cùm eis uidebitur (pensatis necessitatibus & aliis circstantiis, quæ secundum Deum & regulam attendendæ uidentur) possunt fratres uti pluribus tunicis: nec propter hoc deuiant fratres ex prædicta regula: cùm ipsa regula quarto c. dicat, quòd ministri & custodes de necessitatibus infirmorum & de fratribus induendis solicitam curam gerant, secundum loca & tempora, &c. & sic declarat Nic. 3. artic. 4. Et Clemens 5. artic. 4. Ex quibus dictis pater intentum ut in primo pūcto dictum est, Ibidem etiam Nicol. 3. concedit, quòd quamuis in regula 4. cap. dicatur quòd min. tantum & custo. solicitam curam gerant de induendis fratribus, &c. & sic per Ly. (tantum) uideantur cæteri fratres excludi: tamen ipsi min. & cust. possunt hoc caliis committere: qui quidem commissarii debent sicut & illi de prædictis habere curam solicitam ex regula impositam illis. Ex quibus dictis uidetur quòd guardiani possunt dispensare cum fratribus in portando plures tunicas, sicut & min. & custod. modo id possint ex solo suo officio guardianatus, modo id potius possint ex cōmissione generali ei data à min. & custo. eo ipso quòd sit guardianus hoc tamen dico quòd eius officio est annexa cura & potestas circa induendos fratres: similiter & circa dispensandum cum eis quo ad plures tunicas. Ratio, quia sicut officio guardianatus iā est annexa cura induendorum secundum loca & tempora, &c. quomo docunq; sit ei annexa (licet hoc principalius conueniat min. & custod.) ergo similiter hoc accessorium est ei annexum, s. ut dispensent circa plures tunicas secundum loca & tempora, &c. Ex quo non simpliciter committitur seu annexatur cura induendorum secundum loca & tempora, &c. sicut ipsis min. & custo. principalius conuenit ex regula, ergo sicut & ipsis ita & guardiani possunt prouidere in hoc. Item quia in literis guardianatus generaliter committitur à min. prouinciali, quòd possint in omnibus, exceptis quibusdam ibi expressis, ergo ibi uiderur eis hoc etiam committi generaliter ratione officii guardianatus: præcipue quia sic iam uidetur in practica scita & consueta per longissimum tempus. Et ad hoc uidentur facere quatuor Magistri & Bonauent. cap. 2. quòd delicentia illorum quibus commissa est cura fratribus secundum loca & tempora & frigidas regiones induendorum potest quis plures tunicas portare, ut dictum est.

Tertium

¶ Tertium punctum est, Fratres tenentur indui uestimentis uilibus secundum iudicium prælatorum: quod teneantur uti uilibus, paret hoc esse obligatorium ex regula secundum Clement. s. ubi sup. in glos. Ista autem uilitas debet pensari, quo ad colore, & premium secundum prædictum Clement. s. & omnes expos. attenta consuetudine & conditione priuæ, in qua sunt fratres. Nam in una priuæ reputatur preciosa, quæ in alia uilis uestis habetur.) Et notandum, quod non obligamur indui uilissimis, sed uilibus tantum uestibus. Sunt enim gradus in uilitate uestium, & est latitudo uilitatis: Immo ut ait Martinus s. in suis constitutionibus cap. 2. non debent nostræ uestes esse adeo prætiosæ ut uidetes eas non notare debeant curiositatem uel uanitatem. Neq; ita uiles & grossæ, quod uidentes eas ad terrorem, horrorem, & de risum inducant, hæc ibi. Et similiter concordat Hugo csp. 2. & Zabarella super prædicta Clemens. exiui, art 4. s. utilitatem: dicentes quod magis curandum est panni honestas, quam præmium, hoc est contra negotiatores, in hoc dicentes, quod quia præciosæ & subtiles uestes sunt durabiles, ideo: ergo sunt magis secundum paupertatem. Sed certe B. pater hanc negationem non intendit neq; probauit, sed utilitatem uestium. Similiter & Papam non nisi secundum prædicta consyderanda esse decreuit, alioquin uestes gausapinas aut sericas colore cinerii durabiles deceret portare. Sed quia non est omnium recte iudicare de singulis, neque omnes capiunt medium uirtutis quod secundum iudicium prudentium, & bonorum est attendendum, & ne contingat peccare per excessum uel defectum in hiis & huiusmodi, & ut tollatur dissidium, contentiones, scismata, & scrupuli circa prædicta de utilitate uestium, ideo domius Clemens s. ubi sup. commitit iudicio mi. custo. & Guardianorum, ut eorum conscientiis oneratis, iudicent & determinent circa hoc: Ita tamen quod seruent in uestibus uilitatem: sicq; illæ uestes sunt merito & sine scrupulo uiles secundum regulam deputandæ & habendæ circa colore & præmium quæ à prædictis prælati tanquam tales iudicantur & conceduntur, quamvis aliæ aliis sint uiores, non enim stat in punto indiuisibili hæc utilitas ut dictu est, dum modo manifeste non sint prætiosæ. Nam si manifeste, constaret communiter esse prætiosæ uestes in prætio uel colore (secundum consuetudinem priuæ) tunc non est standum

dum eorum errore iudicio manifesto, quia hoc eis non conceditur: sed quod declarant & determinent de uilitate, ita tamen quod seruent in uestibus uilitatem ex regula inducum. Nam manifesto erori non est standum contra regulam: quod si esset dubium an uere sint uiles quæ à prælati censemur uiles, tunc eorum iudicio secure standum est: ut dicit Zabarella, ubi sup secundum Clemens. s. & ut latius i. cap. 10. q. 2. dicetur, quod in dubiis standum est iudicio prælatorum: Præsertim quia tandem circa hoc expressius Ioannes 22. in sua declaratione fol. 16. tract. 3. hoc com muni sit iudicio, arbitrio, & declarationi prædictiorum prælatorum: non solum quo ad uilitatem in colore & prætio, sed & quo ad longitudinem, latitudinem, formam & figuram, grossitatem, subtilitatem, &c. huiusmodi accidentia, spectantia ad habitu & uestes frarum: & quod fratres sic sequendo eorum iudicium humiliiter obediendo non possunt dici neq; æstimari regulæ, declarationum, uel constitutionum trægressores: sed quod omnino standum eorum iudicio, dicuntur uestes uiles, secundum regulam & declarationes habere, quodq; in talibus relucet uilitas, alperitas, & paupertas secundum statuta ordinis. Aliis subditis resistentes in prædictis quod incurruunt inobedientiam & alias graues poenas & censuras: ut in eadem declaratione Ioann. 22. latius habetur. Nam ut etiam resert Zabarella ubi sup. & Bar Pif. cap. 2. & specia liter ff. 10. ipse Ioann. & Benedictus 1. in bulla redemptor noster promulgarunt scientiam excommunicationis ipso facto, in fratres pertinaciter portantes, uel affirmantes alias difformes uel dissimiles uestes ab illis qui per prædictos prælatos quo ad prædicta fuerunt determinatae, si intra 15. dies postquam fuerunt per ministros requisiti, non destiterint à præfatis, iam autem habetur in statutis ordinis, & in consuetudine antiqua de forma & colore habitus exterioris. Et quod debet caputum esse consutum ipsi habitui professori, ut declaratū est in tab 9. Vic. g. ut habetur sup. q. 10. ¶ Quartum punctum est, quod prædictis non obstan. conceditur per regulam fratribus quod possint uestes suas repetiare de sacris & aliis petiis & humilitate & amore obiectionis & paupertatis & etiam ex necessitate: & talis uestis repetiata, potest portari regulariter etiam sine alia dispensatione. Quid autem intelligatur per (repetiare) & quomodo notandum quod potest, dupliciter in telligi

telligi: uno modo, ut idem sit repetiare, quod duplexes tunicas si bi inuicem unitas in modum deploydis portare, id quod Hispane dicitur en forrar: & hoc modo uidetur intelligere Bonauent. cap. 2. dicens in alia tunica sine caputio, intelligitur secundum statuta ordinis unica simplex uel repetiata nec debent plures haberi inferius à professis, præcipue nisi de superioris licentia, &c. hæc illæ. Vbi ex uerbis t. ( simplex uel repetiata ) quæ uidetur opposita, innuitur intentum, quodq; Bonauent. hoc solum de tunica interiori intellexit: Similiter Hugo. cap. 2. uidetur intelligere Ly. (repetiare) dicens, quod necessitatì consulitur quod duplibus seu mutatoriis relictis, &c. & sequitur paulo inferius, quod potest uetus tunica cum noua sine regulæ præiudicio per cōfuturam uniri, nec penulam in æstate diuiliam habens prohibetur, usq; ad frigoris necessitatē seruare, nisi per superiorem aliud ordinaretur, hæc ille. Et uidetur loqui non de tunica inferiori, sed de habitu exteriori, qui ad eos qui solum habitum sine alia tunica interiori porta bant antiquitus, ut sic magis conformatarentur regulæ & paupertati strictissimæ, & etiam formæ Euangelicæ, quo ad uocabulū de non portando duas tunicas: quia tales poterant portare habitum tantum, sed repetiatur modo supradicto, intus & foris circuque que, propter maiorem uilitatem: & quod sic portabat aliquando B. pater noster Franc. & quod sic innuitur & intelligitur testamentum B. patris Francisci, ubi dicitur quod eramus contenti una tunica intus & foris repetiata, & nolebamus plus habere. Aljo modo per Ly. (repetiare) intelligitur: id est, resartire quod Hispane dicitur (remendar) & huic consonat expressæ Bar. Pif. ca. 2. dicens, quod si contingat lacerari tunicas, nō statim est noua procuranda: Sed ipsa antiqua repetiari debet de fassis & aliis petiis, ut B. pater noster Franc. faciebat, hæc ille. Et expost. sine tit. quod licet contra honestatem & reverentiam aliorum religionum hoc esse uideatur, non tamen in nostra religione, ubi abundat paupertas, uilitas & abiectio uestium. Ideo conceditur quod possint repetiare uestimenta fratrum: huic etiam consonant ipsa uerba regulæ dicentes, repetiare & de aliis petiis: Si propriæ uerba accipiuntur. Et ratio uidetur huic suffragari, quia si primo modo intelligeretur repetiare, certe non video adeo necessaria dispensatio prælatorum ad plures tunicas simplices, ex quo possent plures

simul unitæ parari, & forte indecentius & sordidius. Nicol. au tem 3. & Clemens non concedunt plures, nisi ex dispensatione prælatorum. ut in 2. puncto habetur, ergo iste ultimus sensus ut detur melior, saluo meliori iudicio. An autem prælatus possit talis repetitionem primo modo uel secundo modo intellectum prohibere, & subditus teneatur obedire: credo quod sic: tu quia ista licentia sic est licentia regulæ subditis, quod non uidetur esse prohibitio prælatis oppositum præcipientibus, quia non est sicut alia concessiones, quæ per prælatos non possunt impediri, ut patet infra cap. 10. q. 2. tum etiam quia quæ ad formam & accidētia habitus standum est iudicio prælatorum, ut patet ex dictis supra in 3. puncto, tum etiam quia sic sentiunt Bonauent. & Hugo ubi sup. di. quod nisi per superiorem aliud ordinaretur, ergo. Sed an aliquando alicubi liceat stare seu dormire sine habitu, uide atur in summis, præsertim Silvestrina tit. habitus. q. 2. &c. & tit. excommunicatio. g. & excōi 24. & de capitegiis & huiusmodi sarcinulis, uideatur in 23. q. sequenti.

 Quo ad id, & qui necessitate coguntur possint portare calciamenta, &c.

 Q V A E S T I O X X I I I . Vtrum liceat portare calciamenta, soleas, sandalia, sculponeas, udones, caligas & alias huiusmodi sarcinulas? Respondeo per due puncta: quorum primum est, Portare calciamenta proprie sumpta est fratri min. sub præcepto prohibitum ex regula, & nisi ex rationabili dispensatione prælatorum portari non possunt.

Prima pars per declar. Clemens, s. ut sup. in glo. dictū est: quid autem hic intelligatur nomine calciamentorum prohibitorū, dic secundum 4. magistros, Hug. Bart. Pif. &c. expositores (ut etiā habetur in serena conscientia, q. 35.) quod calciamentum proprie dicitur cooperimentum pedum de corio factum. ideo omnia alia utpote caligis truncatae, soleæ, sandalia, sculponeæ seu alpargatae (ut Hispane dicitur) sotulares, calipodia, udones & huiusmodi, quæ dicuntur propriæ calciamenta, ut dicunt prædicti doct. & Bonauent. & speculum ff. 10. Portare autem calciamenta proprie dicta est consuetudinarie pedum operimenta de corio facta portare. Portatio enim usum dicit (ut ait Hugo 2. cap.) igitur portare

prædicta calcimenta proprie ut dictum est, est prohibitum nobis ex regula. Dicitur nisi ex rationabili dispensatione prælatorum, tunc enim bene possunt portari: prælati autem qui in hoc possunt bene dispensare, sunt min. cust. & guardiani, ut patet ex declaratione Clement. 5. art. 5. quod s. prædictorum iudicie committitur determinare pro qua necessitate possint fratres calcimenta portare, & etiam uicarii in absentia eorum, ut habetur in constit. Martini 5. cap. 2. possunt dispensare: quia & in absentia guardianorum habent auctoritatem, eis ex officio à Min. prouin. commissam, ut habetur in tab. 2. Vic. gen. & serena cōscientia, q. 36. Sed quia prædicta dispensatio debet esse rationabilis ut sit secura dispensanti & dispensato: & dicit regula & declaratio, quod solū ex necessitate cogente fiat, ideo notandum, quod ad cognoscendum quando est iussiens causa seu necessitas cogens ad calcimenta portandum dispensativè, non potest dari certa regula generalis: sed multipliciter potest attendi secundum 4. Magist. & Bar. Pif. cap. 2. & serena consc. q. 35. aliquando enim attenditur uera necessitas secundum statutum uel conditionem personæ, ut quia debilis uel infirma, aliquando secundum tempus, ut quia nimis friget & uehementer: aliquando secundum locum, ut quia nudis pedibus nequit sine detimento transmeari, aliquando secundum iter uel officium iniunctum, ut quia nō potest sine detrimento personæ uel causæ propter quam est iniunctum perfici. In quibus omnibus est notandum secundum Bonavent. cap. 2. & speculum ff. 10. quod ubi non cogit necessitas, ut in corpore robusto, uel in negotiis quæ & si modo non possint fieri nisi per debitum, possunt tamen differri ut postea fiat commode per fortē: non licet calciari, ex quo non est uera causa necessaria, de quo latius infra cap. 3. q. 3. in 1. puncto habetur, ibi uideatur. Similiter notandum (ut habetur in serena conscientia q. 35.) quod in necessitatibus supradictis quælibet illarum necessitatum non debet statim pro causa necessaria iudicari, sed frater debet experiri ante quæ calcimenta portet, ut sic sciat an sit uera necessitas. Simpliciter Petrus Ioann. & expos. sine tit. dicunt quod futurum discriminem non dum imminens non dicitur necessitas cogens, quæ requiritur secundum regulam, ut calcimenta dispensatiue portentur: quia dicuntur

citur, quod qui necessitate coguntur, possunt portare calciamen ta: ergo noui alias. Similiter & Vbertinus ( apud seren. conscienc. ubi sup. ) ait, quod non quælibet necessitas dispensat in portādis calcimentis, sed illa solūm quæ cogit, ut ait regula, quæ ex diuersis causis, ut dictum est, contingere potest. Non enim communis afflictio pedum ex frigore, uel superfluous tumor ne ex pedum nuditate quis infirmitatem incurrat signis de propinquuo nō apparetibus est causa necessario cogens & sufficiens ad portandum calcimenta, hæc ille. Sed quia prædicta necessitas non potest punctu aliter cognosci, sicut nec ipsa stat in punto indiuisibili, sed potius habet latitudinem: ita quod licet una est maior necessitas & magis cogens quam alia, utraq; tamen dici potest & esse sufficiens & cogens necessitas, ideo in hiis standum est secure iudicio prælatorum, facta ei uera relatione necessitatis, præsertim quando fuerit causa dubia, an sit necessitas sufficiens & cogens ad calcimenta, an non, ut patet infra cap. 10. q. 4. Præsertim quia Hugo cap. 2. dicit, quod melius est beneficium regulæ cum humilitate suscigere ( maxime si obedientia uel auctoritas prælati interueniat ) q̄ periculum ex superstitione incurrire: semper tamen studendū est ut indigentiam modestia comitetur & honestas. Cogens quippe necessitas dicitur, quam non prudentia carnis, sed rationabilis & urgens conciliat causa: ut quando impeditur officium, aut spirituale uel corporale rationabiliter seu probabiliter timetur dispendium, hæc ille. accedit ad hoc quod prælati nostri possunt dispendare in huiusmodi, etiam obligatoriis ex regula, non in præcipuis præceptis, quamvis non sit ualde urgens necessitas, ut de hiis latius cap. 10. q. 4. habetur. Et notetur pro aliquibus simplicibus, uel etiam temerariis, quod licet sit necessitas cogens ad portandum calcimenta requiritur auctoritatiua dispensatio prælati si potest commode haberi sine detimento, ut in materia de dispensationibus communiter agitur à doctoribus: de quo infra cap. 10. q. 4. etiam habetur & ex declar. Clement. 5. satis innuitur, ubi supra.

¶ Secundum punctum, omnia alia quæ non sunt proprie calcimenta supradicta, sed magis uel minus accedunt ad calcimenta, non possunt portari regulariter, nisi ex dispensatione maiori uel minori: præterquam uera sandalia, quæ sine ulla dispensatione be ne pos

sunt regulariter portari: quia nec prohibentur in regula. Probatur primo, quod uera sandalia possunt portari, patet: quia in regula non prohibentur, neque sunt calciamenta in regula prohibita & insuper sunt Apostolis concessa, Mar. 6. secundum communiter doct. nobis autem non prohibetur circa hoc, nisi id quod Apostolis, & non negatur quod illis circa hoc exceditur, ut sic Apostolico modo incedamus, ergo. Et hoc expresse & latius tenet Bonaventura cap. 2. & in quadam epistola quae incipit, talis lector, talis lectori. & Hugo & Bart. Pisanus & expos. sine tit. cap. 2. & speculum ff. 10. in quibus latius de hiis: & tandem concluditur ut dictum est, quod s. sandalia sunt quae possunt Euangelico more & modo Apostolico portari sine ulla alia dispensatione, neque ea portando diacono portare calciamenta: dummodo sint uerae sandalia. Sandalia autem uera sunt soleæ corrigiis desuper colligatae, sicut & antiquæ scripturæ & picturæ monstrant Apostolos talibus sandaliis calciatos, quicquid aliqui alii doct. dicant cum Græcis circa hoc.

Cætera autem alia à prædictis sandaliis, licet non sint propriæ calciamenta, non possunt portari sine dispositione aliqua maiori uel minori: secundum quod magis uel minus accedunt ad calciamenta, & secundum maiorem uel minorem causam seu necessitatem, ut supra dictum est (ut aiunt quatuor magist. & expos. sine tit. & habetur in querimoniis propositis in concilio Constantieni si ff. 164. & in speculo, ff. 10. & communiter doct.) unde soleæ quædam quae in aliquibus prouinciis portantur, non sic corrigiatæ desuper ut dictum est, sed de corio factæ, licet ex parte magna desuper truncatæ, non sunt uera sandalia, ut patet ex dictis. & ideo non nisi dispensatiue communiter portantur, in quibus portandis non est magna dispensatio, ex quo distant multum à sandaliis ueris.

Sotulares autem de corio cum uno paruo foramine seu apertura super digitos pedum, requirunt maiorem dispensationem & maiorem causam seu necessitatem ut portentur. Ex quo magis accedunt ad calciamenta proprie dicta, & serè sunt uera calciamenta seu sotulares, & sic communiter vocantur sicut & communiter portantur. Et quidem ridiculosum uidetur talia portare absq; necessitate.

sitate, nisi prout dispensatiue portarentur alii sotulares, seu alia calciamenta proprie dicta, ex quo sunt uera calciamenta: Illud autem eorum foramen seu apertura, potius uidetur facta ut exeat humores, quam ut regula uere seruetur, sed ut potius ridiculosæ seruari videatur, ut dictum est.

Sunt enim circa hoc aliæ abusiones, ut portare soleas, & intra ipsas aliud calciamentum subtilius de corio: quod potest dici calciamentum duplicatum: ideo non potest portari sine dispensatione maiori ex causa maiori ad id. Portare autem soleas cum udonibus, adhuc eget dispensatione (ut patet ex dictis) licet non ualde magna. Sed de sparteis siue sculponeis uel alpargatis, dicendum est, quod licet non possunt proprie dici calciamentum, ut patet ex dictis: tamen adhuc requiritur aliqua, licet minor dispensatio, & etiam expediens quod taliter disponerentur, quod pedes apparerent, sicut in sandaleis uel soleis ut aliquid paterentur, & ad imitationem patrum nostrorum. Nam in hoc est etiam alias abusus, quod s. in illis sculponeis, Hispanie alpargatis, ita pedes operiuntur udonibus & aliis petiis panni, quod non solùm apparent pedes, immo & magis sic conseruantur à frigore, & nil patiuntur propter Deum, quo ad hoc contra regulæ intentionem præceptorie iniunctam in non portandis calciamentis, ut patet ex declarationibus. Nunc autem is committit in legem qui uerbalegis amplectens contra legis nititur uoluntatem: & cum quid una uia prohibetur, ad id alia non admittitur (ut habetur in reg. iur.) præfertim quando idem est finaliter prohibitum ut ait Gerson in tractatu de contradicibus parte 2. propos. 15. alphab. 35. litera V. in 2. parte summae: ideo sine magna dispensatione non possunt talia portari: Deus enim non irridetur. Caligæ autem truncatæ illæ, s. quae non cooperiunt pedes, sed crura tantum & poplite usq; ad genua, etiam sine dispensatione aliquali, licet minori non portantur: & quidem propter honestatem uidetur quod deherent portari, quodque honestas est causa sufficiens ad talia dispensatiue portandum, etiam si sit dispensatio generalis seu implicita: ad caligas autem de panno uel de lintheo, maiores etiam femora circundantes, requiritur maiuscula dispensatio, & eo maior, maior que necessitas, quo maiores & delicatores caligæ portantur.

In quibus omnibus, uncio pariter & prudens & charitatiua simplicitas docet. Capitelia autem & reliquæ huiusmodi sarcinulae aliquantulam, licet ualde modicā dispensationem exigunt (quod autem parum est, pro nihilo reputatur, maxime in praticis & moralibus). Calipodia tandem de ligno facta, uidentur quod sine ultra dispensatione bene possunt, sicut & sandalia portari: concordant cum plerisq; supradictis, speculum fratum min. ff. 10.

## De Diuino officio & ieiunio, & quomodo fratres ire debent per mundum.



**T**extus.  
Equipol.

Lericci faciant diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo habere poterunt breuiaria Laici verò dicat viginti quatuor Pater noster pro Matutino, pro Laudibus quinq;, pro Prima Tertia Sexta Nona, pro qualibet istarum septem. pro Vesperis autem

decim: pro Completorio, septem: & orent pro defunctis. Et iejuuent à festo Omnitum sanctorum, usq; ad natuitatem Domini. Sanctam uero quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania usq; ad continues quadraginta dies (quam Dominus sancto ieiunio consecravit) qui uoluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino, & qui nolunt, non sint astricti: Sed aliam usq; ad Resurrecti onem Domini ieiunent. Aliis autem temporibus teneantur, nisi sexta feria ieiunare. Tempore uero manifestæ necessitatis non te neantur fratres ieiunio corporali. Cōsulo uero moneo & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, ut quando uadunt per mundum, non litigent, neq; contendant uerbis, nec alios iudicēt: sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles, honeste loquentes, omnibus sicut decet. Et non debeat equitare, nisi manifesta necessitate uel infirmitate cogantur. In quacunq; domū intrauerint, primum dicant, Pax huic domui. Et secundum sanctum Euangelium de omnibus cibis qui apponuntur eis, liceat manducare.



N hoc primo agitur de tribus. Primo de Diuino officio, & quo ad hoc est unum obligatorium ex ui regulæ æquipollens præcepto secundum Clementem, ut habetur sup. 1. cap. q. 1. quod s. clericci faciant officium Diuinum secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ, & layci dicant tot Pater noster.

Glos.

¶ Secundo agitur de ieiunio, & quo ad hoc est aliud æquipollens, secundum Clemens, ubi sup. quod s. ieiunent à festo Omnitum sanctorum usq; ad natuitatem Domini, & qualibet sexta feria totius anni.

¶ Tertio agitur de modo eundem per mundum, & quo ad hoc est tertium æquipollens præcepto secundum Clementem, ubi supra, quod s. non debeant equitare nisi manifesta necessitate, uel infirmitate cogantur: & sic in hoc 3. cap. sunt tria obligatoria æquipollentia præceptis, reliqua sunt consilia & monitiones de quibus sup. 1. cap. q. 2. habetur.

¶ Notandum etiam quod illud (clericis, diuini. offi.) sumitur ex Math. 4. Dominum Deum tuum adorabis. Et illud (& ieiunet à festo

ā festo Omnium sanctorum ) ex Math. 4. exemplo Christi, & ex Math. 17. Hoc genus dæmoniorum non elicetur nisi in oratione & ieun. & illud, Tempore manifestæ necessitatis non tene. ieuinio corporali, &c. ex Math. 12. ubi discipuli confricantes spicas manducabant sabbato, quod alias non nisi in necessitate licebat. Reliqua patent ex Euangelio. Ad quorum omnium maiorem declarationem ponuntur tres questiones sequentes.

**Q**uo ad id, Clerici faciāt Diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanae ecclesiæ, &c. laici vero dicant &c.

**R I M A Q V AE S T I O .** Vtrum fratres min. teneantur dicere officium Diuinum secundum ordinem Romanæ ecclesiæ, & quomodo, & similiter laici ad sua pater noster?

Respondeo per sex puncta: Quorum primum est, Clerici professi omnes tenentur sub præcepto dicere Diuinum officium, & secundum ordinem Romanæ ecclesiæ, nisi necessitas aut dispensatio rationabilis omnino uel ex parte excusat. Primum patet, quia ex regula omnes obligantur, ut dictum est. Secundum etiā quod si necessitas excusat, utpote infirmitas & huiusmodi, patet quia necessitas uera non ficta caret lege. De quo uideatur in summis tit. hora Canonic. & ad hoc etiam sunt multæ concessiones factæ ad securitatem conscientiarum: de quibus latius in compendio priuil. tit. Officium Diuinum, ibi uideatur. quod etiā dispensatio rationabilis excusat, patet: quia similiter excusat in aliis uotis & præceptis humanis, de quo latius inf. cap. 10. q. 4. Et præcipue dispensationibus circa officium Diuinum, uideatur in compendio ubi sup. Notandum tamen primo, quod id quod dicitur ( secundum ordinem sanctæ Romanae ecclesiæ ) intelligitur tam quoad Breuiarum, nocturnum seu horarum, tam in communione uel in choro, quam in particulari, etiam extra chorum recitando: in quo omnes doct. concordant, q̄ etiam quo ad Breuiarium diurnum, quod est missale, & id duntaxat quando in communione dicitur

dicitur seu celebratur missa communitatis seu conuentualis, quia tunc tantum tenemur ad missale secundū ordinem Rom. non autem quando in particulari celebratur missa: ut hoc ait expos. siue tit. cap. 3. quamuis Hug. Bart. Pif. cap. 3. oppositum dicat, quod si. etiam in particulari tenemur ad missale Romanum, ex quo regula dicit pluraliter ( ex quo habere poterunt breuiaria ) si. horarum & missarum. Sed ut dictum est, eorum dictum nihil ualeat, neque eorum ratio. Nam Ly. breuiaria, non ideo pluraliter ponitur ut significant diuersitatem specificam breuiariorum quo ad horas & quo ad missas, sed solū significant pluralitatem numeralem, secundum numerum fratrum uel conuentuum, ad sensum propriæ dicendum in 2. puncto declarando: quomodo intelligitur Ly (ex quo habere po. breuiaria) maxime etiam, quia 4. magistri cap. 3 de hoc non sunt ausi determinare, sed potius dubitando uidentur talem sensum non probare, & quidem neq; ratio uocabuli communiter & propriæ sumpti, habet quod per breuiarium intelligatur missale. Ideo stādum est cōsuetudini, quæ est optima interpres legum, dum interim aliud certius non constat: consuetudo autem uidetur habere & interpretari, sicut supra dictum est, secundū expos. sine tit. ergo.

Notandum etiam secundo, quod tunc dicitur officium Diuinum secundum ordinem Romanum, quando dicitur sicut in breuiario Roman. habetur in Kalendario, & in rubricis eius, ut ait Bar. Pif. & expos. sanctorum patrum 3. cap. & serena conscienc. q. 38

Notandum tertio, quod dicitur, excepto psalterio, si. Roman. quia ecclesia Romana non utitur psalter. quod dicitur psalterium Romanum. Sed utitur alia translatione psalterii, si. gallicani, seu secundum 70. interpretes per Hieronymum emendati, ut ait Bonaventura cap. 2. & potest latius uideri de translationibus psalterii in prologo Hieronymi, super ps. & in glos. Britonis ibidem, & in Iacobo Valentino, & Fabro Stapulen. & aliis expositoribus, super psal. Hoc autem psalterium quo est utendum secundum regulam, quo etiam utitur ecclesia Rom. iam communiter habetur in breuiariis, ideo de hoc nullus sollicitetur. Ex quibus omnibus patet secundum Hugo. & Bar. Pif. 3. cap. & speculum ff. 15. quod si Papa recitaret de aliquo sancto qui non esset in ordinatione Rom. uel non secundum rubricas breuiarii Rom. non tene-

rentur fratres facere de illo nisi ipse Papa mandauerit: neque tenetur ad Cardinalium officium. Neq; etiam si forte aliquas uariationes ipse Papa, qui est supra ordinem & statuta Rom. officii, prout uoluerit ordinauerit uel fecerit, nisi sic ordinet in ecclesia Rom. faciendum, unde ( aiunt ) quod peccant grauiter, scienter celebrat<sup>es</sup> alias festiuitates, aut alio modo quam sint in kalendario, aut de quibus non dicit rubrica breuiarii Rom. Similiter peccant ii, qui in officio Diuino faciunt aliquas singularitates & uarietates, etiam præceptu deuotionis, stultæ & superstitiones, nunc in litera, nunc in cantu, nunc ratione feli uel consuetudinis, & huiusmodi: & peccant magis uel minus secundum quod magis uel minus uariant, quia si notabiliter in prædictis uariantes excedant, mortali- ter peccabunt contra regulæ præceptum, ut aiunt prædicti doct. præfertim Hug. & Bart. Pif.

Imo & prædicti docto. & 4. magistri cap. 3. dicunt, quod etiam per priuilegia impetrata, non est securum mutare officium Diuinum, secundum ordinem Romanæ ecclesiæ, nisi constiterit sufficierent quodam sit mutatum, ita quod si iam ecclesia Rom. cōiter aliter utatur, secundum aliud ordinarium seu ordinem cōiter in ecclesia Rom. usitatum, ex quo per uotū se fratres ordini Rom. ecclesiæ, & non aliis usibus seu ordinariis se astrinxerunt in regulæ professione. Ideo in hiis & aliis huiusmodi non excusat priuilegium uel dispensatio, nisi sit causa rationabilis, & sufficiens ad tam dispensationem, ut patebit ex dicendis infra cap. 1 o. q. 4. &c

Ideo qui utuntur quibusdam breuiariis aliter dispositis uirtute quorundam priuilegiorum, seu bullarum, uideant si satis consulunt suæ saluti, utendo talibus dispensationibus sine causa sufficiete, quamvis alii qui ex uoto non tenentur, ut nos fratres Min. posint licite talibus priuilegiis circa hoc uti: sed si Papa non solū dispensaret, sed insuper præciperebat, quod sic secundum illa alia breuiaria, seu secundum alium ordinem recitaremus, tunc eius mandato esset standum, ut dicunt Hug. & Bart. Pif. ubi supr. ideo ex hoc uidetur quod circa hoc bene ualeat Papa dispensatio in quo posset præcipere, quia hoc est regulare in omnibus secundū com- muniter doct. ut infra cap. 1 o. 9 4. habetur.

Notandum etiam circa hoc quod Papa commisit cap. genera- li disponere circa hæc, ut habetur in tab. cap. genera, ibi uideatur & in

& in compendio tit. officium Diuinum.

¶ Secundum punctum est, quod Ly. ( ex quo habere poterunt breui.) dupliciter exponitur. Vno modo, ex quo s. officio Diui. secundum ordinem ecclesiæ Romanæ habere poterunt breuiaria ut sic innuitur quod usus breuiarii Romani conceditur ex regula non solū in cōmuni, sed in particulari omnibus fratribus: Nam alios libros, & utensilia, non nisi in cōmuni uolebat B. pater Franciscus haberet à fratribus, ut innuitur in prima regula cap. 3. Et hūc sensum sequitur Bonavent. & expos. sine tit. Alio modo exponitur ( ex quo s. tempore seu postq; habere poterunt breuiarium) ut expresse dicunt quatuor magistri & Bart. Pif. cap. 3. Ad hunc sensum quod s. ad ordinarium Rom. non teneantur, nisi quando habere poterūt brevia. Rom. tūc enim erat raritas librorū & pauperas fratrū nō oībus sufficiebat habere pro singulis sua breuiaria Ro. Et huic sententiæ suffragatur Petrus Ioā. in fere. cōscientia q. 3 8° dicēs, quod si clerici non possunt habere breuiariū Ro. tenentur dicere aliud officiū, si interim alterius breuiarii habeant copiā hæc ibi. Et cōcordat Hug. cap. tertio, & iste secundus sensus uideatur magis ad intentionem regulæ, & magis proprius ad literam & sensum grāmaticalem, ut patet scienti, & intuenti. Imo & uidetur includere priūm sensum.

¶ Tertium punctum est, quod de ordinario Romanæ ecclesiæ est quod Diuinum officium dicatur in choro & quod psallatur secundum cantum Roman. & tractim, attente, reuerenter, deuote, sine risu dissoluto, sine giro uago, sine fractione uocis: simul cantare quæ cantanda sunt & simul pausare & perseverare in prædictis in rege usq; ad finem, nisi in aliquo prædictorum aliqui legitime impedianter, ut hoc pater, & habetur in constitu. Benedicti 1 o. & in Clement. i. de celebr. missarum & in constitutione generali ordinis, ubi supra: & in summis titulo hora Canonica, & titulo mis sa. Et ex consequenti dicunt communiter doctores nostræ regulæ, quod tenemur ad prædicta seruandum ex hoc præcepto regulæ, non quidem tenemur prædicta omnia seruare sub præcepto, ita quod transgressio cuiuscq; prædictorum sit mortalis & contra regulam: sed quod tenemur omnia seruare sub eo modo quo ecclesia ipsa statuit.

Alia quidem sub præcepto, alia autem sub monitione uel statuto ecclesiastico: alia autem sub præcepto uel consilio iuris Diuini uel naturalis, sicut sup. i cap. q. 1. dictum est, quomodo intelligitur quando quis uouet seu promittat seruare Euangelium, scilicet eo modo quo in Evangelio continentur, aliqua sub præcepto, aliqua sub consilio: sic in proposito debent intelligi, quod ex uero præcepto regulæ quo tenemur nos conformare ordini Rom. ecclesiæ, tenemur dicere officium Diuinum modo supradicto prout ab ecclesia ordinatur, quod dicatur in choro, &c. & eo modo quo ecclesia statuit aliquando sub præcepto, aliquando autem sub monitione &c. ut dictum est. An autem transgressio, scilicet duplicitis malitiæ, scilicet contra ecclesiasticum præceptum & contra regulam, uideatur de hoc latius infra cap. 10. q. 3. ibi de hiis agitur. Quomodo autem singulæ conditiones supradictæ intelligantur, & quæ obligent sub præcepto ex uero statutis ecclesiæ, uel ex iure Diuino & naturali, quæ non & quomodo, latius uideatur in summistis, ubi sup. quia id est commune: in quibus etiam sunt multæ difficultates & opiniones: & ideo caute uideantur. & in seren conscienc. q. 39. 40. &c. & in expos. prædictis. Hugo, Bar. Pif. & speculum ff. 15. &c. quia hic propter breuitatem omititur: sunt enim prolixa & de iure communis sumpta sunt. Videantur etiam circa prædicta multa priuilegia & alia statuta in compen. tit. officium Diuinum, & in remissionibus ibidem contentis.

¶ Quartum punctum, circa officium laicorum, quod dicant sua Pater noster, ut in regula taxatur, nulla est difficultas. An autem simul teneantur dicere tot Ave Maria, dic quod regula id non exprimit, neque declaratio Pontificalis. & credo quod ex regula non teneantur, sed ex consuetudine uidentur aliqualiter obligari: ideo speculum ff. 3. numerans æquipollentia, dixit quod layci tenentur dicere tot Pater noster & Ave Maria, sed hoc meliori iudicio relinquatur. Hoc autem tam breue officium ideo laicis imponitur (secundum expos. sine tit. cap. 3.) ut sic mentali orationi secundum libertatem spiritus, B. pater noster Franciscus doceret eos amplius exercendos, & opere manuali occupandos: & cum hoc ult. concordat Bart. Pif. & seren. conscienc. q. 43. di. quod ideo regula imposuit laicis tam breue officium, utpote clericorum serui tuis deputatis. Et quoniam uis alioqui dicant, quod laicis nil imponitur.

nitur obligatorie per regulam, ut recitent ex quo Clemens. 5. ubi sup. nil dixit de officio laicorum, sed de Diuino officio clericorum & de regula non imponit uerbum (teneatur) neque aliud per quod constet esse obligatorium laicis: tamen quia iam sic à principio ordinis estimatur communiter, & consuetudo optima interpres legum, sicut habet pro obligatorio: Ideo tenendum est esse obligatorium laicis dicere tot Pater noster, ut dictum est: maxime quia auctoritate Apostolica sic declarauit reuerendissim. pater F. Franciscus de Angel. Min. g. ordinis in quadam sua epistola ad partes Hispaniarum missa, anno Domini 1523. nam non omnia expressit Clem. 5. quæ in æquipollentibus continebantur, ut infra in 5. punto etiam latius habetur, & inf. 6. cap. q. 19. de seruiendo infirmis &c. & cap. 7. q. 3. & cap. 10.

¶ Quintum punctum est, circa illud quod dicitur in regula (& orent pro defunctis) communiter dicunt expos. regulæ, ubi sup. Bart. Pif. Seren. conscienc. quod hoc non dicitur nisi ipsis laicis, quibus sub eodem contextu regula imponit tot pater noster supradicta, & consequenter ipsis insuper ponit quod orent pro defunctis: Nam clericis iam imposuerat quod oraret pro defunctis eo modo quo in rubricis breuiarii Rom. habetur, eo ipso quo ipsis imposuit quod dicerent officium Diuinum secundum ordinem Rom. ideo hic de laicis specialiter agit sub eodem contextu cum præcedentibus solos laicos attinentibus: & cum prædictis consonat 1. regula B patris nostri Franc. cap. 3. unde patet eis intentione in prædictis uerbis, ut dictum est. Quid autem & quomodo debeant prædicti laici orare pro defunctis ex regula, dico quod nil habetur determinatum circa hoc, ideo relinquitur determinationi prælatorum uel statutorum generalium & prouincialium, uel consuetudini, uel ubi hæc deficerent relinquitur uoluntati ipsorum laicorum ut aliquid specialiter pro defunctis quolibet die recitant, & in prima regula cap. 8. dicebatur, quod septem pater noster pro defunctis, quod uidetur expediens, non tamen necessarium. Denique super omnia consuetudini stet, & eo modo quo consuetudo habet obseruetur circa hæc in quibus nil determinatum ex regula uel declarationibus habetur. Clerici autem non teneantur ex regula ad aliud, quam in breuiario Rom. habetur in eius rubricis pro defunctis orare. Si qua autem alia ei imponuntur

tur per prælatos, uel statuta non tenentur, nisi prout ad alia præcepta uel statuta prælatorum seu ordinis, seu ad specialiter satisfaciendum defunctis benefactoribus, pro debito seu particulari, & ante totius ordinis uel familiae, ut sunt quatuor officia generalia in anno, & officia & missæ singularium hebdomadarum pro defunctis, & huiusmodi.

**¶ Sextum punctum,** Ad officium de Domina nostra tenentur clerici ex regula secundum quod in rubricis breuiarii Rom. habetur suo loco, & eo modo quo ibi ordinatur, ut patet ex dictis, quamvis quo ad clericos seculares aliquatenus aliud dicendum sit, secundum Ioann. de Imola, in Clement. de celebratione miss. & Guillelm. & Abb. in cap. presbyter de celeb. miss. ut de hoc potest latius uideri in summis tit. hora Canonica, &c.

**¶ Quo ad id (& ieiunetur a festo omnium sanctorum.**

**V AE S T I O I I .** Quaritur, quibus temporibus & quomodo teneantur fratres ex regula ieiunare?

**¶ Respondeo** per sex puncta, quorum primum est. Omnes professi tenentur ex ieiunio obligatorie ieiunare, a festo omnium sanctorum usque ad nativitatem domini & omnibus sextis seriis totius anni, patet ex declarat. Clement. s. quod hoc est æquipollens præcepto, ut dictum est: ergo omnes professi etiam si non attingat uigesimum annum, tenentur ex uoto speciali: quamvis alias de iure coi non tenerentur ad illa ieiunia, neque ad quadragesimam secundum coiter doct. (ut dicetur infra in 2. & 3. punctis latius) ubi notandum, quod tale ieiuniuム a festo Omnium sanctorum usque ad Nativitatem intelligitur conclusiuム, ita scilicet quod ipso die Omnium sanctorum non est ieiunadum, neque ipso die Nativitatis Domini, nisi ueniant in 6. feria, tunc enim ratione 6. feriae quam ex uoto ieiunare tenemur sine exceptione debet ieiunari etiam dies Natalis Domini, quamvis alii Cristiani comedant tunc carnes, Ut coiter dicunt expos. reg. ut Hug. 3. cap. & Silvest. tit. ieiunium q. 10. tit. uotum secundum ius coe, de obse. iei. ca. finali, coiter doct. canonistas. &c.

**¶ Tertium punctum.** Probabilius uidetur quod etiam ex regula tenentur

tenentur, omnes professi ieiunare quadragesimam, quamvis id alii qualiter videatur dubium, probatur quod sit probabilis. Nam Clemens s. in sua declarat. art. 2. postquam ex specificauit illa 12. æquipollentia, subiunxit quod ubicumque in regula ponitur hoc uerbum, teneantur, habet uin præcepti ex regula. Sed in hoc 3. cap. regula ponit Ly. ( teneantur ) loquens de quadragesima, ubi sic dicit, aliis autem temporibus s. aliis à supradictis, non teneantur nisi 6. feria ieiunare, ergo ad alia quae dicta ibi in regula & expressa sunt sine exceptione & limitatione, tenentur ex ieiunio regulæ. quorum unum est quadragesima de qua proxime ibi dixerat expressè & absolutè, ( sed aliam usque ad resurrectionem Domini ieiunent ) q.d. licet non obligentur ex regula ieiunare 4. dies post Epiphaniam illi quando nolunt, tamen teneantur ex regula ieiunare quadragesimam usque ad Resurrectionem sicut alii omnes Christiani. & probatur quod iste sit sensus huius passus regulæ, & summi liter probatur 2. principale intentum. Nam Clemens s. art. 5. expresse sic ait, deinde cum duobus temporibus annotatis in regula s. à festo Omnium sanctorum usque ad nativitatem Domini, & maxime quadragesimæ in quibus fratres ieiunare tenentur &c. ubi innuitur quod ex regula tenemur ieiunare istis temporibus ibi in regula simul annotatis, tamquam obligatoriis. Item patet idem expressius in constit. g. Farinerii abto. Bonauët. compactis uel approbatis, & constitut. g. Barchinon. & Burgen. cap. 4. ubi sic dicitur. Cum secundum regulam fratres duas quadragesimas ieiunare teneantur, &c. Item hoc idem ait expresse frater Gundisaluuus in suo tractatu. fo. 99. & expoitoressine tit. cap. 3. & Bonauen tura cap. tertio, & Hugo cap. tertio, & communiter sancti patres & docto. ordinis sic ab initio hucusque intellexerunt ante & post declarat. Nicolai 3. & Clemen. s. & ideo sic uidetur probabilius sentire cum communimodo intelligendi. Et sic tenendo hunc sensum seu scientiam, dicendum est, quod omnes professi etiam non attin gentes 19. uel 20. annum, tenentur integre ieiunare totam quadragesimam, sicut & à festo Omnium sanctorum dictum est.

**¶ Sed hiis non obstantibus dictum est, quod adhuc potest dubitari, an quadragesima sit ex ieiunio nostri necessario ieiunanda, tum quia declarat. Clemen. quintus articulo quinto ubi supra non uidetur, omnino aperte concludere solum enim ex ibi dictis conclu**

concluditur aperte quod tenemur ieiunare illis temporibus contentis in regula, non tamen cōcluditur quod tenemur specialiter ex uirginali in omnibus illis temporibus ieiunare, sed solum in illis à festo Omnium sanctorum in 6. fer. de quibus specialiter in primo pūcto dictum est. Multa enim continentur obligatoria in regula, non tamen ex uirginali, ergo, tum etiam quia Clem. §. in art. 2. ubi ex specificabat æquipollentia, loquendo specialiter de ieiunio à festo Omnium sanctorum usq; ad Nativitatem, & de 6. feria, quod ex regula tenemur ieiunare, nil omnino de quadragesima loquitus est: ergo propter prædicta uidetur dubium, q; uis speculum ff. 13. magis declinet ad hoc ultimum, quod si. non est ieiunanda obligatoriè ex regula: & aliqui alii forte idem teneant, & per consequens hoc timentes, habent concedere sicut & concedunt manifeste, quod profesi non attingentes 21. annum ætatis, non tenentur ieiunare totam quadragesimam, ex quo ex uoto non tenentur ad eam præ aliis Christianis, sed solum tenentur ex parte ex ieiunare, sicut tenerentur obligatorie si essent in seculo, ut de hoc inf. in 3. pūct. dicetur, quāmuis ex condescensione debent eam ieiunare omnino propter statum perfectionis in quo sunt. Sed ut dixi, probabilius est tenere primu m, quod si. tenentur omnes ex uirginali eam ieiunare: tum quia licet non aperte, tamen tacite id uidetur regula innuere, & Clemens. §. ubi sup. art. 5. qui licet in art. 2. non satis explicuerit, sufficit quod in art. 5. id magis explicuerit: sicut & de Diuino officio laicorum dictum est sup. q. 1. quod licet Clemens. §. non explicuerit art. 1: neq; alibi, tamen habetur pro explicato ab eodem. Immo & in prædicto art. 1. Clement. §. plura æquipollentia ibi non omnino explicat, sed solum leuiter tangit, propter breuitatem: uolens quod plene subintelligantur alia quæ in regula habentur, quo ad ea quæ ibi tangit, ut facile patet discurrenti per singula: ut infra cap. 10. q. 5. habetur de ministris, & ut inf. 6. cap. q. 19. de seruiendo infirmis, sicut uellemus nobis seruir, & cap. 7. q. 3. quia rationes & textus regulæ & declaratio Clemens. §. magis uidentur facere ad hoc: Similiter & expressius id habetur in statu. g. & sanctis expositoribus, & communiter sic habetur. ideo teneatur tanq; probabilius, & uerius, quod ex uirginali est quadragesima necessario ieiunanda ab omnibus profesiis, ut supra dictum est

est, & notandum quod saltem in particulari iam non est necesse, quod ieiunetur à quinquagesima, quāmuis sit decens, nisi consuetudo haberet obligatoriè oppositum uel scandalum, & iam est consuetudo, quod in cōitate ieiunetur à quinquagesima, ut pater in summistis tit. ieiunium.

¶ Tertium pūctum, ad ieiunandum in aliis temporibus iniūctis per ecclesiam, utpote in uigiliis, & quatuor temporibus fratres teneantur sicut & alii Christiani & nō amplius. 1. patet ex decla. Cle. §. art. 5. quod non amplius teneantur, nisi solum ex ui præcepti ecclesiæ seu statuto ecclesiæ: neq; alio modo, quām alii Christiani eiusdem ætatis, patet: quia non obligamur ad talia ex uoto, uel regula specialiter ( ibi alius autem temporibus non teneantur, si ex regula specialiter ) ieiunare, quo solum manet oblig. ecclesiæ Ideo qui non attingunt 21. annū non tenentur integre omnia hæc ieiunare, sed sicut alii Christiani ex parte, quia iura tales nō aliter obligant, de quo si. qua ætate quis teneatur ieiunare uigilias & 4. tempora anni, & quaæ ætas excusat ab eis ieiunandis, ex iure ecclesiastico uideatur in summistis, tit. ieiunium, hoc enim est iuris communis non obscuri, ex decencia tamen debet profesi hæc omnia integre ieiunare, ut dictum est in 2. pūcto, secundū tenentes quod quadragesima solum est ieiunanda, ex præcepto ecclesiæ.

¶ Quartum pūctum, ieiunia regulæ debent fieri in cibis quadragesimalibus, secundum statuta g. ordinis & cōiter expos. cap. 3. quadragesimales autem cibi, sunt illi in quibus secundum ius Canonicum ieiunatur in diebus ieiunii ecclesiastici, cōsiderato more ecclesiæ, uel dictis seu regionis, maxime religiosorum consuetudine approbata talis religionis, in qua morantur fratres, ut aiunt quatuor magistri & Hug. &c. exposidores cap. 3. De quo latius in summistis tit. ieiunium. In quo notandum, quod Eugenius 4. fol. 18. ff. 112. concessit cap. g. facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis & prouinciis fratres debeant ieiunia regulæ in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant patrum consuetudinem imitare, uel aliter se habere, forma autem ecclesiæ in ieiunio ( ut simplices eam breuiter sciant ) est ut ieiunantes de tructo prandio cena contenti à Carnibus animalium & ab omnibus qui ab eis trahunt originem fermentinam, utpote à lacticiniis, lacte, caseo, ouis, & huiusmodi abstineant, sed de ouis & lacticiniis

hiis pro aliquo tempore consuetudo uariat regionum ecclesiarum approbata, ut ait Hug. 3. cap. & latius de hiis summistis: Similiter quomodo liceat facere collationem breuem secundum consuetudinem regionis, & praecepit religiosorum talis familie approbatam non secundum abusiones aliorum, uideatur ubi sup. apud docto. quia hoc pertinet ad ius commune.

¶ V. punctum ( tempore necessitatis manifestae fratres non tenentur ieunare) nec ieunia regulae, nec ecclesiae: haec autem necessitas potest esse multiplex secundum magistros, Hug. & expos. in 3. ca. s. uel ratione aetatis, infirmitatis, debilitatis, uel laboris ineuitabilis, quando s. talis labor esset necessarius per quem quis cogere retur soluere ieunium: ita quod aliter commode ut oportet perfici non posset (ut ait Bonauent.) uel ut etiam ait Bart. Pis. Necesitas aliquando contingere potest propter defectum sufficientis uitatus & sustentationis necessariae, de quo etiam latius habetur infra cap. 3. sequenti in 1. pucto ibi uideatur, quod cauenda est causa quae rationabiliter inducit necessitatem. Quae necessitas tunc dicitur manifesta cum indigentia uel discreto cuique intueta, & maxime praetato dubia non existit, & talis necessitas, ut dictum est, excusat a ieunio: quod si non sit necessitas tam urgens & manifesta, tunc non sufficit ad soluendum ieunia regulae sine dispensatione rationabilis praelatorum, ut infra cap. 10. q. 4. habetur. Ad soluendum etiam ieunia ecclesiae, requiritur necessitas uel utilitas seu causa rationabilis, ut de hiis omnibus latius apud summistas, tit. ieunium habetur, ibi uideatur. Vide etiam quo ad hoc aliqua priuilegia tangentia nos, & nostros familiares, & alias dispensationes in hoc ut latius habetur in compendio priu. tit. ieunium.

¶ Sextum punctum, quo ad ieunium Epiphaniæ, dic quod relinquitur uoluntati subditorum sub consilio: Ideo non debet subditio imponi nolenti sine causa ad id sufficiente, sed subditus tenetur acceptare tale preceptum, si ex causa ei imponatur, uel ex culpa sua, &c. licet generaliter hoc non possit omnibus imponi, ut habetur infra cap. 10. quæst. 2. Multa enim sunt ad quæ homo non tenetur simpliciter aut regulariter, bene tamen ex causa seu culpa ut latius Gerson in regulis moralibus in 2. parte summae. Similiter non debet prohiberi uolenti tale ieunium Epiphaniæ, nisi ut dictum est, ex causa sufficiente prohibeat: quando autem est causa

causa sufficiens ad prohibendum uel ad imponendum tale ieunium alicui, prælatorum est, non subditorum, iudicare. Ideo periculum est subditis in hiis proprium sensum temere uel pertinaciter sequi contra prohibiciones uel præcepta superiorum. Similiter uitium singularis relaxationis & scandali, etiam si quis nolet ieunare tota communitate ieunante, uel abstinentem a carnis, uel a coenis, tali tempore, ut ait Hug. 3. cap. cum predictis omnibus concordans. De quibus omnibus latius infra cap. 10. q. 2. q. 5. &c. Et notandum secundum Hug. cap. 3. quod tale ieunium est epiphaniæ potest in carnis fieri (modo dicatur propriæ ieunium modo non, sed potius abstinentia) quia nullum in gratuitis bonum contemnendum est, & statutum generale est ad hoc.

 Quo ad id, & non debeant equitare, &c. & id in quacunq; do. intra &c. loquentes omnibus sicut decet, & de oibus cibis.

 Q V A E S T I O III. Quæritur quomodo liceat uel non liceat fratribus equitare, loqui sicut decet, & comedere de omnibus cibis qui apponuntur eis?

¶ Respondeo per tria puncta: quorum primum est, Fratres ex regulæ obligantur non equitare, nisi in necessitate uel infirmitate Probatum primum, quia sic declarauit Clem. 5. hoc esse obligatorium ex regula, quod si fratres non debeant equitare, &c. pro equitare autem intelligitur generaliter pro eo quod est utili uestitione cuiuslibet animalis seu curris: ita quod non possumus equitare neque bigare, aut quadrigare, &c. huiutmodi. Sed solum pedestres iter agere, sicut dominus Iesus quando lassus ex itinere peditando, uenit ad puteum, Ioan. 4. h. t. cum prædictis omnibus expresse concordant 4. magist. Bonauen. cap. 3. serena conscienc. q. 4. 5. & in confit. antiquis Farinerii. & Martini 5. idem sic declaratum habetur. Dictum est nisi manifesta necessitate uel infirmitate cogantur tunc s. ex taline necessitate uel infirmitate, bene licium est equitare, etiam sine ulla alia dispensatione si sit necessitas cogens & manifesta, & infirmitas ad equitandum, quia necessitas ad equitandum,

sicut & ad calciandum non est semper strictissima, sed habet suam latitudinem, alias requiritur dispensatio maior uel minor, secundum maiorem uel minorem causam seu necessitatem ut dictum est sup. q. 2. præcedenti de ieiunio, & etiam latius supra cap. 2. q. 23. de calciamentis, ibi uideatur & applicetur huc ut oportet.

Sed notandum, quod necessitas uera & sufficiens ad equitandum attenditur multipliciter, s. uel ratione itineris: utpote quia proximum seu longum, uel quia est impeditum aquis, luto, viuibus, & huiusmodi: uel ratione negotii conuenientis seu opportuni urgētis, ita quod commode fieri aut differri non potest, nisi equitādo aut nisi per eum qui non nisi equitando potest illud expedire: aut ratione infirmitatis uel debilitatis personæ propter quam non potest quis sine magno detrimento pedestre ambulare. Et cum his concord. expresse Bonavent. cap. 3. & expos. sine tit. & ser. conscientia q. 45. & faciunt ad hoc supradicta cap. 2. q. 23. &c. de calciamentis. Et notandum, quod si causæ inducentes prædictas necessitates etiam urgentes & manifestas ad equitandum nō sunt rationabiles, commoda seu necessariae seu expedientes: tunc licet adsint prædictæ necessitates personæ uel itineris, non sufficiunt ad licite equitandum, tunc enim uoluntarie quis seponeret in taline cessitate sine causa rationabili. & per consequens ipsa necessitas inde sequens est uoluntaria, dum causa eius nō est expediens, sed manet adhuc uoluntaria: quia sicut qui uoluntariè & culpabiliter ignorat, talis ignorantia non excusat, sed est culpabilis pro toto tempore pro quo manet libera uoluntas ignorandi: quia est culpabilis, sicut & est libera, saltem in sua causa dū talis causa est, seu manet adhuc culpabilis & in nostra potestate, ut communiter dicunt docto. in materia de ignorantia. sicut etiam is qui ex sua uoluntate culpabiliter necessitatur ad aliud peccatum, utpote qui ex uolitione efficaci alicuius finis necessitatur ad persequendum aliquod medium, sine quo talis finis obtineri non potest: certe dum manet libertas culpabilis in tali causa redūdat etiam in actum uel effectum inde consequentem, ut latius Angestus in moralibus c. 1. 3. & 6. & eo ipso quo quis obligatur ad aliquid, obligatur ad tollendum impedimenta seu causas, quibus illud sic iniunctum potest probabiliter impediri, ut Angest. ubi sup. ca. 3. & 8. uel ut patet de eo quise uoluntariè ingerit in aliquem actum uel officium,

tanq;

tanq; peritum & potentem, quia eius imperitia & impotentia non excusat eum quamdiu manet libertas inde resiliendi debito modo, ut aiunt communiter doctores, & Adrianus s. in quol. art 2. sic in proposito, eo ipso quo obligatur quis non equitare, obligatur non solum ad non equitandum sine necessitate, sed & ad tollendum causas irrationalibes, inducentes nos ad necessitatem equitandi: obligatur inquam ad tollendum seu ad non ponendum tales causas, inquantum rationabiliter potest eas tollere sine detrimento personæ uel officii, aut negotii rationabilis expeditiæ seu conuenientis. ideo si quis uult sine ulla rationabili causa iter agere gyro uagando, iam non habet causam rationabilem, & per consequens, neq; necessitatem uoram ad equitandum. Similiter nec ille qui licet sanus, tamen si ne causa rationabili accelerat iter unde cogatur lassari & sic equitare si est sanus, quāmis debilis ad itinandum uel delicatus, non possit iter agere nisi equitādo. Et cum prædictis hiis expresse concordat Petrus Ioannes, ut habetur in ser. conscienc. q. 45. & in speculo ff. 15. dicens, quod pro quibus cunctis negotiis nostro statui non bene consonis, nulla est nobis equitandi necessitas, immo & fugiendi, haec ille. Et in expos. sanctorum patrum cap. 3. habetur, quod causas pro quibus adhuc possemus equitare, uitare debemus, sicut sunt uagi discursus non expedientes litigia causidica, uel quando ad regimen seu ad tale officium (utpote ut uadant pro discretis ad cap. g. uel prouinciale, sunt alii & que idonei) tales tenere uel eligere ad prædicta officia qui non possunt uel nolunt ea sine equitatione exercere, quia & ad istos admonendos seu amouendos tenentur illi qui ad talium electionem operantur seu cooperantur, ut sunt Min. g. & prouinciales & cap. & diffinitores & alii ad id per sua suffragia cooperantes: faciunt etiam ad prædicta 4. magistri & Bonaventura supra in 2. cap. ubi de calciamentis agitur ut dictum est, licet supra cap. 2. q. 23. ibi uideatur: quod est notandum eo magis quo minus hoc aduertitur ab omnibus ferè cum sit obligatorium ex regula, cuius culpabilis ignorantia seu inaduentitia non excusat. Nā dum non est prædicta necessitas, aut prædicta causa rationabilis inducens talem necessitatem, non excusat ab hoc præcepto: immo dū est in nostra potestate tollere talem necessitatem, aut causam non rationabilem inducentem ad talem necessitatem equitandi, semper

per est frater Min. in transgress. actuali seu uirtuali huius præcepti regulæ, si non tollitur efficaciter ut cōmode potest talis necessitas seu causa supradicta (ut patet ex supradictis secundum cōter doct.) ex quo semper pro toto illo tempore manet in libera uoluntate culpabili contra hoc regulæ præceptū seu obligatorium. Quomodo autem nostri prælati possent in hoc aliqualiter dispensare licet non sit ualde arcta necessitas, uideatur infra i o. cap. q. 4. ubi latius. Tandem quo ad hoc notandum, quod licet uideatur sufficisse si regula solum diceret (nisi manifesta necessitate cogantur) tamen addit Ly. (uel infirmitate) ut ait expos. sine tit. cap. 3. & sic est duplex exceptio : Ne quis scrupulose crederet, quod infirmus non haberet causam equitandi, quādū posset permanere in loco ubi cepit infirmari, potest enim sine alia necessitate equitare, etiam ad recreationem conducentem ad conualescendum de infirmitate, seu ad exercitium pro sanitate, & huiusmodi expedientibus, pro salute etiam corporali.

¶ Secundum punctum est, omnia quæ in hoc 3. cap. subseq̄nuntur (consulo uero & moneo &c.) sunt ex uir regula solum consilia uel monitiones, ut sup. q. 2. cap. 1. habetur. Similiter illud (inquamcunq; domum intr. dicant pax huic domui, est consilium, ut patet ubi sup. cap. 1. Notandum uero quod illud loquentes omnibus sicut decet) intelligitur sic, secundum Bonau. cap. 3. quod fratres debent non solum honeste loqui, sed & secundum quod de ceteris cuiusq; statum & gradum hominum quibus loquuntur fratres humiliiter & reuerenter &c. utpote reges, principes, prælatos, &c secundum uerba & epitheta talibus congruentia, prout apud homines, præsertim religiosos est consuetū talibus loqui, secundum eorum dignitatem &c. quod est contra aliquorum stultam, saltem ne dicam superbam, simplicitatem seu potius ignoratiā, aut forte hypocritism: qui ut singulares uideantur æqualiter loquuntur omnibus omnes, etiam dominos, principes, reges, prælatos suos & aliorum uocando fratres, seu sine dignitatis debito epitheto, sine reuerentia, quasi uero lex Christi & religio non discernat corde, opere, gradus hominum & ierarchiam ecclesiasticam: sed omnia in confusum chaos Babylonicum sine ullo ordine cōfunduntur, (quod absit) ideo dicitur (honeste loqui omnibus sicut decet) præuidet enim in spiritu B. pater Franc, super radicos abusiones aliquorum

quorum cordibus & uocibus male futuras. Ideo ut pater pie consulens prouidit dicens, honeste loquent. omnibus sicut decet) ¶ Tertium punctum, quo ad illud (& secundum sanctum Euangelium omnibus cib. qui appo. eis, liceat manducare) notandum quod ex regula est concessio seu licentia, ut patet ex dictis sup. ca. 1. q. ubi notandum, i. secundum Bonauent. cap. 3. quod hoc non conceditur nobis, ut per hoc detur licentia nos incrasandi & laute uiuendi contra regulas moderantia & honestatis. Sed ut non grauemus hospites eundo per mundum si singularia cibaria petemus & ut paupertati nostræ promissæ consuletur, qui enim nil habet neq; pecuniam potest accipere, non facile potest in delectu ciborum uiuere: ut ergo sine grauamine hominum, & quibuslibet oblatis frater facile posset & moderate secundum regulas uirtutis & honestatis, & paupertatis substantiar, ideo conceditur hoc, s. quod de omnibus cib. qui app. eis liceat manducare s. ieunantiū in ieunio, non ieunantium in non ieunio pro suo modo & tempore secundum honestatem, & ædificationem populi & spiritum Euangelicæ libertatis aut sanctitatis: ideo dicit quod secundum sanctum Euang. de omnibus cibis &c. alias autem non est Euang. libertatis, & sanctitatis, cum preuaricatore in crimen participare uel incarnalitate irregulariter suo cōsortio conformari, haec Bon. & concordat Hug. 3. cap. ubi de hiis plura & pulchra uideantur. Notandum 2. quod secundum Hug. cap. 3. ordo similiter & prælati appositis uel oblatis cibariis possunt prohibere fratres saltem intra domum pro aliquando, quibus & in hoc parendum est. Ordo enim seipsum arctare libere potest: illis enim concessio regulæ præiudicare non debet, sine quibus religio non consistit, haec ille. Sed de hiis latius infra cap. 17. q. 2. ibi uideatur.

Quod

# Quod fratres non recipiant pecuniam.

## C A P V T IIII.



Ræcipio firmiter Fratribus omnibus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiat, per se vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorū & alijs fratribus induendis per amicos spirituales, ministri tantū & custodes solicitam curam gerant, secundum loca & tempora & frigidas regiones sicut necessitati viderint expedire. Eo semper saluo, vt (sicut dictum est) denarios vel pecuniam non recipiant.




N hoc quarto capitulo agitur de duobus. Primo quod caueatur a denariis uel pecunia. Et quo ad hoc est unum præceptū ex iure regulæ, & est de præcipuis preceptis regulæ (ibi præcipio fir. fratribus vniuersis, ut nullo modo denar. uel pecun. &c.) Secundo agitur quomodo & per quos est prouiden-

tidendum fratrum necessitatibus. Et quo ad hoc est aliud obligatorium & equipollens præcepto ex iure regulæ secundum decla. Cle. 7. ut habetur sup. ca. 1. q. 1. Et incipit ibi, tamē pro necessitatibus infirmorum, &c. usq; in finem.

Et sumūtūr prædicta uerba ex Math. 10. & Lucas 9. Nolite poscidere aurum neq; argentum &c. de quo Bonavent. cap. 4. latius agit ibi uid. si placet. Et illud (tamen pro necessitatibus infirmorū &c.) ex Luc. 10. ubi Samaritanus, qui custos interpretatur, curā habuit de uulnerato in via Hiericho. Pro quo etiam notand. secūdū quatuor magistros, Hug. bar. Pis. cap. 4. & su. & sere. cons. q. 6. quod proprietas cuiuslibet rei prohibetur nobis infra in 6. ca. Vfus autem aliquarum rerum conceditur nobis ibidem, de quibus in hoc cap. 4. infra q. 7. &c. & intra cap. 6. q. 14. &c. latius dicetur. Vfus aut uel receptio pariter & proprietas denariorū uel pecuniarum, hic omnino prohibetur in 4. cap. tam per se, quam per interpositam personam, pro quorum omnium maiori declaracione ponuntur 16. questiones quæ sequuntur.

**Q**uo ad id, Præcipio firmiter fratribus vniuersis vt nullo modo denarios vel pecuniam recipient per se vel per interpositam personam.



V A E S T I O I. Quæritur quid sit denarius, quid pecunia?

Respondeo per 3. puncta: quorum primum est denarius propriè est & dicitur ipsa moneta ex quocunq; metallo, seu materia facta sit, ut aiunt omnes expos. cōiter: quāmuis antiquitus denarius dicebatur quædam moneta ualens decem tantum nummis: nunc aut generaliter accipitur pro quacunq; moneta, ut dictum est, & sic etiam Zabarel. Sed Clement. exiui. s. 12. & in hoc nullum dubium est.

Pecuniā uero quāmuis antiquitus propriè erat subera de pecoribus tantum proueniens, ut habetur 1. q. 3. cap. totum. Vnde &

ideo à pecore dicta est, seu à pecude qui primo in prima moneta olim sculpta est, tamen hodie secundum iura cōiter pecunia accipitur pro quacunq; subera undecunq; proueniente, ut ait Zabarella, ubi sup. & uidentur concordare 4. Magistri cap. 4. clarius dicentes, quòd pecunia secundum iura cōiter dicitur, quicquid apreciatur numerata pecunia, ut aliquid inde ematur. Sed tandem nomine pecuniae, prout accipitur pecunia hic in regula & declarationibus intelligendum est, ut tandem in tab. Vic. g. habetur declaratum hoc modo. Declaratur secundum regulam & expos. eiusdem quòd nomine pecuniae intelligitur omnis res quæ procuratur & recipitur, non ut fratres utantur ea immediate, sed eo animo, ut commutetur in aliam, uendatur, uel distrahat, hæc ibi. Quòd est notandum, quia melius declarat acceptiōnem pecuniae quam alii expos. (ut patet in 4. Magistris, Bonauent. Hug. Bar. Pif. Ser. conf. q. 4. 6. &c. 1) deo p̄adīstā declaratiōni stetur. Sicut etiam habetur in speculo ff. 6. ergo dic quòd pecunia dicitur quicquid recipitur ut uendatur uel ut per illud aliquid aliud habeatur. Ut si recipiatur triticum, uinum, sal, linum, lana, arietes seu agni, & huiusmodi, ut uendantur, uel si in aliud cōmutentur, quia quitalia, tali modo recipit, recipit pecuniam per se quidem, si per ipsum recipiat cum tali animo, uel per interpositam personam, si per alium à se interpositum cum tali animo recipiat, & patet ex dictis & dicendis infra q. 2. & 3. &c.

¶ Secundum punctum, ex quibus patet, quòd si agni petuntur seu recipiuntur principaliter cum intentione eos commutādi pro arietibus sub preciō estimatione quo sunt pecunia. Similiter si lana, ut commutetur uel detur in premium pannorum: ratio patet ex dictis, secus si ut ipsi agni conseruentur, & fiant arietes, ut sic postea comedantur, quia tunc non est pecunia. Similiter non esset pecunia lana petita, seu accepta, ut ex ea ipsa fiant panni, quibus fratres induantur, quamvis ibi posset esse peccatum superfluitatis, uel prouisionis in futurum &c. si sine necessitate recipiēntur agni & lana ad comedendum, & induendum ex eis, de quo latius infra c. 6. agendum est q. 12. & 14. Similiter si arma recipiēntur in sumis magnatorū, seu si equi & alia huiusmodi quibus in se immediate in sua propria specie nos non possumus uti neque intendimus uti, sed si recipiuntur ad commutandum, uel distrahendum, pro aliis.

aliis mediante aestimatione, dic quòd est pecunia, & per consequens non aliter quam uere pecunia potest procurari seu accepta si ut inf. q. 8. &c. latius dicetur, ut hoc ait specul. ff. 7. secundū Clemens. 5. art. 7. Quòd si contra predicta de agnis receptis ad commutandum sub aestimatione pro arietibus arguatur, probando quod non sit pecunia: quia quòd accipitur non ad commutandum uel distrahendum pro re alterius speciei non est pecunia, etiam si accipiat non ad utendum ea immediate, sed mediate (ut patet de lana accepta, ut ex ea sint panni, quibus fratres utantur) ut dictum est sup. quòd non erat pecunia, etiam si ipsa lana immediate non uerentur fratres, sed mediate: id est, iam alterata per medium texturæ, &c. Sed agni non sunt alterius speciei ab arietibus, sicut puer non est alterius speciei à viro iam perfecto, ergo. ¶ Respondeo negādo maiorem assunptum. Imo quæcunq; res accepta ad cōmutandum uel distrahendum præcii aestimatione interueniente, pro quacunq; alia re suæ, uel alterius speciei, est pecunia, ut patet ex dictis. Vnde si lana uel asinus accipiatur ad distrahendum modo predicto pro alia lana, uel pro alio asino eiusdem species est pecunia, quia uicem pecuniae seu precii sortitur, ex quo ut premium, uel ut sit pretiū & quivalens & supplens pro denariis ad contractum requiri entem premium accipitur, & sic debet intelligi id quod habetur in prefato speculo ff. 6. dicente, quòd omnia illa quibus fratres in propria specie uti non possunt intelliguntur nomine pecuniae. Quòd debet limitari & intelligi secundum dicta & dicenda in 3. punto sequenti, ut patet ex dictis.

¶ Tertium punctum, si arma, equi &c. huiusmodi fratres in se seu alteratis non possunt licite uti recipiantur non ad commutandum uel distrahendum, sed ad retinendum domi, tunc non est pecunia, ut patet ex dictis, quamvis possit esse uitium superfluitatis, uel aliud huiusmodi. Si uero ipsa uel alia quæcunq; etiam, quibus fratres possunt licite uti, ut pote lana, triticum, uinum &c. recipiantur aīo ea donandi liberaliter aliis quibusq; tunc non est pecunia ex quo non recipiuntur, ut sint medium seu preciū, per quod aliquid aliud habetur, ut patet ex dictis in primo punto, quamvis sit peccatum proprietatis, ut latius infra, capite sexto, quæstione sexta, ubi de donationibus agitur, & sic limita & intellige quod habetur digesto 287. in quadam forma visitationis, ubi dicitur rece-

recepisse pecuniam qui recipit aliquid ad uendendum, uel donandum, quia ad donandum non est pecunia, ut dictum est. Si autem omnia supradicta etiam arma, equi, lana, uinum &c. recipientur animo commutandi quidem, ea pro aliis quibusq; suæ uel alterius speciei, non tamen interueniente æstimatione prætii: Sed sine tali æstimatione simpliciter &c. ut des, accipe hoc & da mihi istud, tūc stando in rigore pecuniae, non est dicēda pecunialis res accepta tali aīo, ex quo nō accipitur ut suppleat uim denariorū, postq; non accipitur, ut sub pretii æstimatione cōmutetur pro alia. Proprium enim est pretii & denariorum, ut mediante taxatione tacita uel expressa interueniant in contractu.

Pretiū enim & denarius æstimationē ualoris rei, ad rem cōnotat seu dicit. Ideo dixi quòd propriè non est dicenda pecunia, quia non est propriè pecunia nisi quando ut suppleat uicem denariorum seu prætii interpenitur in contractu. Sed bene talis res accepta modo prædicto ad commutandū pro alia simpliciter sine prætii æstimatione, esset actus proprietatis, de quo infra q. 9. & infra cap. 6. q. 4. latius habetur.

¶ Quando uero talis res quæcunq; sit accipitur, ut pro alia commutetur interueniente prætii taxatione seu æstimatione expressa, uel etiam tacita, ut communiter fit, quia commutaturus pro alia re prius intra se compensat & comparat ualorem unius ad aliam, sicq; tandem licet non exprimat, dat & commutat, quasi absolute & simpliciter sine tali æstimatione & comparatione ualoris, quā tamen intus fecit secrete, tunc uerè & ocultè, seu tacite interuenit æstatio prætii, & per consequens est pecunia, & quia communiter ita fit in commutationibus, ideo absolute dicendum est sicut & in prædicta tab. Vic. g. habetur, quòd quando quid recipitur animo commutandi pro alia re est pecunia, ut sup. in i. puncto dictum est. Præfertim quia hoc modo accipitur nōmē pecuniae prohibita per regulam, & de qua agūt declarationes & regulæ expos. (quicquid secundum ius nomine pecuniae alibi intelligatur) & ideo non nisi tanquam pecunia procurari aut recipi potest, ut in quæst. sequentibus latius dicendum est. Sepæ tamen nomen pecuniae latius extenditur, & pro denariis accipitur communiter, nisi ex scientia adiuncta, appareat differentia.

Quæstio.

**V** AE STI O II. Quæritur quid sit petere, procurare, & recurrere, ad pecuniam, recipere, tāgere, contractare, portare, transportare, seu transmittere pecuniam, & uti pecuniā, & in quo differant omnia hæc?

¶ Respondeo secundum tract. decem plag. paupertati, plag. i. (Petere pecuniam capiendo in tota hac, quæst. nomen pecuniae latius, prout includit etiam denarios) petere ergo pecuniam, propriè dicitur qui uult eam recipere per se uel per alium, seu manu propria seu aliena, & hoc sic intendit. itaque duo requiruntur, ut quis propriè dicatur petere pecuniam: Alterum est quòd intendat petere denarios, uel rem distrahendam pro alia, quæ tunc propriè dicitur pecunia, ut patet q. i. præcedente: Alterum est, quòd sic petens intendat eam recipere per se, uel per interpositam personam. Sed large dicunt, ut est in usu petere pecuniam, est idem quod procurare reuuationem necessitatibus mediante pecunia, seu recurrere ad pecuniam pro suis necessitatibus.

¶ Secundo ergo notandum, quòd procurare reuuationem necessitatibus mediante pecunia, seu recurrere ad pecuniam, seu large petere pecuniam (quod idem est) est ire ad amicum spiritualem datum s. uel referuantem pecuniam, ut mediæ pecunia prouideatur suis necessitatibus, modo aliis licito. Itaq; duo requiruntur ad hoc. Alterum quòd frater petens remedium suæ necessitatis intendat expresse uel tacite quòd is à quo petit, det uel emat eis, uel prouideat eis mediante pecunia, ea quæ petuntur à fratre. Alterum est, quòd talis prouisio fiat per amicum spiritualem propriè dictum: itaq; frater nec per se nec per alium accipiat pecuniam. Propter defectum primæ conditionis patet, si quis recurreret ad Petrum pro suis necessitatibus habendis, sed non eo animo, ut mediante pecunia prouideret, quāvis sciat quòd talis Petrus debet emere pro pecunia ea quæ ab eo petuntur per fratrē: tunc talis frater non id citur hoc modo petere pecuniam, nec recurrere ad pecuniam: ut si exempli gratia peteret simpliciter & animo tali simplici panem ut comedat carnem, oleum, & huiusmodi, non petit pecuniam quāvis sciat quòd non nisi mediante pecunia Petrus illi prouidebit de pane, carnis &c. quòd si peteret ab eodem Petro ut emat uel ut det pecuniam unde ematur sibi panis, carnes &c. tunc pecuniam petit (ut dictum est) & ex hiis patet alia 2; conditio quòd s. in

in illo casu in quo frater petens intendit petere seu prouideri sibi de pane & mediante pecunia, tunc ipse dans pecuniam, seu ipse qui auctoritate dantis eam recipit, & tenet ad prouidendum fratris necessitatibus ea mediante dicitur & est amicus spiritualis propriè & quòd per amicū spiritualem fit talis prouisio, ut inf. q. 3, late dicetur. Illi uero à quo non petitur prouisio mediante pecunia, non dicitur neq; est propriè amicus spiritualis secundum regulam: sed benefactor seu deuotus ordinis, uel fratrī ut late dicetur infra q. 1. Et pro nunc sufficiat pro ratione horum omnium breuiter hæc ratio, quia s. soli denarii seu pecunia interueniens secūdum regulam in promissione nostrarum necessitatibus faciunt aliquem esse seu dici propriè amicum spiritualem, secundum regulam, sola aut intentio est, quæ facit ( saltem quo ad nos fratres Min. ) aliquid esse pecuniam, ut sup. q. 1. dictum est, & patet ex declarat. Nic. 3. art. 2. ubi dicitur ( nec eo animo recipiant ut distrahatur &c. ) ergo ubi est talis intentio petētis, ibi est petitio pecuniae, uel rei mediane pecunia, & per consequens ibi est amicus spiritualis alias non: & sic patet quòd 2. conditio sequitur ex prima ad hoc quòd quis dicatur petere pecuniam, uel rem procurare mediante pecunia secundum regulam & declarat. dum modo id fiat modo alias licito, quòd pro tanto dicitur, quia si talis recursus mediante pecunia fiat ad aliquem seu per aliquos, seu alio modo quam regula & declarationes determinant, modo fiat per syndicū, ut syndicū, modo per alium & cetera: tunc non propriè dicitur procuratio aut recursus ad pecuniam, hoc modo supradicto, prout iste secundus modus distinguitur ab aliis omnibus. Sed uel dicitur propria petitio pecuniae, uel receptio eius, uel aliquid aliud, ut patebit ex definitionibus membrorum subsequentium in hacq. & q. 3. & cætera.

¶ Tertio notandum, quòd recipere pecuniam, secundum declar. & regulam, prout etiam includit polytice contrectare pecuniam, ut habetur infra q. 3. dicitur is qui ad libitum uult facere de pecunia sicut solet dominus pecuniae per se, uel per alium in recipiendo, retinendo uel expendendo, utpote quando ad nutum seu uoluntatem fratris pecuniae recipitur, deponitur, mutatur, uel consumitur, seu expenditur, uel datur non habita rationabili uoluntate auctoritate seu licentia domini dantis. Sicut unus Episcopus man-

dans

dans ut libet suo famulo, uel procuratoris suo licet ipse manu proprio non tangat denarios seu pecuniam. Sicut forte faciūt aliqui fratres mandantes habentibus pecunias pro suis necessitatibus, ut sic uel sic dent, mittant, accommodent, uel mutuent pecunias prædictas, sicut Episcopi faciunt & computum petunt, exigunt, &c. huiusmodi, quæ ad solos dominos pecuniae pertinet agere: cum non plus possint fratres à talibus amicis spiritualibus seu tenentibus pecunias petere quam ab ipsis primis dantibus dominis pecuniarum, ut de hiis latius inf. q. 8. habetur.

¶ Quarto notandum, quòd tactus pecuniae est duplex: unus est mere naturalis seu realis sicut tangere, pecuniam seu aliud metallum, seu massam auri, & argenti, & huiusmodi, & hoc per modum deuotionis, uel medicinæ, uel etiam sine causa quacunq;, sed ut quilibet alia res tangeretur & teneretur. Secundus, est tactus polyticus & monialis, quando s. pecunia seu denarius tenetur, seu capitur tanq; pretium ad contrahendum uel commutandum, seu pecuniario modo, ut alii dicunt, & hic tactus, propriè dicitur contrectatio & acceptio pecuniae sicut mercatores contrectant, ut infra q. 3. latius probatur.

¶ Quinto notandum, quòd portare pecuniā, est deferre pecuniā de uno loco ad alium, per seipsum seu per alium, seu per alium hominem uel iumentum secūndo modo sit sua, seu pro se, modo sit aliena, modo pro altero quocunq;.

¶ Sexto, notandum quòd transportare pecuniā unomodo est idem quod portare de uno loco ad alii, ut dictum est: aliomodo est idem quod transmittere pecuniam, & est eam de uno loco ad alium mittente seu trasmittente per aliquem, de quo an liceat an non latius infra q. 9. dicendum est, ibi uideatur. Et ex dictis pater conuenientia & differētia prædictorum oīum, quæ etiam ex dicendis q. 3. & c. sequentibus latius patebit.

¶ Septimo, notandum quòd uti pecunia, est eam accipere, ut in 3. notabili dictum est, & contrectatio, ut in quarto notabili habetur.

¶ V AE S T I O I I I . Quid sit recipere denarios uel pecuniā per se, & quid per interpositam personā, & qui sit amicus spiritualis, quis syndicus, & in quo differant?

¶ Respondeo per tria puncta, quorum primum est, Recipere pecuniam

cuniam per se, est pecuniam (in qua etiam denarii intelliguntur) per suam propriam personam immediate recipere, ut auctoritate sua conuertatur in aliquos usus.

Ita quod duo requiruntur & sufficiunt, ut quis dicatur pecuniam per se recipere. Primum, quod ipse immediate in sua persona recipiat pecuniā. Secundū, quod recipiat illam, ut auctoritate sua conuertatur per se, uel per aliū in alios suos usus uel alterius. Nā si eam frater ipse recipiat in se, non tamen ut sua auctoritate, sed auctoritate dantis tanquam eis minister & dispensator, ipse frater eam conuertat per se, uel per alium in aliam rem sibi uel alteri; tūc potius dicitur propriè loquendo contrectare, uel dispensare pecuniam per se, quam accipere eam per se: quod si largius vocabulum extendatur tunc non erit necessaria ista 2. conditio, sed accipere pecuniam per se dicitur, qui per suam met personam eam accipit in suos usus conuertendam, ut dicunt quatuor Magistri. Sed quia frater Min. propriè dicitur accipere pecuniam per se, quando ipse met eam accipit, etiā si in usus alterius amici uel cuiuscunq; eā conuertat, per se, uel per alium, ut patet, quia & est reus acceptio nis pecuniae per se, ideo uidetur, quod id quod dicunt quatuor magistri s. (in suos usus conuertenda) debeat (intelligi in suos usus uel tanq; in suos usus conuertenda) ideo clarius tandem diffiniendo dicatur quod accipere pecuniam per se, est pecuniā per suam met personam recipere in aliquos usus conuertendam, modo conuertenda sit auctoritate sua uel alterius, modo per se uel per aliū, modo in suos uel alterius usus, modo non, ut sic largissime diffiniatur accipere pecuniam per se.

¶ Secundum punctum. Accipere pecuniam per interpositam personam est (secundum quatuor magistros, & alios cōiter expositores) sua auctoritate aliquem constituere ad recipiēdū pecuniam in suos usus conuertendam, hac illi. Et uidetur quod debeat intelligi ut in primo punto dictum est quo ad L y (in suos usus conuertenda) adde & tu, uel tanquam in suos proprios usus conuertenda, ita s. quod ille dicitur accipere pecuniā per interpositam personam, qui sua auctoritate constituit aliquem ad recipiēdū pecuniam in suos usus, uel quasi in suos usus conuertendam: utpote quod eam sic per alium accipit, ut inde prouideat sibi uel amicis, uel aliis quibusq; ut dictum est in primo punto. In quo notandū

notandum quod quæcunq; persona sic interponatur seu constituta r auctoritate fratrum ad recipiēdū pecuniam, modo sit syndicus, modo familiaris, seu quæcunq; alia persona, dicitur interposta persona fratrum, & fratres dicuntur accipere uel contrectare pecuniam, per tales interpositam personam, quando talis persona constituit loco fratrum ab eisdem fratribus ad receptionem pecuniae, uel quando ad eorundem fratrum nutum & uolūtatem pecunia iam deposita mutatur, consumitur, expendit, datur, uel transportatur, seu transmittitur, non habita uolūtate, auctoritate seu licentia dantis, ut sup. q. 2. in 3. notabili dictum est, & latius dicetur inf. q. 8. secundum declarat. Nicol. & Clem. Et sic ex dictis patet, quid sit contrectare polytice pecuniam per se uel per alium, seu per interpositam personam, quia contrectare pecuniā generalius accipitur, & ita includit non solum acceptiōnem pecuniae, sed & omnem auctōritatē propria factū circa pecuniam, per se uel per alium eam accipiendo, mutando, expendendo, transmittendo ad nutum, sine probabili uolūtate & rationabili licentia dantis, & econtra acceptio pecuniae etiam largius hic accipitur prout includit omnia quæ politica contrectatio includit, ut dictum est. Ita quod idem est accipere pecuniam, quod politice contrectare pecuniam: & accipere pecuniam per se uel per interpositam personam, est idem quod politice eam contrectare per se uel per interpositam personam, ut dictum est: & quia sic cōiter doctores & declarationes accipiunt, ideo etiam nos eo modo hic accipimus unum pro altero, & prout utrumq; sit idem, ut dictum & definitum est.

¶ Resolutoriē ergo quo ad omnia supradicta in duobus punctis, dicamus quod accipere pecuniam per se (secundum regulam & declarationem) est pecunia in aliquos usus proprios, uel alienos tanq; proprios, auctoritate sua seu ad nutum sine debita & rationabili licentia seu auctoritate dantis conuertendam per suam met personam fratris recipere, uel contrectare, mutare, expendere, dare, transportare seu transmittere. Accipere autē pecuniam per interposta personam, est auctoritate sua constituere aliquem quancunque personam ad recipiēdū pecuniam in proprios usus seu in alienos tanquam in proprios usus conuertendam, uel quando ad eorundem fratrum nutum & uolūtatem pecunia ipsa iam quomodo

modolibet deposita mutatur, consumitur seu expenditur, datur, transportatur seu transmittitur non, habita debita & rationabili uoluntate auctoritate seu licentia dantis: particulæ patent ex dictis: & expresse hoc dicit in scientia & innuit dominus Nicol. 3. in sua declarat. art. 3. & clarius Clem. 5. art. 6. ubi omnia prædicta dicunt prohiberi nobis nomine receptionis pecuniaæ per se, uel per interpositam personam. Quando autem dicitur quis prædicto modo seruare, quando non, dic quod secundum declarat. fierent, tunc non recipitur pecunia ullo modo, aliis autem sic, ut patebit ex questionibus subsequentibus, præsertim infra q. 11.

¶ Tertium punctum, pater ex dictis, i. quod quando non recipitur neque petitur pecunia, neque procuratur pecunia mediante prouisio necessitatis, tunc persona benefaciens non dicitur amicus spiritualis neque interposita persona secundum regulam, sed solum benefactor aut deuotus ordinis, ut sup. q. 2. in 2. notabilis dictum est. Quando uero sic petitur uel procuratur mediante pecunia prouisio necessitatum quod non deponitur ipsa pecunia apud aliquem auctoritate fratrum, neque deposita mutatur uel expenditur, neque datur, seu transmittitur auctoritate fratrum, neque ad nutum ipsorum sed totum fit cum debitâ licentia & de auctoritate dantis, tunc sicut fratres non recipiunt pecuniam per se, uel per alium, ut patet ex dictis, sic non dicitur esse aliqua interposta persona nomine fratrum, sed ibi solum est amicus spiritualis secundum regulam & declarat. Ita quod ille uerè dicitur amicus spiritualis, secundum regulam & declarat, qui ex amore dei, seu ex deuotione, quam habet ad fratres dat, uel qui datam pecuniam recipit, tenet, expendit seu administrat pro necessitatibus fratrum: non autem nomine neque auctoritate, neque ad nutum fratrum. Sed potius nomine auctoritate dantis: quicunque sit ille qui sic administrat pecuniam modo prædicto. Modo sit syndicus, modo famulus, modo alias quicunque, etiam millesimus subherrogatus per dantes, uel per eorum substitutos, etiam si sit nominatus a fratribus secundum declarat. ut infra q. 11. de hoc habetur, dicitur amicus specialis.

¶ Quando autem syndicus uel familiaris fratrum, seu alias quicunque accipit pecuniam, uel tenet seu expendit, uel mutat, seu transmittit, seu dat eam nomine seu auctoritate fratrum: non habita debita & rationabili uoluntate dantis; tunc dicitur interposta per sona.

sona fratrum & fratres dicuntur accipere pecuniam per interpositam personam, ut patet ex dictis. Et in hiis omnibus omnino concordant omnes expositorum regulæ cap. 4. ut etiam expressius habetur in tract. de necessariorū congrua solu. & Ioann. Philipp. in suo tract. art. 1. & serena conscientia q. 6; & speculum fratrum Min. ff. 6. & 7. & tractatus 10. plag. parti. 2. plag. 1. Et hoc est uerū quo ad nos cismontane Hispanos, Gallos &c. huiusmodi, quam diu non acceptauimus constitutiones Martini 5. concedentes syndicū ad recipiendum pecunias, ut dicetur latius q. 16. Sed & ad huc est uerum quo ad ipsos patres ultramō. utpote Italos & alios eiusmodi qui prædictas constitutiones Martini 5. & syndicū secundum eas acceptauerunt. Nam licet per prædictas constitutiones Papa dispensauerit cum eis quod syndicus constitutus recipiat pecuniam nomine Papæ & auctoritate Papæ ipse syndicus conuerat eam in necessitatem fratrum, ita tamen quod ipsi fratres nullatenus se intromittant de ipsa pecunia, ut q. 16. dicetur, quod non sunt circa alios dispensati, pater, quod ex quo Papa ipsis nihil aliud concedit: licet pecunia non deponatur nomine fratrum, sed nomine & auctoritate Papæ apud prædictum syndicum, tamen si ad nutum seu dispositionem ipsorum fratrum syndicus eam expenderet, mutaret, transmiseret, seu daret sicut familiaris uel procurator alicuius domini ad nutum & ad dispensationem seu imperium domini sui, uel pecuniaæ, certe iam fratres per interpositam personam contrectarent pecuniam: & per consequens eam acciperent per interpositam personam, ut patet ex dictis. Et talis syndicus tunc esset interposta persona fratrum, quamvis simul etiam uel alias sit & appelletur syndicus, ut dictum est.

In quo autem cognoscemus quando syndicus uel persona tenens pecuniam pro necessitatibus fratrum eam administrat, mutat, seu expendit ad nutum & ad imperium fratrum, ut eorum procurator & famuli, seu ut eorum interposta persona, quando non, latius dicendum est infra questione 8. & questione 9. ubi de pecuniarum expensione agitur, ibi uideatur: quia in hoc stat præcipua difficultas, & communis error in practica plurimorum fratrum, & transgressione regulæ.

Syndicus autem propriè dicitur is, qui auctoritate Papæ eligitur a min. prouin, uel custod. b 2 uel co

uel eorum commissariis ad recipiendum tantum pecuniarias eleemosynas nomine Papæ secundum constit. Martini 5. uel ad alios actus contentos in priail. Martini 4. &c. de quibus omnibus in q. 1 6. latius habetur, & quomodo liceat aliquibus quomodo nō liceat uti tali synodo, & ad quid ibi uideatur. Et sic patet propria differentia inter benefacorem, amicum spiritualem, interpositam & syndicum, ut dictum est.

 V A F S T I O   I I I I . An aliquando liceat fratri min. per seipsum recipere uel contrectare denarios uel pecuniā uel tangere, uel portare denarios uel pecuniā, uel custodes & dispensatores pecuniarum esse.

¶ Respondeo per quinqꝫ puncta: quorum primum est, quod generaliter seu regulariter nulli fratrum min. licitum est per seipsum recipere seu polytice contrectare denarios uel pecuniā, nisi in extrema necessitate. Prima pars patet, quia regula & declarat, id prohibent in hoc 4. cap. in quo nullum dubium est. Ideo dicitur præcipio firmiter fratribus. i. inuiolabiliter, ita quod totus ordo non potest hoc dispensare: de Papa autem inf. cap. 1 o. q. 4. habetur. Secundum, quod s. in extrema necessitate hoc licet, patet, quia caret lege positiua, cum sit lex naturalis plus obligans & magis indispensabilis, quam præceptum de non accipiendo pecuniā: & hoc expresse ait Hugo 4. cap. dicens, quod quando alio modo uita corporalis seruari non posset nisi accipiendo & contrectando pecuniā: utpote si in aliqua perseguitione fidei per hereticos uel infideles facta, uel in aliquo alio casu in quo forte continget non posse necessaria uitæ inueniri sine denariis uel pecunia, tunc licitum esset, immo & saepe esset obligatorium recipere & contrectare denarios per se uel per alium, quantum requiritur ad prouidendum tali extrema necessitati. Et tunc talis denarius, uel pecunia, non est proprie ipsius fratris contrectantis: sed usus & non simpliciter, sed ex causa & ad tempus. quis autem sit dominus talis pecunia parum refert, neqꝫ hoc pertinet ad fratrem min. scire, de quo & inf. q. 11. & latius cap. 6. q. 2. habetur. Et cum Hug. concordat Bart. Pis. & communiter expos. & Nicol. 5. in sua declaratione art. 2. 6. ne quisquam ex hiis &c. ut etiam habetur in seren. consciens. q. 59. 60. Quid autem intelligatur hic per accipe-

accipere & contrectare polytice pecuniā per se &c. dictum est supra q. 3. in primo & 2. puncto, & q. 2. notandum 3. & 4. ibi uideatur. An autem in hoc præcepto de non accipiendo pecuniā per se uel per alium possit dispensari, & quomodo, & per quem, uideatur latius infra cap. 1 o. q. 4. &c. ubi de dispensationibus agitur.

¶ Secundum punctum est, quod tangere seu naturaliter tantum contrectare denarios uel pecuniā, non prohibetur nobis ex regula, patet: quia ex intentione regulæ & declarationum, solum nobis prohibetur proprietas & usus pecuniarius seu acceptatio & contrectatio pecuniaria, per nos uel per alium, ut communiter dicunt expos. cap. 4. & 6. & nomine proprietatis prohibitæ intelligo dominium & ius quocunqꝫ polyticum. Quid autem hic intelligatur nomine tactus uel contrectationis naturalis tantum nō polytice, dictum est supra q. 2. nota. 4. ibi uideatur. Sed licet ex uirginali talis tactus seu contrectatio naturalis non prohibeatur ut dictum est: tamen alio iure, s. naturali, potest id nobis aliquando esse prohibitum directe uel indirecte seu occasionaliter, seu ex alia quacunqꝫ circumstantia magis uel minus. Ideo ait tractatus 1 o. plag. paupertatis, plag. 1. quod talis tactus est periculosior in nobis, in denariis, q. in pecunia non numerata, saltem ratione scandali, & quia illaqueatiui sunt denarii, Ideo notandum 1. quod si de narius tangatur à fratre min. fine causa aliqua, sed solum ex curiositate (licet non pecuniario modo eos tangat uel accipiat seu contrectet, sed ut aliud metallum, seu rem aliā auream uel argenteam) tunc si facit hoc cum scandalo aliquorum inde probabiliter imminent, erit peccatum maius uel minus secundum qualitatē uel maioritatem scandali. Si autem ex prædicta curiosa contrectatione, seu tactu denariorum naturali tantum, non imminet ullum scandalum alii, sed imminet ipsi fratri tangentipericulū recipiendi denarios polytice contra regulam: seu imminet aliud malum ex tali tactu: utpote quia ex hoc nimis tentatur & inclinatur ad aliquod malum, ut dictum est, tunc etiam est peccatum maius uel minus, secundum qualitatem periculi cui sic sine causa rationabili probabilitate se exponit, & secundum maiorem uel minorem probabilitatem talis periculi & occasionis propinquæ ad peccatum. Secundo notandum, quod si ex prædicto tactu naturali tantum nullum scandalum.

scandalum alicui, neq; periculum sibi ipsi probabiliter imminet de propinquo, ut dictum est, sed ex sola curiositate tangit denarios, tunc solùm erit leuissimum peccatum curiositatis seu ociositatis, secundum B. Thomam, & sequaces doct. non ponentes ullum actum indifferentem in genere moris in indiuiduo, uel forte erit nullum peccatum, sed sicut erat curiose leuatio festucæ, seu alius actus indifferens secundum alios doct. ponentes actus indifferentes esse in indiuiduo & particulari.

Tertio notandum, quòd si esset aliqua causa tangendi denarios tunc constat quòd nullum est peccatum, immo & esset actus bonus sic naturaliter tangere denarios ex causa rationabili, sicut tangetur alia res naturalis: utpote aurum, pro eius naturali efficacia ad infirmitatem aliquam, seu etiam ad usus artificiales inde resultantes immediate, ut ait Hug. 4. cap. ut si aurum uel ducatus aureus acciperetur ad ponendum in monumento funerali in die hebdomadæ sanctæ, seu ad decorem sanctissimi Sacramenti, in festo corporis Christi, & huiusmodi, uel ad faciendum inde fabulas sacrarum uestiū, uel ut ex eo deauraretur calix uel patena, uel si ducatus aureus de manu alicuius domini uel prælati magni cum quo sumus, caderet in terram, tunc credo quòd liceret fratri min. ex urbana humilitate illum leuare manu propria & ei dare, S.c. huiusmodi, dum modo alias ex hiis non sequatur scandalum pullorum, neq; aliud periculum, ut dictum est. In quibus omnibus unctio pariter & prudentia docet secundum diuersitatem circumstantiarum. Et secundum omnia prædicta intellige & limita id quod ait Hug. 4. cap. fol. 57. quòd fratres caueant uel censem tangere alienum: & in tract. de necess. gg. solutione, ubi dicitur, quòd secundum Nicol. 3. 6. cæterum, art. 3. uer. ad maiorem autem: & Clement. 5. art. 7. 5. uerum et. prohibetur nobis etiam tactus seu contrectatio denariorum: quia intelliguntur de contrectatione & usu polytico, qui prohibetur nobis ex regula, ut in primo punto dictum est. Tactus autem & contrectatio naturalis denariorum non prohibetur ex regula, sed ex iure alio ratione scandali aut periculi, uel curiositatis, ut in hoc secundo punto dictum est. & sic intelliguntur omnia adducta. Ex dictis patet etiam quòd & quomodo licet aut non liceat portare in se seu tenere denarios alienos pro aliis uel pro quibuscumque trones

tam in cella uel conuentu, uel in uia, seu itinere periculoso, ubi latones uel pedagia, &c. huiusmodi pericula imminent. in quibus omnibus considerandum est dictum Hugonis, 4. cap. dicentis, Si denarius inueniatur, pium quidem est saluare proximo rem amissam: & ideo uocandæ sunt fideles personæ si adsint quæ tales denarios seruent, & prout expedit, publicent. Si quid autem necessitatis amplius indiget proximus, agenda est causa proximi, si deliter quidem, sed prudenter: ubi enim anima uel fama laeditur, nullius est curanda pecunia, hæc ille. quod notandum, quia & super hoc est constitutio generalis contra eos qui denarios supra se portauerint, uel manu propria contrectauerint, uel in cella retinuerint, quòd pœna proprietarii puniatur, &c. quia loquitur statutum de contrectatione polytica (ut ait tract. 10. plag. ubi supra) uel etiam de naturali contrectatione seu culpabili, propter aliquā circumstantiam ex supradictis: Præsertim quando non constaret iuridice de causa sufficiente & rationabili, talis tactus contrectationis ue naturalis seu retentionis uel portationis denariorum, etiam naturalis & charitatue factæ, ut dictum est: ex causa enim licite quis punitur iuridice in foro humano, quāuis sit sine uera culpa, ut habetur in reg. iur. & est doctrina communis, ergo.

¶ Tertium punctum, quāuis res distrahenda pro alia sit uere pecunia, licet non numerata tamen frat. Mis. licite potest eam tangere & deferre seu portare de uno loco ad alium, & ad aliam personam quæ debet illam distrahere, dummodo alias licite petatur, seu distrahat, quantum ad ipsos fratres: modo sit distrahenda pro necessitatibus ipsorum fratrum, modo non. Ratio, quia licet sit pecunia, non tamen est pecunia in manibus fratrum, seu respectu fratrum: neq; est receptio seu contrectatio polytica pecuniæ, respectu ipsorum: quod patet, quia non accipitur ut auctoritate fratrum distrahat (ut supponitur) ergo non conuenit ei distinctione pecuniæ, neq; receptionis pecuniæ per se, uel per alium, ut supra quæstione secunda & tertia habetur. Sicq; respectu fratrum, non est receptio pecuniæ, &c. sed respectu amici spiritualis distrahit: seu respectu eius, cuius auctoritate recipitur seu distrahit est pecunia & receptio seu polytica contrectatio pecuniæ, ut patet ex dictis.

Ideo tanquam rem aliam naturalem naturaliter frater min. potest eam contrectare & portare seu deferre, etiam ad amicum spiritualem qui debet eam secundum declar. distrahere, etiam pro necessitatibus ipsorum fratrum: nisi ex tali contrectatione seu portatione probabiliter immineret scandalum seu periculum alicuius ut dictum est. Et concordant cum hiis expressum. Angel. tit. pecun. & sum. Ros. eo. tit. & speculum ff. 6. & tab. 19. Vic. g. ut habetur inf. q. 9. & cap. 6. q. 4. habetur: ubi habetur quod res quae pertinentur ut distrahantur, tradatur amicis spiritualibus distrahendae, &c. Et Leo 10. in priuil. exponi nobis ff. 23. quia ibi non dispensabat circa talē tactum rerum commutandarum, sed circa receptionem polyticam pecuniariam, de qua inf. q. 9. dicetur latius. Quod si contra hoc obiciatur Hug. 4. cap. dicens, quod non licet manu propria contrectare rem pecuniariam. Similiter frater Gundisaluu in suo tractatu fol. 100. dicens, quod fratres caueat praestare alicui seculari, uel ab eo manu propria leuare blandum, uinum, uel aliam rem commutandam, &c. Similiter in statutis g. prohibetur non solum contrectare & portare, uel in cella retinere denarios, sed uel etiam pecuniam, ergo. Respondeo quod ipsi doct. & constit. intelligunt acceptancem uel contrectationem polyticam pecuniarum seu alias illicite & scandalose factam, confundentis uocabula, ut patet: & dictum est in 2. punto quo ad statu. g. quod si aliqui doct. aliter intellexerunt & senserunt quam hic dictum est, non est curandum de eorum dictis, quae non plus ualent, quam eorum rationes, ut dicit speculum ff. 6. quod de eis non est curandum, quia non concludunt efficaciter, & forte solum loquuntur condescendit ad praeauendum occasionses pecati ex tali receptione & delatione rerum imminentes. Ideo teneatur ut dictum est cum limitationibus supradictis, & idem iudicium credo de re iam appreciata per syndicū: id est, quod si. licet sit pecunia, potest tamen per manus fratrum contrectari & transportari naturaliter, non polytice, ut dictum est, licet alicui aliter quo ad hoc uideatur. Quod autem sum Ang. ubi sup. addit dices quod talis pecuniaria res potest tradi syndico distrahenda, hoc intelligitur secundum morem & dispensationem quam habent patres Italici, cuiusmodi ipse erat, de quo latius infra q. 16. ubi de syndico agitur, ibi uide

¶ Quartum

¶ Quartum punctum est, quod nobis non licet esse custodes deniorum quorumcunq; nisi in uiolenta periculi necessitate cogente, & tunc cauendo scandalum & periculum inde probabiliter imminens, & seclusa obligatione custodiae, ut ait Hug. 4. cap. ut etiam patet ex dictis. Ideo haec omnia debent caueri sufficienter; & ideo si quis apud nos deponat pecuniam custodiendam in necessitate, debeimus illi notificare quod non intendimus nos obligare ad iacturam si pereat pecunia: hoc tamen non obstant. tenemur fideliter custodire sicut rationabiliter uellemus nobis fieri, & idem dicendum in quolibet deposito. Ad proprium aut ordinis usum, nullo modo licet custodire, sicut neque contrectari aut recipere aut portare denarios, ut dictum est, ut ait Hug. ubi sup. quomodo aut non possimus nos alicui obligare, latius inf. 6. cap. q. 5. habetur. Et quod nullus custodiat denarios uel pecunias neq; alia deposita, habetur in const. g. quomodo & de cuius licentia id debet fieri quando in causa oporteret id fieri, ibi uideatur.

¶ Quintum punctum est, quod non possumus esse dispensatores pecuniarum seu deniorum quorumq; etiam alienorum, quia dispensatio includit in se auctoritatem, saltem ministerialem circa talia dispensanda: & etiam includit receptionem saepe & polyticā contrectationem deniorum uel pecuniarum per nos uel per interpositam personam, quae omnia nobis sunt prohibita per regulā hic in 4. cap. & in 6. cap. ratione paupertatis, & per declarat. Ni. & Clem. ergo. Ethoc expresse sic dicit nobis esse prohibitū dominus Clem. 5. art 7. ut latius habetur inf. cap. 6. q. 18. ubi de executionibus testamentorum agitur, & ideo ait Hug. 4. cap. quod uile est propriè pecuniae contemptorem, custodem, uel dispensatorem se facere alienæ & qui sua propter pericula repulit stulte se rursum & ignominiose propter aliena periculo se exponit. Et cū prædictis in 4. & quinto punctis concordat etiam Bar. Pif. ca. 4. & de hiis dispensationibus & expensionibus pecuniarum latius habetur infra q. 8. ibi etiam uideatur.

¶ Quo ad id, Tamen pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induēdis per amicos spirituales ministri tantum &c.

**Q** VAE S T I O V. An liceat nobis per interpositā personam accipere uel contrectare, uel transmittere denarios uel pecuniam. Petere & eam procurare seu ad eā recurrere per amicos spirituales? Respondeo per duo puncta, quorum primum est, Prohibitum est nobis sub mortali ex uiregula, per interpositam personam accipere uel polytice contrectare pecuniam, nisi in extrema necessitate patet hoc eodem modo quo dictum est sup. q. 4. in 1. pūcto. quia est omnino eadem ratio utrobiq. Transmittere autem de narios uel pecuniam quomodo liceat, quomodo non, latius dicitur infra q. 9. ubi de expensione pecuniarum agitur, ibi uideatur. An autem in hoc ualeat dispensatio, & an per syndicū liceat accipere pecuniam, & quomodo, latius inf. habetur q. 16. &c. ubi de syndico agitur: & inf. cap. 10. q. 4. ubi de dispensationibus agitur.

**Q** Secundum pūctum, petere pecuniam propriū sumptū, pro eo quod est uelle eam recipere perse uel per alium, ut sup. q. 2. in 1. nota. habetur, non licet sicut nec recipere, ut dictum est. Petere autem pecuniam large, pro eo quod est procurare pecuniam pro necessitatibus, seu procurare relevationem necessitatum, medianū pecunia: seu recurrere ad pecuniam per amicos spirituales, bene licitum est secundum regulam & declarat. dum modo alias talis procuratio & recursus debite fiat. Patet, quia regula 4. cap. id concedit, imino & impónit prælati. quod tamen pro necessitatibus infirmorum & aliis fratribus induendis min. tantum & custo. per amicos spirituales, &c. & sic declarat Nicol. 3. & Clem. 5. & ratio id suadet, ut patebit inf. q. 11. quod sic procurando non fit contra regulam, &c. In qua tamen procuratione & recursu, seruanda est honestas nostri status, tam in petendo, quam in procurando, quam in expendendo, tam in uerbis, ut s. non sic nude petitur pecunia, ut commode fieri potest, uitandus est sonus malorum uerborum indecentium, ut ait Hug. 4. cap. & multæ aliae circumstantiæ debitæ seruandæ sunt, ut in q. sequentibus (præfertim q. 8. per totum habetur) ibi latius uideatur. A quibus & pro quibus causis aut necessitatibus, & quomodo sit procuranda & expendenda pecunia, q. 6. & 7. & 8. & 9. habetur.

Quæstio-

**Q** VAE S T I O VI. Quis potest & debet recurrere, seu procurare pecuniam per amicos spirituales? Respondeo per duo puncta, quorum primum est. Ministri & custo. principalius ex regula teneantur necessitatibus fratrum prouidere, etiam mediante pecunia per amicos spirituales, (modo alias debito) ut patet per Nic. 3. art. 4. licet autem, ut ait Bart. Pil. cap. 4. & speculum ff. 8. ubi habetur quod nomen custodis in regula 4. cap. ibi (ministri tantum & custod. sollicitā curam gerant &c.) accipitur propriè, ut uocabulū sonat, & non pro Guardianis. Quāmuis ante declarat. Nic. 3. nomen custodis etiā Guardianos comprehendebat in hoc 4. cap. & alibi sāpius sic erat in usu, ut aiunt 4. magistri & Bonauen. & Hug. 4. cap. Sed ut dictum est iam post declarat. Nic. 3. nomine ministri & custodis in hoc 4. cap. non intelliguntur Guardiani ex ui & tenore regulæ, ut dictum est. Tamen hoc non obstan. concessit dominus Nic. 3. ubi sup. quod ministri & custodes possint hoc committere aliis fratribus tam guardianis quam non guardianis, & tunc ipsi quibus hoc sic commissum fuerit tenentur prouidere sicut & ipsi ministri & custodes ex regula possunt & tenētur. Vnde quia iam hoc cōiter committitur guardianis eo ipso quo guardiani instituuntur, Similiter & eorum uicariis maxime absentibus guardianis. Ideo habetur in speculo ff. 10. quod iam ipsis guardianis est hoc in præcepto sicut & ipsis ministris & custodibus, quāmuis minister & custos teneantur ad hoc principalius & directe tam ex regula quam ex lege prælationis, quoruim est, ut pater filiis prouidere etiam incorporalibus (ut ait expos. sine tit. 4. cap. secundū Ber. Guardiani ait etiam tenentur ad id minus principaliter s. ex commissione saltem generali & tacita, ut dictum est, tam ex regula quam etiam iure prælationis suæ. Nam ut ait expos. sine tit. ubi sup. ex iure naturali & diuino incumbit ipsis prælati præfata prouisio de necessariis uorum fratrum tanquam filiorum indulgentium qui renunciauerunt se ipsis, quo ad corpus & corporalia & animam suam & ipsis tantum prælati propter Deum se subdiderunt, unde nec custos excusat pro negligentia ministri uel guardiani nec econtra. Sed ubi alter deficit alter facere & supplere tenetur, huc ibi. Ergo uidetur resolutoriè dicendum quod ad prouidendum necessitatibus corporalibus fratrum & infirmorū non interue

interueniente pecunia tenentur omnes prælati Min. & custod. & guardiani eo ipso quo instituatur prælati & hoc ratione prælati & ex iure naturali sue diuino, ut dictum est, nisi ubi opus fuerit dispensatione. quia ad potentem dispensare, recurrentum est secundum subiectam materiam. Ad prouidendum autem eorum necessitatibus mediante pecunia tenentur ex uir regulæ & eius tenore principalius & directe min. & custo. tantum : Sed minus principaliter & ex commissione saltem generali ratione officii eis facta possunt, & tenentur idem facere guardiani, tam ex uir regulæ, quam ex concessione Papali, & ex cura tali officio guardianatus sic etiam consuetudine annexa, & oīcēs isti prælati supradicti possunt cōmittere aliis, utpote suis uicariis & aliis huiusmodi, ad hoc idoneis hanc curam prouidendi fratribus in toto uel in parte mediante etiam pecunia: quia ex quo ex officio seu commissione generali ratione officii hoc eis conuenit, & sic possunt aliis committere, & illi quibus hoc ab eis fuerit commissum possunt, & tenentur solum ex uir talis commissionis, & quantum, & quomodo illis committitur, & non amplius mediante pecunia præuidere.

Secundum punctum, quod alii subditi à prædictis non possunt licite se intromittere in procuratione alicuius necessitatis mediante pecunia, nisi habeant licentiam seu commissiōnem ad hoc ab aliquo prædictorum prælatorum: ratio, quia hoc eis specialiter per regulam prohibetur (ibi min. tantum & custo.) ubi per Ly (tantum) excluduntur præceptorie omnes alii à prædictis in i. punto ut cōiter aiunt expos. omnes 4. cap. Bonavent. Hug. exposito. sanctorum patrum, expos. sine tit. & fere. conscient. quæstione 16. secundum Aluarum & tract. de necess. gg. solutione & Ioan. Philippum art. 1. & uthabetur in Serena conf. q. 15. secundum Aluarum, non debent prælati sic indistincte & generaliter concedere subditis procurandi suas necessitates mediante pecunia. Ne dent illis occasionem propinquam transgrediendi regulam & declar. sine uera necessitate, &c. quia ideo solum prælati id regula cōcessit, quia illorum est examinare causas & necessitates, pro quibus est procuranda pecunia & modo debita: quia de illorum scientia & prudentia, & conscientia magis præsumitur, & ut tollatur occasio proprietatis & peculii habendi à fratribus. De quo s. an usus peculii possit concedi & quomodo non latius infra cap. 6. &c. q. 6.

Notandum:

Notandum tamen secundum expos. sanctorum patrum, & expos. sine tit. & habetur in seren. conf. q. 63. secundum Petrum Ioan. &c. quod si notabilis negligentia superiorum aliquando cogerent subditos procurare suas necessitates ueras etiam mediāte pecunia, tales subditi tunc non peccarent, dum modo alias licite secundum regulam & declarat. pecuniam procurent. Nam necessitas caret legē, si est uera necessitas magna, in quo subditi debet cauere à propria affectione. Nec facile sibi ipsiis credere per se, sed ad iudiciū & consilium superiorum & aliorum prudentum expertorum bonorumq; debent stare & operari.

 V A E S T I O V I I . Pro quibus & qualibus rebus seu necessitatis tibus licite possit procurari pecunia.

Respondeo quod pro omnibus rebus seu causis secundum usum moderatum, nobis aut nostro statui conuenientibus seu necessariis, præteritis, præsentibus, uel de proximo imminentibus, & non pro aliis potest licite procurari & expendi pecunia. Nomen pecuniae hic etiam comprehendit denarios. Pro cuius declaratione notandum, quod ex dictis uerbis eliciuntur 5. conditiones requisita in re uel causa, pro qua pecunia licite procuratur. Prima conditio requisita est, quod talis res uel causa sit necessaria ad usum moderatum seu licitū alias secundum exigētiam personæ officii & status. Nam pro rebus non necessariis aut non conuenientibus nobis aut statui &c. non potest procurari pecunia (ut coiter dicunt omnes expos. & declarat, ut inf. dicetur) sed pro prædictis necessariis, ut expresse habetur in declaratio. Nich. 3. art. 2. & 3. & Clemen. 5. art. 6. ubi patet quod non nisi pro prædictis necessitatibus licitum est recurrere ad pecuniam procurandam, uel expendere iam procuratam, etiam si liberaliter donetur offeratur sine ulla petitione, etiam si promissis uel aliis suffragiis debita fit uel donetur à quocunq; etiam in testamentis &c. uthabetur in Hug. 4. cap. & ait F. Gundisaluu. fo. 98. & Fr. Ioann. Philippus art. 2. & ffif. 18. & Serena conf. q. 12. & q. 16. habetur. Quod si non sit prædicta necessitas, frater non potest consentire, quod pecunia aliqua detur, uel deponatur, uel expēdatur pro eo etiam si sit unus denarius: quia declarationes ubi sup. nunquam protali uera necessitate concedunt posse deponi, uel procurari uel expendi. Similiter nec regula alter concedit,

Et licet:

Et licet regula in hoc 4. cap. uideatur solūm concedere posse pro curari uel expendi pecuniam pro fratribus induendis & pro necessitatibus infirmorum, tamen ut ait Bonauent. & expos. sine tit. ibi intelliguntur aliae omnes causæ uel necessitates maiores & etiam omnes aliae similes ubiuncq; occurrentes in uia uel alibi, etiā domi, ut dictum est, secundum exigentiam personarum conditio nis & status, ut hoc etiam late declarant Nic. ubi su. & latius Cle. s. etiam ubi su. ibi (pro prædictis necessitatibus uel similibus cau sis, in uia, uel alibi &c.) ut ait exemplificando Petrus de Ancarra no in dicta Clemen. exiui, §. 1 2. ut pote si non finitur frater suū iter uel nauigationem facere nisi pedagium uel nauulum foluat: quia tunc ad hoc bene potest procurari pecunia per amicos spirituales ut etiam ait speculum ff. 17. secundum Bonauenturam &c. & late de hiis habetur in defensorio contra deuiantes, &c. Expressit au tem regula specialius illas necessitates pro induendis fratribus & pro int̄mis: non quidem ut alias similes, ut dictum est, exclude ret, sed ut innueret regula quod non nisi pro uera necessitate no stro statui decenti & conuenienti, ut dictum est, potest procurari seu recurri ad pecuniam: quia illæ necessitates ibi explicatæ, sunt magis consonæ pietati & charitati, & minus dissonæ paupertati: in aliis autem facilius exceditur & non bonum exemplum exhibetur, ut ait expos. sine tit. 4. cap. ergo patet intentum. Sed quia dictum est quod debet esse res seu causa necessaria: nunc potest dubitari quanta seu qualis debeat & sufficiat necessitas prædicta. An requiratur necessitas stricta, strictissima, aut accommodata secundum usum? Ad quod respondeo, quod non requiritur quod sit necessitas strictissima in rigore uocabuli necessitatis. i. quod sit prope necem, itaq; quod si ei nō prouideatur in minet probabilit̄ mors qui ab aliis dicitur necessitas naturæ seu extrema, ut habetur in summa Ang. tit. necessitas, & in tract. de 10. plag. plaga 1. Sed requiritur & sufficit quod sit res uel causa necessaria oportune seu accommodata ad eos usus rerum quinobis sunt licite ex regula & aliunde. Et ut breuiter & clarius resoluitur, dico quod illa est uera necessitas rerum & causarum pro qua licitum est procurare pecuniam, quæ manifestam necessitatem præsentem uel imminentem probabiliter demonstrat: & talis si non ei prouidetur, status ei debitus officii cōitatis uel personæ particularis sine detrimen to

detrimento commode stare non posset, modo sit spiritualis modo corporalis necessitas talis (ut ait Hug. & speculum ff. 19.) de necessitate corporali patet exemplificando de alimentis uestibus, lectis, domibus, libris pro officio Diuino, & pro studio literarū, pro prædicatoribus, tam in communī quam in particuliari, & aliis huiusmodi requisitis ad exequationem officiorum cuiusq; quia ad licitum moderatum usum horum & similium potest procurari pecunia, ut aiunt 4. magistri, & in tract. de necess. congr. solu. fo. 106. &c. De necessitate autem spirituali, exempli gratia, quādo si, sine illa non possit fieri aliquod grande bonum, uel uitari ali quod malum graue, sicut dicitur quod necesse est nostros benefactores, amicos & parentes uenientes ad nostros conuentus tractare charitatiē, hilariter, & huiusmodi, quia ad eos hospitandum & honeste ut oportet cibandum, potest procurari pecunia (ut habetur in tract. 10. plag. plaga 1.) & ut decet illos & nos simul, utrumq; enim est in hoc considerandum. & quid decet hospitandum & hospitatum, non enim licet procurare pecuniam ad superflue & laute cōuiuia faciendum illis, ut dicetur paulo inferius: & sic patet quod pro lucrandis indulgentiis & accipiendois bullis uel cruciatis, licite potest procurari pecunia dum modo alia requisita concurrant, quāvis acto compendii tit. cruciata post 55. fo. 49. & fo. 50. dicat oppositum, quo ad hoc est enim grande bonū spirituale indulgentiarum acquisitio &c. huiusmodi, & uitatur per eas & per bullas alias licite acquisitas magnum malū penæ & purgatorii, & periculum peccati, ut patet. Sed quia dictum est quod solūm ad necessitates prædictas oportunas ueras, non autem ad fictas uoluntates, neq; ad usus splendidos superfluos seu curiosos necq; ad relaxationes curiositates seu appetitus, sed ad usus solūm moderatos supradicto modo probabiliter & oportune, seu commode necessarios & licitos alias, licitum est recurrere ad pecuniā (ut dictum est, & habetur in prædictis expositoribus & decla. & Ioann. Philipp. art. 6. latè prosequitur) & habetur in speculo ff. 19. 18. Notandum ad debite hæc omnia agnoscendum, quod superfluum dicitur, & est id quo sublatō reliquum commode sufficit, ut duo si unum sufficit, tunc superfluit alterum, & tria si duo &c. Curiosum est quod sit ad deletionem sensuū, ut picturæ, pulchritudo & decor ubi simplex ædificium uel huiusmodi absq;

absq; talibus curiositatibus picturarum & cælaturarum, & huiusmodi pulchritudinum & decoris sufficeret. Preciosum est quod ultra ualorem sufficientis necessitatis respectu nostri status habet ut ubi sufficit crux argentea quare auream & similiter procurare ampullas & lampades argenteas, ubi sufficient stagneræ, & idem de candelabris & huiusmodi, quæ omnia attenduntur maxime in numero, quantitate, qualitate, præcio, sumptuositate & deco-re, ut habetur in specul. ff. 18. ex Hug. 6. cap. de quo latius infra 6. cap. q. 15. Item ad bene iudicandum an prædicta uera necessitas & usus, seu causa sit conueniens sui statui, & per consequens an sit sufficientis ad pro curationem pecuniaæ, debet prælatus seu frater procurans pecuniam considerare hæc duo, scilicet nostrum statu, & nostram obligationem qualis sit. Nam status noster non est sicut aliarum religionum, sed est status magna paupertatis & humilitatis, & nostra obligatio est ad aliquos arctos usus contractos in regula & ad usum moderatum aliorum omnium rerum a nobis utilium, ut de hoc latius inf. 6. cap. q. 14. & q. 15. ibi uideatur, quia ideo hic supponitur breuiter tractat. & ideo aliquis usus rerum a nobis utilium ut pote ciborum, uestium &c. est moderatus respectu aliorum religiosorum diuitum & potentum do minorum: qui respectu nostri qui sumus pauperes erit usus diues abundans superfluus uel curiosus, ut patet clare: quia respectu magnatorum aliquis usus & cibus quotidianus est moderatus qui respectu pauperum & infimi status est usus diues & festiuus. Sic ad propositum, ideo notanter dicunt omnes declarationes & docto-  
quod prædicta necessitas & usus moderatus noster debet attendi secundum statum nostræ professionis personæ & conditionis &c ad hoc quod dicatur necessitas uera pro qualicunque sit procurare pecuniam. Et ideo in hac prima conditione suprapositum & dictum est, quod requiritur & sufficit, quod sit uera necessitas opor-tuna seu commoda, ad usum moderatos seu licitos alias, secundum exigentiam personæ officii et status. Et secundum omnia prædicta limita et intellige Aluarum apud serenā conscientiā q. 12. dicentem quod expensæ uoluptuosæ omnibus prohibentur, utiles secularibus conceduntur, necessariae autem religiosis maxime con-geduntur, non iocalia neq; præiosa, aut superflua, et cætera.

Similiter

Similiter limita Petrum Ioann. apud seren. conscienc. q. 48. dicentem, quod grandis necessitas requiritur, &c. Similiter limita Remigium apud seren. conscientiam, q. 16. dicentem, quod necessitas debeat esse prope necem, sine qua quis uiuere non posset, &c. Nam sufficit necessitas commoda, ut dictum est, & habetur in locis præallegatis, ut late habetur in defensorio contra scrupulose deuiantes, fol. 196. &c. Ex dictis patet, quod contra regulam faciunt procurantes mediante pecunia res superfluas, siue sunt ornamenti, aut uasa ecclesiastica, scilicet calices, tapetes, &c. uel libros duplicitos de eadem materia, uel res alias non necessarias, aut facientes ædificia, uel officinas non necessarias, uel statui pauperi nostro non conuenientia. Item procurantes res nimium preciosas, etiam calices, cruces, & huiusmodi quibus uti possunt fratres, non mediocria, uel non mediocris precii, siue uasa argentea, ampullas lampades, candelabra, thuribula, nauiculam argenteam, quamuis in uases deputatis, ad cultum Diuinum tolerabilius hoc fiat, maxime in calicibus, ubi id est decens, ut latius inf. 6. cap. q. 14. habetur.

Item procurantes curiosa, ut pote elaborata ædificia, ornamenta expolita nimis, &c. ut de hiis latius infra 6. cap. ubi sup. & hoc habetur in spec. ff. 21. Similiter contra regulam facit qui median te pecunia procuraret uel acceptaret gallinas, perdices, &c. huius modi preciosos cibos, ubi haberet sufficienter cōmunes ad usum moderatum (nisi forte aliquando pro aliqua causa rationabili, ut pote ratione alicuius personæ, aut pro necessitate infirmitatis acceptarent, uel id fieret ex iudicio rationabili prælatorum, ratio, quia prædictorum preciositas & superfluitas & curiositas rerū uti lium est nobis prohibita, & maxime mediante pecunia, nisi ut dictum est, aliquando & causa rationabili. Ideo tract. 10. plag. plaga 1. dicens quod secluso scandalo, bene liceret communiter procurare gallinas mediante pecunia, sicut & lardum, ex quo necessitas in habendo cibum non est determinata per regulam, quod tali uel tali cibo utendum sit. quod ergo gallinam & omnem cibum non est determinata per regulam, quod tali uel tali cibo utendum sit. quod ergo gallinam & omnem cibum qui mihi liceret si daretur uel si haberetur sine pecunia, possum ego procurare tunc mediante pecunia, ex quo talis cibus est conueniens meæ professio-

ni & non prohibitus, ex quo licitum est etiam procurare median te pecunia omnem cibum non alias prohibitum ex mea professio ne, hæc in p̄ædicto tract. Dico ergo quod hoc eius dictum, salua reuerentia, non uidetur uerum. Nam licet res sit mihi utibilis in se, non tamen quilibet usus rei, quia tenemur regulariter iuusu rerum talium seruare moderationem, non solum in quantitate & numero, sed & in qualitate, ut caueatur nimia preciositas & curiositas, & superfluitas, non solum uestium, & aliorum quorumcūq; sed & p̄cipue in uictu & cibariis, maxime mediāte pecunia procuratis, ut patet ex dictis. Nunc autem usum gallinarum regulariter aut coiter constat non esse moderatum, respectu pauperum & religiosorum existentium in statu magnæ paupertatis, quales nos sumus, & nos iactainus, ergo nisi ex casu & ex causa, non licet medante pecunia procurare gallinas, quia etiam si aliquando oblatas possemus lícite comedere, etiam sine alia causa, nisi quia offenduntur deuote, cum etiam habentur sufficienter carnes coes, non tamen tunc possemus tales gallinas mediante pecunia procurare, ex quo specialiter pecuniae recursus prohibetur, nisi ad res necessarias & ad usus moderatos, ut dictū est. Et sic patet hæc prima conditio. ¶ 11. conditio necessario requisita in re seu causa pro qua pecunia procuratur est, quod p̄ædicta necessitas sit præterita seu p̄æsens, seu imminens de propinquo, non autem futura, seu possibilis. Pro quo notandum, quod necessitas est triplex, scilicet p̄æsens imminens, & futura seu possibilis. P̄æsens dicitur necessitas, quæ est certa & determinata, & statim incōtinenti necessaria, ad quam reducitur necessitas præterita, quando scilicet pro aliqua re iam empta debet quis procurare solutionē, & de hac necessitate p̄æsenti loquitur Nic. 3. art. 3. scilicet cæterum ibi (quæ pro tempore occurrit, &c.) Secunda uecessitas dicitur imminens, eminens, ingruens, emergens, uel appareniam de propinquo, & est illa quæ est certa & determinata, & incipit iam esse: non tamen est statim necessaria ut prima, sed in breui certitudinaliter speratur & cognoscitur euenire, etiam si in se habet tractum temporis annexū in sua exequitione, ut ait Nic. 3. ubi sup. ibi (& quia oportet & expedit, &c.) & exemplificat in libris scribendis, ædificiis faciendis, & similibus, & dicitur imminens (secundum ioan. Philip. art. 3.) quasi intus manens per notitiam certam probabiliter & per eius inchoationem.

Tertia

Tertia necessitas dicitur futura seu possibilis, & illa quæ non est certa & determinata, nec de p̄æsenti nec imminentि certitudinaliter speratur, neq; apparet: sed tempore p̄æsenti eueniet aut euenire potest: ut si pro anno futuro quis procuret oleum, uinum, &c. timens carissimam futuram &c. & sic patet quod s̄æpe expositores, & statuta uocant necessitatē determinatam illam quæ est prærita p̄æsens, uel imminens, quia talis est iam certa & indeterminatam uocant illam quæ est futura, quia non est certa, & etiam uocatur indifferens propter eandem causam: & sic uidetur frater Ioan. Philipp. & in tab. 8. Vic. g. accipere & alibi s̄æpius, quod est ualde notandum pro dicendis infra qu. 8. conditione 2. quia propter hanc inaduentiam uocabuli uidentur multi errasse, dicentes esse necessarium quod necessitas explicaretur determinate & expresse danubis pecuniam quod ibi probatum est, non esse necessarie ibi videatur. Nunc ergo dico, quod solum pro illis duabus primis necessitatibus p̄æsentibus aut imminentibus licitum est procurare pecuniam, non autem pro futuris & incertis, ut patet ex Nic. 3. art. 3. & art. 2. ibi insuper nec utensilia, &c. uel sub colore prouidentiæ in futurum &c. Ex quo patet, quod si nō possumus recipere aliquam ad prouidendum in futurum. ergo multo minus solutionem ipsius mediante pecunia. Ratio est, ut ait Clemens 5. art. 7. quod ex regula specialiter obligamur ad non prouidendum in fututum, cum aliter possemus commode uiuere: sed in Diuina prouidentia ponere spem nostram, non in futurarum incertarum necessitatum prouisione. Hoc enim est p̄cipuum insigne nostræ paupertatis, scilicet respectu talium futurarum necessitatum, non habere aliquam certitudinem polyticam humanæ, sed solius diuinæ prouisionis fiduciam, ut latius inf. cap. 6. q. 12. habetur. ideo pro istis necessitatibus futuris & incertis supradictis, non solum non potest non procurari pecunia, sed neq; consentire in eius depositione uel expensione, etiam si sit legata, liberaliter oblata, etiam promissis aut aliis exequiis, aut causis quibuscumq; utsup. in 1. conditione dictum est. Et cum hiis omnibus supradictis expresse lateq; concordant omnes expositores, ut patet in tract. de necess. congr. solut. & ioan. Philippus art. 6. & speculum fff. 18. ex quo patet quod nil refert quod procuretur pecunia pro re iam empta, aut statim emenda, dummodo sit necessitas imminens, & non futura.

d 2 Ex

**E**x quo patet etiam secundum idem spectulum ff. 21. quod contra hoc faciunt ut regulæ transgressores illi qui diffidentes de Divina prouidentia faciunt magnas & excessiuas congregatiōes grani, uini, olei aut piscium & similiū pro prouisione futura, necessitatis possibilis nondum imminens, mediante pecunia, cū adhuc etiam non interueniente pecunia id fieri non possit, ut dictum est & dicetur cap. 6. Similiter illi qui consentiunt uel permittunt deponi pecuniam, etiam si detur pro missis legatis, uel alias quomo docunq; à quibus cunq; etiam, si à parentibus liberaliter offeratur sine necessitate præsenti uel imminent, cogitando quod non deerit necessitas futura uel infirmitas in quam expendatur, non enim plus habemus aut possumus circa pecuniam legatam uel liberaliter oblatam, quam circa procuratam, aut circa oblatam promissis, &c. Eadem enim est ratio quomodo cunq; & undecunq; pecunia sit, ut dictum est, quo ad nos.

**¶** Tertia conditio requisita est, quod tempore procurationis pecuniae non sint aliae eleemosynæ pecuniariæ indifferentes, seu indeterminatae deposita pro necessitatibus: ex quibus pecuniis indifferentibus possit sufficenter talis necessitas prouideri, simul & aliae necessitates ueræ præsentes & imminentes. Nam si esset pecunia deposita indifferenter pro necessitatibus, & sufficiens pro omnibus necessitatibus prædictis, etiam pro tali necessitate imminente: iam talis frater seu fratres procurantes pecunias, non haberet ueram necessitatem ad procurandam nouam pecuniam, & per consequens non possent licite illam procurare, uel oblatam quomodo cunq; acceptare uel permittere deponi ut dictum est. Et hoc patet ex Nic. 3. art. 3. ibi, & cessantibus eleemosynis de quibus satisfieri commode tunc non posset &c. ergo à contrario sensu stantibus eleemosynis pecuniariis de quibus satisfieri tunc cōmode posset, non potest licite fieri procuratio nouæ pecuniae, ut dictum est. Dicuntur autem indifferentes seu indeterminatae eleemosynæ pecuniariæ: illæ quæ simpliciter offeruntur nec per ipsos offerentes seu deponentes sunt alicui certæ necessitati uel usui deputatae: & de istis sic indifferentibus si sunt sufficietes ad omnes necessitates ueras, debent solui omnes necessitates ueræ supradictæ, priusquam alia procuretur de nouo uel acceptetur, tam necessitates communitatis, quam etiam necessitates particulares cuiuscumfratris subditæ

diti: quia in nostra religione ubi non habemus proprium in communioneq; in particulari, nulla est differentia quo ad eleemosynas indifferentes supradictas pecuniarias, inter communitatem & fratrem particularem: sed prælatus tenetur de ipsis eleemosynis communibus indifferentibus prius prouidere necessitatibus communibus & particularibus fratrum, prout expedit si tales eleemosynæ sufficiunt omnibus antequam aliqua alia pecunia procuretur uel acceptetur, pro communitate uel pro aliquo particulari fratre, ut dictum est. Et cum hiis omnibus concordant communiter doct. ut patet in dicto tract. de necessar. congr. solu. Et fratre Ioanne Philippo art. 6. & tract. defenso contra deuiantes fol. 19 & speculum ff. 9. & sic habetur declaratum in tab. 8. Vic. g. & in tab. 9. quod si de eleemosyna pecuniaria deposita apud amicum spiritualem, prius debet expendi, antequam alia petatur, uel recipiatur, hæc ibi. Vbi notandum secundum ff. 19. ubi supra, quod ad securitatem conscientiarum & puritatem regulæ seruandam, quando aliqua pecunia statibus offertur, siue sit legata in testamento, siue alio quocunq; modo promissis uel alias oblatæ. Primo prælati uel fratres pecuniam procurantes debent consyderare prius an habent ueram necessitatem præsentem uel imminentem. Deinde considerare an talis necessitas possit incontinenti expediri: utpote si est pro debitibus præteritis, uel si est necessitas præsens, & tunc debent dicere danti eleemosynam: ut s. pro sua necessitate eam det, uel committat alicui qui suo nomine id faciat, ut latius de hac notificatione habetur q. 8. sequente. In secunda conditione secundum communiter doct. tenentes quod requiritur talis notificatio Nam secundum aliam opinionem quam credo ueriorem, non requiritur talis notificatio determinatae necessitatis, ut ibidem latius habetur. Si autem prædicta necessitas non potest cōmode statim expediri uel exprimi, utpote quia habent plures necessitates, & nescitur quæ sit magis necessaria, tunc potest prælatus permettere seu consentire quod talis pecunia deponatur, donec ipse deliberet & notificet aliquas necessitates ueras, si talis notificatio potest fieri commode, quod ipse breuius quam poterit debet facere, & hoc taliter est faciendum, quod dicta eleemosyna non remaneat indifferens in aliquo seculari, ad dispositionem fratrum quousque ipsis offeratur necessitas (nam istud esset thesaurizare, uel necessitati

cessitatibus futuris prouidere contra reg. & declar. ut sup. dictum est. De qua notificatione q. 8. dicendum est, ibi uideatur. Item notandum quod quando eleemosyna quæ offertur, non sufficit oibus necessitatibus, semper debet prælatus uel frater procurans illas prius prouidere quæ magis necessitatibus fratrum & coitati sunt necessariae, ut sunt necessitates pro ui stu & uestitu. Deinde alias cæteris paribus secundum iudicium prudentis. Item debent laborare fratres, quod talis pecunia etiam determinata breuius q̄ poterit expendatur, ne sit occasio transgressiois in aliquo. Quod si uera necessitatem præsentem uel imminentem non habent fratres, non possunt eam acceptare, ut dictum est. Notandum tamen secundum Ioan. Philippum art. 6. quod si aliquæ eleemosynæ pecuniariæ sint depositæ, determinatae ad aliquam ueram necessitatem fratrum, & postea proprio motu ipsi dantes absq; fratrum inductione uel persuasione tales eleemosynam ad superfluitatem ædificiorum uel picturarum uel ornainmentorum sumptuosorum, uoluerint conuertere, tunc non obstat. tali pecunia, bene possunt fratres procurare aliam eleemosynam pecuniariam pro sua uel suis prædictis ueris necessitatibus, ut dictum est. Ex dictis patet quod contra regulam & declar. faciunt fratres procurando per plateas uel per mercatus, uel curias, aut apud dominos, seu alias quascunque personas eleemosynas pecuniarias uel permittendo oblatas deponi, cum sunt aliæ indifferentes & sufficientes pro omnibus ueris necessitatibus depositæ apud aliquem, ut patet ex dictis.

¶ Quarta conditio est, quod talis res necessaria, cuius satisfactio mediante pecunia procuratur, non sit commode mendicabilis, seu quod sit talis qualitatis, de qua uerisimiliter credatur quod fratres bono modo, seu commode, seu sine magno discursu & distractio ne, seu sine melioris boni impedimento eam habere possunt mendicando, sine recurso ad pecuniam. Nam si commode bono modo ut dictum est, potest haberi etiam mendicando ostiatim, uel alias sine pecunia: tunc non est securum recurrere ad pecuniā procurandam seu expendendam protali re comode mendicabili, ratio, quia tunc non est uera necessitas recurrendi ad pecuniam protali re comode sine pecunia potest haberi. Pecunia autem procuratio, non nisi pro uerè necessariis rebus concessa est per regulam & extensa per declar. Nic. 3. & Clem. 5. solū ad alias ueras necesi-

fita

sitates, ut sup. in prima conditione habetur. Facit & ad hoc Nic. 3. art. 3. ibi (cessantibus eleemosynis de quibus tunc satisficeri commode non possit &c.) ergo à contrario sensu, si adsint eleemosynæ de quibus tunc commode mendicando satisficeri potest, sequitur non potest procurari pecunia. Et cum hiis omnibus concordant communiter doct. ut patet expressius in tract. de necess. cōgr. solu. & Ioann. Philipp. & speculum ffff. 19. Et notandum, quod licet prædicta auctoritas Nic. 3. ibi (cessantibus eleemosynis, &c.) non faciat directe ad probandam hanc quartam conditionem, eo quod ibi Nic. 3. directius loquitur de eleemosynis pecuniariis, ut in 3. conditione precedente allegatum est: ut certe ipsa declaratio innuit, ut latius nititur probare hoc tractatu defensori. contra deuiantes fol. 149. Tamen adhuc standum est dictis in hac 4. conditione, quæ probata est ratione, quod si res esset commode mendicabilis, iani non esset necessitas recurrendi ad pecuniam pro ea, & quod non potest licite recurrere ad pecuniam etiam pro necessitatibus infirmorum, pro pane, uino, carnibus, &c. pro infirmis quando alias commode sine pecunia talia possunt haberi ut dictum est, ut patet. aliquando periret mendicitas ad quam tenemur, ut dicetur latius 6. cap. q. 13. Si pro quacunq; re nobis utibili & necessaria pro pane, uis, carnibus, commode mendicabilibus, statim relicta mendicatione licitum esset recurrere ad pecuniam, ergo standum est dictis, sed communiter doct. sicut & tandem concordans cum dictis tract. defenso. contra deuiantes, ubi sup. latius id concludit: licet etiam ibi bene dicatur contra quodam scrupulosos qui pro nulla re mendicabili putabant licitum esse recurrere ad pecuniam. Probatur ibi & quidem pulchre: quod pro quacunq; re necessaria mendica, si tamen non sit commode mendicabilis bono modo sine distractione magna & discursu, aut sine impedimento melioris boni aut debiti ordinis & regiminis fratrum quod licite recurrere ad pecuniam, alias non. quodq; hoc intendit Nic. 3. & Clem. 5. in diuersis locis, si oīa simul conferatur, & hoc est tenendum. imo & habetur in spec. & tract. de necess. congr. sol. & Ioan. Philip. &c. ubi sup. quod quando talis mendicatio commode potest fieri pro necessitatibus, nō potest licite recurrere ad pecuniā relicta mendicatione propter leuem laborem, uel ut in maiori abundantia, aut curiosius habeantur & prouideantur fratribus nisi

Nisi aliquādo ex casu & ex causa rationabili, ut pote in aliquo magno festo, aut in labore itineris aliquando potest relata tali mendicacione recurri ad pecuniam, ut sic facilius prouideatur necessitatī tunc oportune, ut dictum est. Tunc enim non est omnino cōmoda mendicatio, sed potius uidetur non cōmoda, pro tunc saltem ex parte & ex causa. Contra prædicta faciunt fratres qui sine aliqua consyderatione quoties possunt, recurrent ad pecuniam, non consyderando an commode mendicando possit haberiprovisio necessitatī sine pecunia an non.

¶ V. conditio, quod prædicta necessitas sit propria ipsorum fratrum procurantium pecuniam, uel sit necessitas suarum domorū, uel subditorum seu commissorum curæ, potestati seu iurisdictiōni ipsorum fratrū procurantium pecuniam, non autem debet esse necessitas aliena, seu aliorum: quia pro tali necessitate aliena, seu aliorum, à prædictis non potest procurari pecunia, modo talis necessitas aliena sit secularium quorumcunqz, modo sit fratrū aliorum, etiam prætactu charitatis aut amicitiæ: non inquam potest pecunia procurari aut deponi cum intentione dādi aliis à prædictis, neqz potest pro aliis expendi, neqz de ea potest aliquid emi cum intentione dandi illud sic emptum aliis à prædictis, etiam si sit oblata liberaliter seu pro missis data, aut debita, aut pro prædicatione aut legata, aut aliunde quomodo cunqz proueniēs: quia nulla differentia est in hac uel in illa pecunia, quo ad hoc secundum declar. Nic. 3. & Clement. Et ratio huius est, quia solum pro prædictis propriis uel sibi commissorum necessitatibus concedit regula & declarationes posse procurari seu recurri ad pecuniam per amicos spirituales, ut etiam patet in Nicol. 3. art. 3. ibi uoces suas &c. & ergo per consequens ait Clem. 3. arti. 6: quod omne aliud quod non conceditur, intelligitur denegatum, ex quo omnis procuratio pecuniae generaliter nobis prohibetur. Et cum prædictis omnino & expresse concordant communiter expositor res, ut patet in tract. de necess. congr. solu. secundum Hug. 4. c. & tractatum 10. plag. plaga 1. & in speculo ff. 19. & 21. latius habetur. Et sic patet. quod ipse frater sibi ipsi potest pro suis necessitatibus procurare seu recurrere ad pecuniam. Secundo prælatus pro necessitatibus subditorum & famulorum & domorum suarū modo sint subditi simpliciter sub eius obedientia & cura, modo sine

sint subditi secundum quid seu ad tempus, ut sunt hospites, pro quando sunt hospites in conuentu uel in guardianatu suo exentes, maxime quando à talis prælato petunt sibi succurri etiam si sint itinerantes: idem dic de custodibus respectu fratrum, domorum, & famulorum, &c. suarum custodiarum, uel intra suas custodias. Et idem de prouincialibus in suis prouinciis, quia per se possunt procurare pecuniam & ad eam recurrere, & committere idem, seu mandare aliis subditis suis pro prædictis omnibus suarum administrationum respectu s. guardiani in suis guardianatibus, custodes in suis custodiis, prouinciales in suis prouinciis id possunt facere, & committere, & mandare pro prædictis necessitatibus, dum modo seruentur omnes aliae conditiones suppositæ in hac quæstione & infra ponendæ in q. 8. sequenti, & q. 9. &c. Ideo unus guardianus seu frater potest de licentia sui custodis seu prouincialis procurare pecuniam pro necessitate alterius guardiani uel subditi, dum modo uterqz frater s. procuras & pro quo procuratur pecunia, sit subditus illius prælati, de cuius licetia procuratur: ut patet ex dictis, alias non sine licentia min. g. uel cap. g. saltem tacita uel probabiliter præsumpta: quæ quidem licentia iam habetur ut prælati s. min. prouinciales & custo. id possint, & dum modo seruentur omnes aliae conditiones requisitæ circa pecuniam, ut dictum est. Sed de hoc s. quomodo unus guardianus seu frater potest pro altero procurare elemosinam, & commutare cum eo, & expendere seu transmittere pecuniam missarum uel &c. latius habetur infra q. 9. &c., ibi uideatur. Tertio uidetur dicendum quod quis frater potest procurare pecuniā pro omnibus suis sociis eundibus in itinere ad necessaria eorū pro itinere, aut pro omnibus cum quibus est seu uiuit, & nomine illorum pro necessariis ad coniunctum eorum omnium simul ex quo sua propria necessitas includitur, ut pars in cōi necessitate illorum dum modo omnia alia requisita etiam ex parte aliarum conditionum & præceptorum seruentur. Quarto uidetur saluo meliori iudicio, quod magna necessitas parentum aut filiorum in seculo existentium quibus filius religiosus ex iure Diui. succurrere tenetur, ut patet ex dictis su. cap. 2. q. 6. &c. Similiter & pro soluendis debitibus ad quæ tenetur, ut supra cap. 2. q. 5. &c. potest licite frater min. procurare pecuniam quantum est ex parte huius quintæ conditionis. Ratio, quia istæ necessitatem ad

tes ad quas soluendas tenetur ut comode potest reputantur pro priè: sicut & debitum contractum in religione seu ad soluendum rem emptam , cuius solutionem tenetur iure naturali & Diuino procurare, quia similiter tenetur iure Diuino uel naturali ad prouidendum uel soluendum debitum patris & creditorum & aliorū eiusmodi si qui sunt. Ita quòd resolutoriè dicēdum uidetur quòd potest licite procurare pecuniam frater min. pro omni necessitate aut pro soluendo debito: ad quòd alias de iure naturali Diuino, humano, tenetur, uel dū manet religiosus. Ideo pro relevando quo cunq; ab extrema necessitate probabiliter imminentē potest licite imo & forte tenetur procurare pecuniam dum aliter non cōmode potest prouidere. Ratio omnium dictorū est, quia ex quo ad prouidendum tali necessitate aut debito tenetur quocunq; iure & quā tum comode potest ( ut supponitur ) potest autē mediante pecunia ergo licitum est & sēpe necessarium mediante pecunia prouidere: & quia talis necessitas reputatur sua: ex quo ad ipsam ipse tenetur relevādam uel soluendam sicut prælatus ad necessitates subditorum, ergo. Hæc omnia intelliguntur semper seruatis omnibus aliis conditionibus & requisitis quæ in procuratione propriè necessitatis mediante pecunia sunt necessario seruādæ, tamen ex parte ipsius necessitatis, quām dantis quām depositarii, quām ex parte fratrū in modo procurandi deponendi & expendendum pecuniam, ut dictum est, per totam hanc quæstionem & dicetur in quæstionibus subsequentibus proportionabiliter ibi videatur. Ergo uidetur quòd licet non liceat procurare pecuniam pro aliis à prædicis, tamen bene licitum est intercedendo rogare aliquem ut prouideat necessitatibus alicuius uel aliquorum etiani mediante pecunia, ut faciunt etiam prædicatores in suis sermonibus emendando pauperes etiam nominando pecuniam quòd illis erogetur dum modo non amplius se intromittat quām requirit officium in tercessoris aut rogantis aut consulentis in petendo, uel disponendo quomodo illi erogetur pro quo intercedit seu consulit sicut intercederet pro aliquip rogando uel consulendo quòd & quomodo debitam illi pecuniam solueret. Ideo in hoc bene credo quòd licet nominare personam cui cōmittatur pecunia eroganda pauperi uel pauperibus, ut aliquando prædicatores in sermonibus publicis faciunt, dummodo id faciant solum tanquam intercessores uel

uel consultores, & non nomine suo sed aliorum: & dum modo id constet sufficienter aliis. Itaq; quo scandalum & occasio propinqua peccati omnino seu sufficienter remoueatur, & dummodo tales fratres ab hoc non prohibeantur per suos superiores. Nam ex causa seu ne detur aliis accaſione praeue iudicandi seu errandi aliquomodo aut alias ex causa potest hoc prohiberi licite & ualide etiam sine culpa : & tunc etiam obediendum: & ideo alicubi habetur statutum quòd prædicatores in sermonibus quando cōmēdat populo pauperem uel pauperes aliquos, non nominent ipsi personam quæ surgat ad petendum &c. Tandem ad maiorem omnium prædictorum declarationem, Notandum quòd si iudicium quando est uera necessitas & causa habens omnes prædictas conditio nes requisitas ad procurandum pecuniam, quando non omnino relinquitur ipsis prælati, quorum iudicio in hoc est stādum, quando ipsi præcipiunt uel procurant pecuniam pro necessitatibus cōuentus aut aliorum sibi commissorum, & modo ipsi prælati bene iudicent, modo non fratres suōditi eis obedientes & eorum iudicio & determinationi sunt omnino securi alias non, ut habetur in speculo ffff. 19. ut latius de hiis inf. cap. 6. q. 19. &c. & cap. 10. q. 2. &c. habetur. Quando autē frater ipse procurat mediante pecunia suas necessitates, tunc ipse tenetur uel facere ueram relationē suo prælato, uel in absentia prælati facere ueram relationem aliis prudentibus & bonis uiris religiosis, ut iudicent an sit uera necessitas, dum ipse non est certus de ea, & sic securius stabit eorum iudicio pro & contra se, alias ipse tenebitur de sua temeritate supreme solus male iudicat, putans esse ueram necessitatem habentē omnes supradictas conditiones: si in rei ueritate non sic erat uera necessitas, sed potius erat notabilis relaxatio. Ideo si notabiliter excedit contra prædicta quia & erit mortalis transgressio contra regulam & declarationes nisi per ignorantiam inuicibilem circa aliquid excusetur.



V A E S T I O VIII. Quomodo secundum regulam & declarat. Nic. 3. & Clem. 5. sit procuranda & deponenda pecunia, aut quæ conditiones sunt necessario seruādæ in procurando & deponendo pecuniam apud aliquem.

**P<sup>2</sup> conditio.** ¶ Respondeo quod nos possimus habere uno modo per Syndicū Papæ secundum dispensationes Martini 4. & Marti. quinti, & hoc modo facilius nos haberemus, licet non tam purè nec omnino secundum regulam, & non teneremur seruare multa quæ in hac s. q. & in aliis 7. quæstionibus sequentibus habentur, ut de hoc habetur latius infra q. 16. &c. ubi de Syndico agitur. Alio modo secundum declarationes Nic. 3. & Clem. 5. per amicos spī rituales secundum regulam, & hoc modo sunt multa seruitudia quæ omnia continentur in hac q. 8. & aliis 7. q. sequentibus, in quibus agitur de hoc modo procurandi pecuniam, & de hoc modo habendi nos circa eam secundum declarat. Nic. 3. & Clem. 5. & secundum regulam, quod in hoc sunt necessariæ aliquando tres cōditiones duntaxat, & hoc quando pecunia quæ procuratur nō de ponitur apud aliquem, sed ipse metans eam expendit statim uel reseruat in se ut ipse expendat oportune, tunc enim solum tres cōditiones requiruntur. Quarum prima cōditio est, quod nullo modo fratres contrahant mutuum propriè sumptum, pro quo notandum, quod propriè mutuare est pecuniam alteri concedere ad usum cum obligatione qua recipiens mutuatam pecuniam manet obligatus ad soluendum æquivalens, modo ipsa obligatio fiat ex pressæ, modo tacite: & talis qui dat talem pecuniæ mutuo dicitur mutuare, qui accipit autem dicitur mutuari, & ipsa pecunia sic mutuata dicitur mutuum: id est, de meo tuum facere. Ideo in tali mutuo propriè dicto dominū pecuniæ mutuatæ trāsit in eū qui eam mutuo accipit, modo accipiat per se, modo per alium: quia & talis per quēm seu apud quem talis pecunia mutuato deponitur, tenet eā nomine & auctoritate recipientis in cuius dominio est pecunia ipsa, non aut auctoritate nec nomine dantis cuius non est pecunia. Concordare aut, est concedere alteri rem eandem numerō restituendam, ut equum, uestem &c. de qua cōmodatione non hic agitur, Sed latius infr. 6. cap. q. 5. Mutuare autem impropriè seu largè est pecuniam concedere ad usum seu necessitatē alterelevādam seclusa obligatione polytica supradicta: sed solum cum obligatione naturali aliquali, quas f. recipiens talem mutuatam pecunia seu is pro cuius necessitate recipitur aut datur, promittit se bōa fide laborare ut comode potuerit, quod ei satisfiet & soluetur: & talis qui sic dat talem pecuniam mutuo, dicitur mutuare, & is qui accipit

cipit seu pro cuius necessitate datur aut recipitur dicitur mutuari: & ipsa pecunia mutuata dicitur mutuū largè & in propriè: id est, de mea pecunia tuam facere, uel ad tuam utilitatem dare &c. & in talimutuo si non seruarentur modificaitones secundum Nico. 3. & Clem. 5. bene posset transire dominum pecunia & usus & receiptio seu eius contrectatio uera esset apud recipientē: quod si seruantur conditions quæ ponentur secundum Nic. & Clem. tunc nec dominum neq; eius contrectatio esset apud fratres pro qua datur seu deponitur talis pecunia sic impropriè mutuata. Hæc omnia clarè possunt haberi in summistis tit. mutuum, & tit. commodatum. & 4. magistri etiam ponunt in cap. 4. & 6. & Hug. & elicuntur ex Nic. 3. art. 3. saltem quod mutuum impropriè acceptum sit eomodo ut dictū est. Nunc ergo patet prima conditio, quod si fratres min. non possunt contrahere mutuum propriè dictum. Ratio, quia ibi est obligatio polytica ad soluendum, cuius obligatiōnis sunt incapaces ratione paupertatis, ut infra 6. capit. q. 5. habetur. Item est ibi dominium & usus pecunia & seu contrectatio per se uel per alium quod etiam nobis prohibetur in hoc 4. cap. ergo. Et hoc expresse prohibet & declarat. Nic. 3. art. 3. dicens sic. Dicimus in primis quod fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineat, cum eis mutuum contrahere ipsorum statu considerato non liceat &c. patet etiam quod hoc modo non possunt etiam petere mutuum per interpositam personam, quia s. non possunt committere alicui personæ, ut nomine ipsorum fratrū tale mutuum procurent: ratio patet quia nec per se nec per alios possunt fratres accipere pecuniam, uel se obligare. Ideo illa persona interposita nomine fratrū non aliter possunt mutuum uel pecuniam procurare, nisi eomodo quo ipsi fratres possent, alias fratres essent regulæ transgressores: ut Hug. cap. 4. & patet ex dictis. Mutuum autem impropriè bene possunt fratres procurare in eo casu, & pro illis necessitatibus, & eomodo quo & pecuniam liberaliter sibi seu pro suis necessitatibus dari, possunt procurare. Ratio, quia ibi nulla est obligatio: Negat dominum ex parte fratrū, ut patet ex dictis, & expresse hoc ait Nic. 3. ar. 3. dicens sic. Possint tamen fratres pro satisfactione pro eorum necessitatibus &c. circa cuiuslibet obligationis uinculū dicere quod per eleemosinas & alios amicos fratrū ad solutionē huiusmodi faciendi intendunt fideliter laborare &c. t. hæc ibi ergo, quod

quòd si insuper conditiones omnes aliae quæ circa pecuniam liberaliter oblatam sive mutuo debent necessario seruari, ut in q. præcedenti, & in hac q. & quæstionibus sequentibus habentur, etiam hic seruantur in tali mutuo sicut & necessario seruandæ sunt. Nam patet, quòd nec fratres accipiunt neq; contrectat pecuniam per se, uel per alios, ergo licitum est hoc modo mutuum contrahere. Et hoc modo etiam fratres possunt committere alicui, ut pro eis mutuum contrahat, ut ait Hug. 4. cap. dum modo seruentur omnes aliae conditiones in procuratione pecuniae requisitæ. Sed quia hoc uidetur difficile quòd talis secularis interponatur in hoc quia iam uideretur præsentari talis persona ad recipiendum mutuum contra conditionem 4. infra. ponendam. Ideo non uidetur licitum petere mutuum per alium nomine fratrum ullo modo nec propriè, nec impropriè, nisi eo modo & casu, ergo licet per alium petere pecuniam pro suis necessitatibus de quo infra in 4. conditione dicetur. Possunt tamen fratres rogare aliquem ut ipse nomine suo s. ipsius met, non nomine fratrum procuret uel de suis pecuniis si habet, uel petendo etiam proprium mutuum aliunde, ut sibi uidebitur se ipsum nomine suo se obligando polyticè si oportet & ut uoluerit proprium mutuum contrahat ut sic prouideat necessitatibus fratrum mutuando eis improprio modo supradicto. Possunt etiam fratres ad hoc dare pignora, ita tamen quòd contractus in pignoracionis fiat per syndicū auctoritate & nomine ipsius, uel ecclesiæ Rom. quando res impignoranda pertinet ad Papam uel per eum & eius nomine & auctoritate ad cuius dominij pertinet talis res impignoranda, ut de hiis latius inf. ca. 6. q. 5. alias non est licitum. Notandum etiam, quòd fratres non possunt mutuare seu mutuum dare ullomodo propriè neq; impropriè, ex quo non habent auctoritatem in pecunia: neq; usum &c. possunt tamè rogare dominum pecuniae, uel depositarunt pecuniae, modo sit syndicus, modo alias quicunque: ut ipse auctoritate & nomine dantis seu dominii pecuniae uera uel probabiliter præsumpta si ita est, uel nomine suo si id potest qualis uidetur esse syndicus, mutuet pecuniam ipsam tanq; suam, sicut possent rogare alium quemcunque ut de sua pecunia faceret mutuando uel alio modo se habendo, ut de hiis latius inf. q. 9. & q. 16. &c. ubi de syndico agitur ibi habetur quid possit syndicus in hoc. Contra prædictos faciunt fratres se obli-

se obligantes uel alium nomine ipsorum submittentes adhuc, & aliis plurimis modis, ut patet ex dictis.

¶ Secunda conditio requisita est, notificatio spiritualis necessitatis: id est, quòd fratres debent notificare seu explicare in particula signâter suam uel necessitates pro quibus procurant præfatâ pecuniam ipsi danti uel offerenti: seu mutuanti pecuniam. Ratio, quia sic uidetur innuere Nic. 3. art. 3. ibiliceat tamen fratres suas necessitates insinuare ex specificare & exponere &c. ex quo ubi quāmuis non uideatur obligatio, sed licentia seu concessio data ad insinuandum secure nostras necessitates, ut eis mediante pecunia prouideatur, quia dicitur liceat, & non dicitur teneantur suas necessitates insinuare. Tamen quantū ad modos per ipsos fratres obseruandum in tali procuratione bene Papa id innuere uidetur sub obligatione sic esse faciendum cum dicit insinuare, specificare, & exponere &c. Et hoc habetur in trast. de necess. ggr. solut. & speculum fff. 20. Sed prædictus textus Nic. 3. non aperte concludit intentum. Ideo est alia ratio melior ad probandam hanc 2. conditionem esse necessariam, quòd s. ex specificentur necessitates &c. & ratio est hæc, s. quòd idem Nic. 3. art. 3. infra in uerbo: Ita tamen declarando dicit, necessario esse cauendum ab omni pecuniae administratione sive dispensatione. Sed si fratres sine explanatione necessitatis procurarent pecuniam sic generaliter sub nomine necessitatum, seu pro nostris necessitatibus, seu dicendo sic confuse & in distincâ adiunctis uel detis pecuniam pro quadam necessitate, tunc iam in tali pecunia procurata maneret auctoritas sive libertas ipsis fratribus saltem in expendendo ad libitum, quòd est eis prohibitum, ut dictum est, ergo requiritur specialis notificatio talis uel talium necessitatum, & non possunt fratres procurare pecuniam sic generaliter & indifferenter, more aliorū pauperum pro suis necessitatibus, uel pro necessitate sic confuse. Quia & talis modus procurandi est quæstus pecuniarius prohibitus per dominij Cle. 5. art. 6. Neq; sufficit tales necessitates habere in mente signatas & ex specificatas, quia in facto pecuniae intentio per uerbum debet exprimi saltem hominibus qua nō intuentur cor, ut illis constet.

constet sufficienter nos non habere auctoritatem aliquam in pecunia & eius administratione. De quibus infra conditione 7. latius habetur. Cum prædictis omnibus expresse concord. tract. de necess. ggr. solu. et speculum ffff. 2. Hug. 4. cap. et Ioannes Philip. et communiter expositores. Dicunt etiam prædicti doct. præser-tim Ioan. Philippus, quod tunc tantum est necessaria hæc cōditio: quando talis necessitas seu necessitates possunt comode et honeste et sine scandalo notificari, exspecificando eas, alias non: utpo-te si de multis necessitatibus simul nō possumus signari quæ sint pri-us expedienda, quæ non, uel quia ad usus non commode explicabiles &c. huiusmodi, quia tunc non est necesse eas explicare.

Pro prædictis omnibus in hac 2. conditione facit Nic. 3. art. 3. ubi dicitur in s. quia uero, sic s. quod cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem, ut prædicti aliquid pecuniam con-cedere contigerit, concedens pecuniam rogari possit a fratribus, quod si quid de ipsa pecunia habita necessitate determinata super erit &c. ubi patet quod Nic. 13. dicit et supponit quod requiritur, quod necessitates pro qua pecunia procuratur sit determinata, seu exspecificata, ut dictum est: et quod de talis necessitate determinata locutus est ipse in sua declaratione. Si commode potest determinari aut notificari talis necessitas, ut dictum est, ergo. Sed certe ut salua reuerentia, et cum humili submissione dicamus, quod nobis uidetur ista secunda conditio nullo modo est necessaria, neq; quando ipsem et dans soluit per se, neq; etiam quando deponitur pecunia apud aliquem depositarium amicum spiritualem, Syndicū uel apud alium quempiam. Neq; rationes suprapositaæ conclu-dunt sufficienter id quod habetur in ipsa secunda cōditione, quod sic patet: Primo quia ille primus texus Nic. 3. ( licet tamen fratribus suas necessitates insinuare &c.) nō loquitur quod ipsi danti debeat insinuare necessitates. Sed ibi loquitur solum de depositario. ut patet expresse uidenti textum. Item dato quo loqueretur de dante & de depositario pecunia aut de quocunq; alio, non ob-ligat nos Papa ad exspecificandum necessitates, sed concedit seu declarat ibi nobis licitum esse persuadere humiliter exspecificando nostras necessitates, ut sic is qui tenet pecunias commissas a dante moueat & alliciatur ad fideliter nobis prouidendum sicut ei commisum est, quodq; id etiam rogare possumus, ut ibi patet ex-presse,

presse, & dicetur latius infra conditione 7. Alius etiam textus Nic. 3. quod scilicet nullam administrationem uel dispensationem possumus habere in' pecunia quacunq;, &c. ut dictum est, nō con-cludit intentum. Nam quamvis uerum sit quod non possumus ha-bere administrationem uel dispensationem pecuniæ cuiuscunq;. Negatur tamen, quod si non fiat prædicta explicatio necessitatis, quod iam manet nobis auctoritas dispensandi pecuniam: Nam di-spensare pecuniam proprie ( sicut & hic debet accipi ) est habere auctoritatem saltem ministerialem in distribuendo seu disponen-do præcipiendo de ea quomodo & per quos uoluerit talis dispen-sator seu administrator, quod idem est, ut ait Papias, & habetur in summis tit. administratio, & tit. dispensatio. & ait Hug. 4. cap. ut dictum est sup. q. 4. in 4. puncto. Igitur sicut est in mea pote-state de multis necessitatibus præteritis, præsentibus & imminen-tibus quas habeo, uelle quod mihi prouideatur per dantem pecu-niam de aliquibus, & de aliis non: utpote quia mihi magis expedit, aut quia uolo propter Deum uel alias carere auxilio illa-rum, & non aliarum necessitatum, & tamen per hoc quod ad libi-tum uolo mihi prouideri de illis, & non de aliis necessitatibus, nō dicor habere dispensationem quæ datur uel expenditur per ipsum met dātem, ergo. Similiter in pecunia deposita indifferenter apud aliquem per ipsum depositarium expendendo, non dicor habere dispensationem eius per hoc quod de multis necessitatibus ueris quas ego habeo, est in mea potestate ad libitum uelle potius mihi prouideri de istis, quam de aliis necessitatibus: dummodo circa alia omnino me habeam cum ipso depositario pecuniæ, sicut & cū ipso dante domino ipsius pecuniæ, sine ulla administratione & di-spensatione, quomodo & per quos expendet, &c. Sicut etiam si-ne ulla explicatione talis uel talis necessitatis, possum licite petere pecuniam dicendo ipsimet danti, soluatis mihi decem solidos huic homini, quia illi debeo. Similiter idem eodem modo possum di-cere depositario cuiq;, ut patet. ergo similiter pro necessitatibus ueris imminentibus pro quibus uolo mihi prouideri, possum simi-liter sine ulla alia expressione dicere ipsi danti, quod det decem so-lidos pro quibusdam necessitatibus, uel quod deponat eos apud quem uoluerit, ut inf. dicetur in 4. conditione: & ipsi depositario postea simili possum dicere, soluatis tantum, uel 10. solidos illi ho-mini

mini, uel illi quibus dandæ sunt tot pecuniæ depositæ pro quibusdam necessitatibus, non explicando quæ necessitas sit, neq; an sit præterita uel præsens uel imminens. Ratio horum omnium est, quia nulla auctoritas dispensativa pecuniarum talium est in me: ex hoc quod in mea potestate est uelle ad libitum prouideri: mihi potius de hac, quam de illa necessitate in toto uel in parte, & potius pro necessitate præsentis, quam pro imminentis, & huiusmodi. Neq; ex hoc quod dans pecuniæ uel eius depositarius ignorat in singulari qualitatibus meæ necessitatis: non inquam ex hoc tollitur aliquid auctoritatis aut dominii circa suam pecuniam ( dummodo alias conditiones requisitoria seruentur ) neq; mihi aliquid auctoritatis ex hoc prouenit circa pecuniam, ut dictum est. Et hoc est uerū etiam si dans pecuniam uel eius nuncius seu depositarius, non daret neq; expenderet pecuniam, si sciret qualitatem necessitatis pro qua datur uel expenditur: haec enim ignorantia uel cognitio, non tollit auctoritatem eorum circa suam pecuniam, licet sit causa mouens seu alliciens eorum uoluntatem ad dandum, uel non dandum: seu ad expendendum uel non ex pendendum ipsam pecuniæ. Nūc autem non tenemur nos apponere seu remouere omnia motiva, seu affectiva per quæ dātes uel eorum depositarii uelint uel nolint dare, uel expēdere eleemosynas pro nostris necessitatibus, ut patet, ergo. Neque est necessaria prædicta notificatio necessitatis ad hoc quod talis eleemosyna sit determinata pro tali necessitate, ut sic possit illa stante procurari altera. Ratio, quia pro omnibus ueris necessitatibus pro quibus non habetur sufficiens eleemosyna, potest procurari pecunia, ut sup. q. 7. in 2. conditione: & si pro aliqua necessitate sit pecunia sufficiens, licet indeterminata, ideo securius est notificare talem necessitatem, ut sic stante eleemosyna, indeterminate possit prouideri illi uel alteri necessitati, ut oportet. Ex dictis etiā patet, quod hoc modo procurare pecuniam sine expressione necessitatis, non est quæstus pecuniarius prohibitus, neque de isto loquitur D. Clem. s. sed de aliis in quibus est aliqua receptione, contrestatio, uel dispensatio pecuniæ in fratribus, &c. huiusmodi, de quibus inf. q. 12. habetur. Illud autem Nic. 3. s. quia uero, &c. dico quod non obstat dictis, neq; per id probatur quod requiratur prædicta determinatio seu exspecificatio necessitatis: quia solū ibi dicit D. Nic. 3. quod quando est aliqua pecunia pro aliqua

aliqua necessitate determinata seu exspecificata per dantes, quod tunc siquid superfluerit non potest sine eius licentia expendi in alias necessitates, imo neq; mutari seu expendi in aliam necessitatē maiorem, id quod pro necessitate aliqua determinata per dantem data est, ut inf. dicetur in 3. conditione: & latius q. 9. per id tamen non obligantur fratres ad determinandum seu exspecificandum aliquas necessitates quando procurant pecuniam uel eius expensionē pertinent, ut patet: quia ibi ad hoc non obligat Nic. 3. Neq; supponit quod ad id obligemur, imo & ibidem paulo inferius expresse dicit bis aut ter, quod quando indifferenter datur uel deponitur pecunia non pro aliqua necessitate determinata, quod tunc potest licite expendi in necessitates ueras quascunq; fratribus secundum modificationes requisitas alias ut dictum est & dicetur per totam hanc questionem & præcedentes & sequentes quæst. ut patet in s. quia uero ibi residuum pecuniæ in res alias pro aliis ipsorum fratribus prædictis necessitatibus conuertatur, & s. & quia in prædicto &c ibi quod pecunia ipsis fratribus mittitur uel offertur, nec permittentem uel offerentem expresse aliud exprimitur &c. & s. si uero fratribus, ibi (quod supra in pecunia fratribus indeterminate oblata uel missa, &c. Ex quibus patet, quod per hoc quod aliqua pecunia datur uel deponitur indifferenter pro necessitatibus sine ultra expressione ex parte dantium & fratribus, non fiunt fratres dispensatores eius, neq; habent dispensationem ullam in ea: & per consequens, quod licite sic possunt procurare eam & eius expensam, alias illicite possent sibi procurare prouideri de tali pecunia indeterminate seu indifferenter oblata data missa aut deposita, si per hoc in ea ipsi haberent aliquam dispensationem. neq; excusarentur fratres ex hoc quod non possunt commode notificare necessitatem suam determinatam, quod contra coiter doct. ipsos & contra declarationes, ut patet ex dictis. Et quamvis Hug. 4. cap. & alii expositores antiqui dicant quod intentio B. pa. nostri Francisci fuit quod sic procuraretur remedium nostrarum necessitatum per amicos spirituales mediante pecunia, quod s. ipsis dare tur notitia talium necessitatum: fratres autem pro nulla pecuniaria procuratione sub quocunq; colore uel causa personaliter comparerent, neq; post eam procurantes irent, neq; de cuiuscunq; rei emptione uel uenditione se intromitterent.

Sed hæc omnia per prædictos amicos spirituales fierent, ut etiam hoc cinnuitur in prima regula ca. 8. sicq; uidebatur in principio ordinis: tamen ex quo nos iam non tenemur ad illam primam regulam, neq; ad modum uiuendi primitium, sed ad regulam secundum confirmata per dominum Honorium, & declarata per Nic. 3. & Clem. 5. quia & ex causis rationabilibus est sic temperatus ille primus rigor. Ideo possumus iā sic emere res necessarias & pro eis procurare pecuniam, secundum declar. ita quòd eis aut regulæ promissæ, non contraueniamus, ut habetur in spec. ff ff. 17. & hoc sufficit nobis ad seruandam regulæ promissæ puritatē: quām uis aliud de supererogatione melius fiat, non est tamen necessariū imponendum, nisi per regulam aut declarationes, aut aliunde id constet sufficientem esse necessario seruandum, quod quia nō aduertitur, facile potest aberrari. Igitur resolutoriē dicamus, ex quo non est aliqua ratio aut textus declarationis unde sufficienter constet nos teneri necessario ad prædictam notificationem necessitatum determinatarum faciendam. quòd ergo non teneamur eā facere danti pecunias, neq; eius depositario ullo modo, neq; quando procuratur quòd detur uel deponatur uel expendatur ipsa pecunia: sed generaliter possumus petere humiliiter quòd detur uel expendatur tanta quantitas pecunia pro quadam necessitate, uel pro nostris necessitatibus, dummodo alias sint ueræ necessitates, de quibus sup. q. 7. habetur. Neq; etiam tenemur habere in mente aliquam seu aliquas signatas seu determinatas necessitates, pro qua uel pro quibus procuratur pecunia, aut expenditur pecunia. Et dato quòd in mente tantum nos habereimus aliquas necessitates pro quibus procuratur pecunia, possumus postea 'procurare quòd expendatur per dantem uel per eius depositarium, pro quacunq; alia, uel pro quibuscumq; aliis nostris necessitatibus pro quibus uoluerimus sine ulla expressione aut notificatione facienda cui cunq; de necessitate, ut dictum est: aut de hoc quòd iam mutauimus intentionem prouidendi alii necessitatī, ab ea quam prius intendebamus, omnia patent ex dictis, quia talis pecunia est indeterminate seu indifferenter data seu deposita, ex quo per dantem non est determinata ad aliquā certam necessitatem seu certas necessitates, & ex quo fratres non explicauerunt danti aliquam seu aliquas necessitates pro quibus daret pecuniam determinate, quā tumcunq;

tumcūq; fratres ipſi in mente intenderent pro aliqua necessitate procurare, ut patebit hoc amplius inf. q. 9. quando dicitur pecunia indifferenter uel indeterminate data, quando non. sed & iam dictum est sup. q. 7. conditione 3. Ex quibus oībus patet, quòd procurantes generaliter & indifferenter pecunias per curias, nundinas, mercatus, uel per alia loca pro suis necessitatibus nullā particularem exspecificando quòd non faciunt contra regulam, aut declarationes, quantum est ex hoc quòd non exspecificant aliquā necessitatem. Possunt tamen faciliter peccare, sicut & sāpe peccatur contra reg. & declar. ex parte aliarum conditionum requisitorum quæ non seruantur: utpote quia non deponitur auctoritate dantis, ut oportet, aut quia non pro ueris necessitatibus, ut sup. q. 7. aut quia amplius se intromittunt fratres in eius dispensatione, mutatione, &c. ut patebit ex omnibus dicendis in hac q. & sequētibus & per hoc credo quòd in tab. 8. Vic. g. habetur declaratum quòd nō est licitum procurare pecuniam indeterminate seu indifferenter. De se autem non est illicitum quantum est de se, nisi propter abusum fratrum. uel dic, quòd & sic credo glossando doct. & statuta omnia, quando dicunt quòd non nisi pro ueris necessitatibus & determinatis potest procurari pecunia. i. non nisi pro certis præsentibus & imminentibus necessitatibus. Tales enim dicuntur iam necessitates certæ & determinatae futuræ, aut dicuntur incertæ, indeterminatae seu indifferentes, pro quibus potest procurari pecunia, & patet ex dictis sup. q. 7. conditione 2. Et hæc dicta sint cum correctione cuiuslibet melius sentientis: quia ut dictum est, quo ad hanc secundam conditionem communiter tenetur op̄ positum, quām nos hic diximus: neq; hucusq; uidi aliquē doctū expositem (uidi autem multos) qui mihi in hac mea sententia suffragaretur, ideo unusquisq; suo sensu abundet, quo usque aliud constet. Nolo enim conscientiæ super regulæ obligationem sine causa mihi inducere, sed neq; aliis: præcipue cùm hæc secunda cōditio quæ ut necessaria imponitur ab aliis communiter, non obseruetur nisi cum magna difficultate, ideo ubi ratio non urgebat ad eam, utpote necessariam ponendam, certe tollendā humiliter censui.

¶ Tertia conditio, quòd quando contigerit fratres pecuniā pro aliquā seu aliquibus ueris necessitatibus, tunc non possunt procurare

rare scienter neq; permittere quòd plus detur, concedatur seu etiā depónatur per dantem, q̄ uerisimiliter creditur res quæ procuratur ualitura, seu quā uerisimiliter creditur necessariū ad talem seu tales necessitates pro quibus pecunia ipsa procuratur. & ratio est, quia si plus procuratur, jam illud plus uel non est necessarium, uel dolose petitur ut detur alterius colore precii pro emptiōe rei ab eo, uel saltem de illo plurinon possunt fratres se intromittere expendendo in alias necessitates, ut proxime dicetur in hac eadem 3. conditione. Et ad p̄dicta facit expresse Nicol. 3. art. 3. uers. quia uero ibi (caueant tamen fratres quòd sollicite se coarent, ut non plus scienter concedi consentiant, &c.) & concordant cōmūniter expositores, pr̄sertim in tract. de necess. congr. solut. & frater Ioann. Philipp. art. 1. & 4. & spec. ffff. 2 1. Ex quo patet quòd si quantitas maior pecunia datur seu deponitur quām sit necessaria ad necessitatē seu necessitates aliquas determinatas per ipsum dantem seu exspecificatas ipsi danti per fratres, uel si ipsis iam per solutis aliquid de pecunia tali determinata superfluit, tunc nō potest expendit alis pecunia superfluens in alias necessitates etiam ueras quascunq;, sine consensu ipsius dantis. Secund. Nic. 3. ubi supra, & latius de hoc inf. q. 9. dicetur. Et iste consensus dantis potest peti quando fratres uoluerint, seu quando intenderint eam expendere in alias necessitates, dummodo prius non expendatur q̄ dantis consensus sufficiens ad hoc habeatur. ideo potest peti etiā in principio procurationis pecunia, ut ait Nic. 3. ubi sup. sic dices Cūm in p̄dictis casib; ad determinatam necessitatē aliquem pecuniam concedi contigerit: concedens pecuniam, rogari potest à fratribus, quòd si quid de ipsa pecunia habita necessitate determinata supererit, consentiat ipse concedens quòd residuum p̄fata pecunia in res alias pro aliis ipsorum fratrum p̄dictis (s. ueris) necessitatibus conuertatur, quo non consentiente residuum, (si quid fuerit) restituatur eidem, haec ibi. quòd si ipse dominus pecunia non potest commode haberis, neq; ei potest commode restituiri ipsa pecunia quæ superest, tunc dabitur ipsa pecunia illis qui bus debentur bona incerta: utpote cruciata, uel aliis pauperibus pro anima dantis, ut ait speculum ffff. 2 1. uel etiam tunc poterit depositarius ut rei gestor dantis, potest aliis necessitatibus fratrum de ipsa prouidere ut op̄oret, ut patebit ex dicendis infra conditiōne

one sexta, & infra quæst. 9. & q. 10. Sed si fratres ex obliuione aut alias inculpabiliter non petierunt p̄dictum consensum dantis ad hoc, an tunc sufficeret consensus interpretatiuus seu probabiliter p̄sumptus: ita quòd is cui ipse dans dedit pecuniam, seu eius nuncius, uel depositarius possit illam superfluam pecuniā expendere in alias ueras necessitates fratrum, Credo quòd sic, ut hoc dicunt etiam 4. magistri, Hug. & Bart. Pif. 4. ca. ut latius habetur de hoc infra q. 10. Notandum ex dictis uerbis Nicol. 3 Patet primo, quòd quando pecunia procuratur uel datur uel depositur indeterminate, id est, non ad aliquam necessitatē determinatam per dantem, neq; ad necessitatē ei particulariter exspecificatam per fratres, sed indifferenter pro nostris necessitatibus, tūc non est necessarium petere à dante talem specialem consensum, ut dictum est, ex quo ipse consentit ut expēdatur sua pecunia in omnes ueras necessitates quascunq;. Et Nic. 3. solū loquitur de pecunia concessa determinate ad aliquam necessitatē exspecificatam, ut pater, Patet etiam secūdo, quòd potest procurari pecunia pro necessitatibus ueris indifferenter sine ulla exspecificatione aliqui particularis necessitatis facienda per fratres ut cōclusum est, paulo superius in 2. conditione, quia uerba Nic. 3. p̄dicta id aperte innuunt, ut patet intuenti. Sed semper requiritur & est necessarium quòd si pro aliqua particulari necessitate exspecificata per ipsos fratres ipsi danti, uel determinata per ipsum dantem procuratur, datur uel deponitur pecunia aliqua, quòd non procuretur, neq; permittatur dari neq; deponi plusquām uerisimiliter creditur necessarium pro tali necessitate, ut dictum est. Similiter quando pro necessitatibus indifferenter & sine ulla determinatione seu ex specificatione procuratur seu datur, uel deponitur: requiritur quòd non plus scienter procuretur, uel consentiat fratres dari uel deponi quām pro omnibus ipsis ueris necessitatibus creditur esse necessaria pecunia talis, & patet ex dictis: Ideo ista 3. conditio necessaria semper est. Contra p̄dicta faciunt fratres qui multipliciter ut inf. q. 1 2. habetur. & sic patet quomodo tres conditions p̄dictae requiruntur quando pecunia non est apud aliquem deponenda Quando uero est apud aliquem deponenda seu tradenda, tunc ultra p̄dictas tres conditions requiruntur aliæ quatuor, quarum prima & in ordine quarta conditio est, quòd cūm fratres procurat supradi

supradictam pecuniam mutuatam seu donatam pro suis necessitatibus, uel etiam quando eis omnino liberaliter offertur, tunc nullo modo possunt præsentare, neq; nominare aliquem quemcunq; cui ipsa pecunia detur uel committatur, quousq; sufficienter constet probabiliter quòd ipse dans non potest uel non uult ipsam pecuniā per se expendere, neq; per alium ab ipso assumendum. Ratio, quia si anteq; de hoc constet probabiliter fratres nominarent uel præsentarent danti aliquem cui pecunia committeretur, iam ista esset interposita persona auctoritate fratrum præsentata. Et expresse hoc dicit Nic. 3. art. 6. cæterum, uers. quo casu procuretur à fratribus quòd ille, &c. & communiter expositores omnes, ad etiam dicunt: ideo dicunt communiter expositores, ut habetur in tract. de necess. congr. solut. Hugo & Bart. Pis. 4. cap. Ioan. Philip. art. 1. & 2. & spec. ffff. 20. quòd nullam personam neque etiam famulū illius cui debetur & cui debet dari ipsa pecunia possunt præsentare, uel nominare ipsi danti ut ei committat suam pecuniam, quousq; probabiliter constet quòd ipse dans nō uult per se nec per alium ab ipso assumendum expendere seu committere, seu mittere pecuniam suam. Sed ipsummet cui est tandem danda pecunia pro rebus iam emptis uel emendis ab eo, seu cui debetur ipsa pecunia quomodolibet, bene possunt fratres statim sine ulla requisitione præsentare & nominare ipsi dāti: utpote dicendo, domine huic debemus, uel ab hoc debemus accipere talem rem, seu huic est danda pecunia. huic si uultis detis illam: tunc enim cōstat quòd non accipit pecuniam iste ut depositarius, sed ut creditor accipit sibi debitam pecuniam, quæ statim ut illi datur, efficitur iam sua. Similiter credo, quòd si ipse cui debetur pecunia, mitteret famulum suum cum fratribus procurantibus pecuniam ut acciperet illam pro se, seu nomine suo cui debet tandem dari, tunc bene licet fratribus illum talem famulum statim nominare & præsentare danti, sicut & ipsum eius dominum mittentem, ut dictum est. Ratio, quia cōstat non interponi à fratribus, nec auctoritate eorum, neq; accipit pecuniā ut depositarius datis talis famulus, sed ut creditor & nomine creditoris eum mittentis, statim transit in dominium creditoris pecunia tali famulo data, & stat periculo eius, s. creditoris, ut supponitur. ergo ex quo non est depositarius dantis, non oportet à dante petere auctoritatem seu uoluntatem ad nominandum

nominandum talem famulum. sed ab ipso creditore cuius auctori tate & nomine mittitur recepturus debitum pecuniæ pro domino suo creditore mittente: & concordat Hug. 4. cap. Secus esset si famulus creditoris, nō ab ipso creditore nec nomine suo mitteretur recepturus pecuniam, sed tanquam alia quæcunq; persona tanquam depositarius ipsorum fratrum uel dantis præsentaretur: quia tuuc non possent illum præsentare antequam de dantis uoluntate constaret, ut dictum est. & de hoc talifamulo locuti sunt doct. supradicti. Imo ut dicunt prædicti expositores ubi sup. quando fratres uadunt ad procurandum pecuniam, non possunt secum differre neq; permittere aliquem secularē uel religiosum, nec etiam famulum eius cui danda est pecunia ire cum fratribus ad recipiendum talem pecuniam, etiam si ipsa persona se offerat charitatiè, neq; talis persona debet apparere coram dante, anteq; constet de dantis uoluntate supradicta: ita quòd talis persona probabiliter apparere posse, quòd ideo uenit cum fratribus ut nomine eorum accipiat seu portet pecuniam dandam pro ipsorum fratrum necessitatibus. Ratio horum est, tum quia talis persona censeretur interposita persona fratrum, saltem tacite uel interpretatiè per cōsensum sequentem. & ideo ait Hug. 4. cap. & in prima reg. cap. 8. habetur quòd fratres non debent pati ut pro aliquo loco uel fratribus pecuniam querant aliqui, uel queri facere, uel cum querentibus ire. Creditor autem & eius famulus ab eo nomine suo missas bene potest deferri seu ire cum fratribus accepturus pecuniam debitam, ut dictum est. Similiter habetur in tract. de necess. cōgr. solu. & spec. ffff. 20 quòd si urgente necessitate & in casu aliquo deferretur aliqua persona à fratribus ad recipiendum pecuniam dandam, utpote in itinere uel loco ignoto: uel quando similiter timeretur quòd non inueniretur persona quæ commode & securè reportet pecuniam, utpote quando uadunt fratres ad curiam uel alia quæcunq; loca, &c. uel quando probabiliter creditur quòd dans nollet dare neq; mittere nisi alicui nominando per fratres, &c. huiusmodi. tñc possunt fratres secum deferre aliquam personam ad portandum præfatam pecuniam, dummodo talis persona non præsentetur neq; nomine tur neq; appareat coram dante quousque probabiliter constet fratribus quòd dans nec per se nec per alium ab eo assumēdum uult ex pendere seu mittere pecuniam suam, ut dictum est. Postquam ergo

iam constiterit fratribus de uoluntate dantis, quòd nec ipse per se, nec per alium ab eo nominandum seu assignandum à fratribus, tūc licite possunt fratres nominare & præsentare seu mittere danti quē cunq; seu quoscunq; uoluerint, dicendo danti, quòd illi seu illis potest committere suam pecuniā nomine suo ad necessitates fratrum: qui quidem depositarius uel depositarii nomine ipsius dantis, tenebunt & expendent illam nomine & auctoritate ipsius datis, ut proximè dicetur. Si quæras quomodo cognoscam uoluntatem dantis esse, quòd uult aut non uult per se uel per alium à se nominandū, sed potius per alium à fratribus nominandum, expendere seu committere suam pecuniā.

Ratio quòd hoc potest facile cognosci tam ex uerbis ipsius dantis, quām etiam ex circumstantia personæ ipsius dantis de qua probabilitam creditur quòd non habet personam cui hoc committat, uel &c. huiusmodi. Ideo sufficit fratribus si simpliciter petant ab eo ut prouideat uel det pecuniam pro necessitatibus. Quòd si ille dixerit (cui dabo seu quis recipiet) tunc dicatur quòd cui uoluerit ipse. Quòd si dicat, dicatis uos pater cui dabo, quia ego non possum seu non habeo: neq; scio cui dem, seu sit persona magni status de qua iam creditur quòd non uult date nisi ei cui fratres dixerint: tunc dicatur domine da tali, uel hiis potestis dare & tenebit & expendet nomine uestro quoisque consumpta sit ut dictum est. Et iste modus sufficit uel æquialens & requiritur ut pater ex dictis, & concord. Bart. Pif. 4. cap. & Ioann. Philip. ubi sup. & communiter alii. Ab ista conditione 4. seruanda sunt exempti patres Itali ci & alii eiusmodi qui utuntur syndico secundum constit. Martini s. Nam statim possunt præsentare seu nominare syndicū Papæ, qui nomine Papæ recipit & tenet & expedit ipsas pecunias statim in dominium Papæ transeuntes: similiter non tenentur seruare alias duas conditiones, quintam & sextam subsequentes, propter eādem rationem quando recipit syndicus pecuniam, tamen non possunt aliam personam præsentare, nisi sicut & nos secundum omnes conditiones positas & ponendas. De quo tamen syndico latius infra q. 16. habetur, ibi uideatur qui & quomodo possunt uti syndico.

Quinta conditio est, quòd si talis pecunia non debet statim solui

ui sed deponi penes aliquem, ita fiat quòd tam ipse dans quām ipse depositarius semper cognoscant quòd nomine fratrum nil depone penes aliquem, ita fiat quòd tam ipse dans, quām ipse depositarius semper cognoscant quòd nomine ipsius dantis. & si creditur probabiliter quòd nō poterit ita breuiter expedita talis pecunia quæ deponitur, utpote quia necessitas pro qua deponitur habet tractū temporis annexum, ut pro ædificiis, pro libris scribendis & huiusmodi. uel quia res emenda est in partibus remotis, & huiusmodi: tunc fratres tenentur expresse ostendere omnibus etiam astatis: quòd etiam quāndiu ipsa pecunia durauerit apud prædictum depositarium, dominium, proprietas, possessio, ac etiam usum ipsius pecuniae penes ipsum dantem remanet cū libera potestate ipsam reuocandi, plenè liberè & integrè: neq; fratres in ipsa pecunia quid juris, administrationis neq; dispensationis neq; habere uolunt, neque dominium. Et ratio horum est, quia penes dantem debet remanere dominium & proprietas, &c. ipsius pecuniae, & nomine ipsius debent deponi, ut expresse dicunt Nicol. 3. artic. 3. s. Ita tamen quòd penes ipsum dantem dominio proprietate, &c. & infra. Nec contra personam nominatam ab eis, uel non nominatā, &c. & Clemens s. art. 6. s. deniq; cùm idem confessor, &c. ibi, necessitate habent quòd in omnibus sic se gerant quòd se cunctis ostendat in dictis pecuniis sicut nechabent, penitus nil habere, &c. Hoc autem non fieret debite & sufficienter nisi fratres explicarent tam danti quām depositario, se nil habere in prædicta pecunia, sed ipsum dantem esse & remanere dominum eius libere & integre usq; ad eius consumptionem: & quòd nomine ipsius dantis deponitur, teneatur & expenditur, ergo ad id expresse ostendendum tenentur fratres. Similiter ad cauendum scandalum pusillorum uel ignoratūm quiprobabiliter putarent fratres habere quid juris uel dominii in tali pecunia quam pro ipsorum necessitatibus uident aut sciunt esse depositam. Ideo debent, ut expedit ad id expresse instrui de hoc ut dictum est. Et quidem hoc expresse dicit esse necessarium dominus Clem. quintus: ubi sup. s. deniq; ibi nideatur tenor uerboru: & communiter omnes expositores id dicunt, ut patet in tract. de necess. congr. solut. & specul. fiff. 2 o. 2 1. & Bar. Pif. 4. c. &c. & F. Ioan. Phil. art. 1. concordans dicit, quòd dans pecuniam debet esse certus absq; uulpina dissimulatiōe fratru, quòd s. pōt reuocare

seu repetere præfatam suā pecuniam ut dominus liber eiusdē, quo-  
usque consumpta sit, securitas enim & certitudo teneri debet ex  
parte dantium, quod i. dominium pecunia manet penes eorum, ut  
patet ex Nic. 3. ubi sup. Ideo non sufficit fratribus habere solum in  
mente tales renunciationem dominii dispensationis seu actionis  
pecuniae prædictæ, sed ut (idem ait art. 3.) necessario tenentur fra-  
tres protestari seu expresse ostendere sufficienter omnibus circum-  
stantibus id uidentibus ut præseruentur à scandalo passio, ut di-  
ctum est: & maxime ipsis danti & depositario, ut id certo cognoscatur  
ut dictum est, hæc ille frater Ioan. Philip. Si autem ex obliuione  
seu ex alia causa rationabili seu inculpabiliter fratres omittent id  
expresse manifestare, tunc non peccarent id omittendo: tamen ces-  
sante tali obliuione sen causa tenentur certificare expresse & suffi-  
cienter, prout commode potuerint, tam dantem, quam depositar-  
ium de hoc, ut dictum est: & etiam omnes alios de quibus proba-  
biliter crederetur quod scandalizarentur, nisi de hoc certificaretur  
seu instruerentur, ut oportet modo prædicto. Quando autem es-  
set probabilitas scandali quando non: & quando potest commode  
fieri talis certificatio quando non, & quando est causa rationabilis  
omittendi, & quando non. Non potest dari regula uniuersalis de  
hiis, sed attentis circumstantiis prudens iudicium iudicabit. Regu-  
lariter autem iam dictum est, quod debet fieri prædicta notificatio  
ita quod scienter aut dolose aut ex ignorantia notabiliter culpabi-  
li non potest omitti in principio quod procuratur uel deponitur  
pecunia, uel etiam postea, ut oportet. Ideo pro remedio obliuio-  
nis caute faciunt qui syndicos seu alios depositarios pecuniarū ha-  
bent iam generaliter instructos, ut scient quod nulla pecunia depo-  
sita apud eos per dantes quoscunq; deponitur aut tenetur, aut ex-  
penditur nomine & auctoritate fratum, neq; in ea habent dominium, &c. sed ipsi dantes si sunt uiui ut dictum est, sunt domini libe-  
re, &c. Si autem sunt mortui, uel si est pecunia in testamento lega-  
ta, iam talis pecunia uel eius dispositio pertinet ad Papam uel ecclæ-  
siam & eius nomine tenetur ad necessitatem fratum, ut latius inf.  
q. 11. & q. 16. &c. & 6. cap. q. 2. Italici autem acceptantes syn-  
dicum secundum constitutionem Martini s. non tenentur seruare  
hanc quintam conditionem, ut dictum est in fine cōditionis 4. præ-  
cedentis, & dicetur inf. q: 16. &c. ubi de syndico agitur.

Condi-

¶ Conditio sexta est, quando pro pecunia deponitur apud aliquem  
Si necessitas pro qua uel pro quibus deponitur sint talis qualitatis  
seu naturæ attentis suis circumstantiis, quod ad eas explendas pro-  
babiliter creditur quod talis pecunia transibit per multas alias ma-  
nus à primo depositario (utpote in scribēdis libris) aedificiis & ali-  
is eiusmodi requirentibus tractum temporis, seu in emendis pan-  
nis, seu rebus aliis in partibus remotis & huiusmodi quibuscunq;,  
tunc tenentur fratres expresse petere ab ipso dante: si presto est, uel  
ab eius nuncio ad hoc habete potestate expressum assensum seu  
licentiam ad hoc, s. quod fratres possint cum substitutis uel deposi-  
tariis ipsius dantis se habere in nominando & præsentando eis alias  
personas per quas pecunia tractetur & expendatur & in omnibus  
aliis quando & quotiens opus fuerit, sicut cum ipsomet dante pos-  
sent facere, ut in conditionibus supradictis habetur: quodq; de sua  
auctoritate procedat & fiat talis substitutio aliarum personarū no-  
minatarum per suum substitutum uel per ipsos fratres modo supra-  
dicto, & contrectatio & expensio pecuniae per quascunq; manus  
tractetur uel expeditatur dominio & auctoritate ipsius pecuniae ple-  
ne & libere remanente penes dantem semper & ubiq;, ut di-  
ctum est in quinta conditione præcedente. Qua quidem diligentia  
facta per fratres ut dictum est, tunc quando & quoties opus fuerit  
possunt fratres se habere & facere cum depositario quocunq; pecu-  
niæ primo uel etiam centesimo omnia & eo modo quo modo cum  
ipsomet dante possent facere ut dictum est, tam in nominando ali-  
as personas quam in omnibus aliis requisitis ad pecuniae contrecta-  
tionem & expensionem, nec tenentur recurrere ad primum dātem  
pro hiis faciendis, etiam si præsto sit ipse dans, sed uel ad ipsum dā-  
tem: uel si nolunt fratres ad ipsum, possunt ad prædictum tenente  
pecunias quemcunq; recurrere ad prædicta (ut dictum est) Ex quo  
iam semel concessit licentiam ad hoc. Et cum hiis expresse concor-  
dat Nic. 3. art. 3. s. si tamen hoc ipse nolit facere, &c. ibi ac ipsius  
habeatur assensus super subrogationibus infra scriptis. & infra s. si  
uerò persona huiusmodi, &c. ibi liceat fratribus quantum ad unam  
alias personam subrogandam, &c. & infra s. in ea uero necessita-  
te, &c. ibi si presto sit eleemosynæ huius elargitor uel eius nunci-  
us qui hoc posset facere, expresse illi prædicatur à fratribus &c. &  
communiter expositores id dicunt expresse: ut patet in tract. de ne-  
cess.

cess. congr. solut. & spec. ffff. 21. & 22. &c. aliis. Quòd si prædicta licentia seu consensus dantis fuisset scienter omissus per fratres uel culpabiliter ex notabili culpa seu negligētia aut ignorantia culpabili notabiliter; tunc non possent fratres prædicta licita facere cū substitutis quibuscunq; neq; per alios posset pecunia tractari, aut expendi sine licentia dantis cuius est ipsa pecunia. quia Nic. 3. non aliter cōcessit hoc posse fieri in prædictis necessitatibus, nisi quando iam habitus etiam expressus dantis consensus ad hæc, ut patet ex ipso textu, ubi sup. & sic tenet spec. ffff. 22. secundum communiter expos. quāmuis aliqui uideantur oppositum dicere. Sed si nō scienter neq; dolose aut non culpabiliter ex culpa notabili omittitur prædicta licentia per fratres, sed solum ex obliuione aut negligentia seu ignorautia leui, aut ex impossibilitate aut ex alia causa eiusmodi: ita quòd iam non potest cōmode haberi seu exspectari eius consensus aut licentia. Vel si sit necessitas talis qualitatis pro qua pecunia deponebatur, quòd uerisimiliter nō credebatur quòd ad eam explendam, requireretur quòd per multas alias manus à depositario primo ipsius dantis transfiret pecunia, tunc de licentia probabiliter præsumpta ipsius dantis (si ipsius dantis licētia ad hoc cōmode haberi non potest) possunt fratres se habere cum eius primo depositario & cum aliis subsequentibus, eo modo quo cum ipso dante, ut dictum est, ac si ipsius dantis licentia habita fuisset. Et ratio est, quia tunc ibi est licentia dantis, saltem interpretativa & probabiliter præsumpta. Et facit ad hoc Nic. 3. art. 3. s. & quia in prædictorum seriosa, &c. ibi non est uerisimile aliquē eleemosynæ suæ sine expressione concessæ modum illum uelle præfigere per quem & donans merito uel illi quorum necessitatibus intendit prouidere effētu doni, uel suæ cōscientiæ puritate fraudulentur. Ideoq; quād pecunia fratribus mittitur uel offertur nisi expresse permittente uel offerentem aliud exprimatur prædictis modis profus oblata intelligatur & missa, hæc ibi. Et concord. 4. mag. cap. 4. dicentes quòd ex quo dominus pecuniæ absolute pecuniam suam fratrum necessitatibus destinavit, tunc cōmissarius pecuniæ potest alteri cōmister si non præsumat de contraria domini uoluntate: similiter si de minus mittens pecuniam per nuncium fecit mentionem commissionis, utpote faciendo ipsum nuntium cōmissarium pecuniæ, quia potest alii cōmittere si non præsumat de contraria domini uoluntate: & hoc iam declarauit Nic. 3. ubi sup. latius quoad pecuniā missam

missam per nuncium ut dictum est, & dicetur latius infra q. 9. qu. 10. Similiter concordat Hug. 4. cap. dicens, quòd nō uidetur dubium quin possit & debeat cōmissarius quilibet de re sibi cōmissa per se uel per alios exequi domini uoluntatem, hæc ille. qui latius adhuc quām 4. magistri loquitur. Similiter & Bart. Pif. 4. cap. idem ait. Cuius sententia est modificanda, ut dictū est in casu quo inculpabiliter omissus esset sine dolo consensus dantis, uel quando necessitas non credebatur uerisimiliter quòd ad eam explendā requireretur quòd pecunia transfiret per multas manus: alioquin stā dum est dispositioni & declarationi Nic. 3. ut supra dictum est. Et secundum prædictam distinctionem intelliguntur sane & concordanter omnia dicta doctorum cum declaratione domini Nic. 3. licet uideantur aliqualiter dissonare prima facie. sicut & spec. ffff. 22 dicit quòd dissonant, præsertim Bart. Pif. à Nic. 3. & ab aliis expositoribus: sed ut dixi, si sic intelligentur, oīa cōcordant in ueritate. ¶ Septima conditio est & ultima, quæ ab aliis expositoribus communiter ponitur ex parte depositarii iam tenentis pecuniam, quæ talis est, quòd s. corde, ore, opere, aut signis quibuscunq; nullū dominum, actionem, ius, administrationem, siue dispensationem fratres habeant seu ostendant se habere circa pecuniam depositā, aut circa depositarium eiusdem pecuniæ quemcunq; etiam nominatū, seu præsentatum per ipsos fratres in iudicio, nec extra, nec ubiunque aut quomodocunq; sicut neq; in rei ueritate habent, aut habere possunt. Et hoc expresse ait Nic. 3. art. & Clem. 5. art. 6. & communiter omnes expositores. Ex quo patet primo secundum Ioannem Philip. art. 1. & 3. quòd fratres necessariò debent in corde firmiter retinere hoc, s. quòd nullum affectum seu cupiditatem pecuniarum in se damnari permittant, ac quòd in omnibus sive gerere tenentur, quo ad Deum & homines, ut in omnibus appareat sufficienter quòd nihil penitus habere uolunt neq; habent in pecunia contrectando uel percipiendo, uel timorem de eius perditione habendo, seu quomodolibet ea utendo aut disponendo. Patet 2. quòd non possumus depositarii quemcunq; qualitetcunq; se in dicta pecunia habuerit cōuenire direc̄te uel indirec̄te in iudicio, neq; alio mō extra iudicium repeteret eā, aut computum siue rationē de eius expensione querere, neq; uiolētiis nimis directe uel indirec̄te per nos uel per alios pecuniā extorquere, sicut neq; ab ipso dante possemus.

Neq; portare possumus clauem capsulae, uel loci ubi depositarius tenet pecuniam prædictam: neq; eam signillare, & huiusmodi. quia omnes hii actus pertinent ad ueros dominos pecuniae, habentes in ea quid iuris aut usus, &c. ut aperte ait Clem. 5. art. 6. & F. Philip pus ubi sup. & tract. de necess. congr. solut. & Bart. Pif. cap. 4. & spec. fff. 21. & 22. Tertio patet secundum prædictos expositores ibidem, & Hug. 4. cap. quod quamdiu dicta pecunia durauerit penes prædictum depositarium quemcunq;, fratres tenentur cauere ab omni uerbo, signo uel facto, per quæ apparere possit probabiliter hominibus ipsos fratres habere aliquid iuris uel actionis in dicta pecunia, uel dispositionem aliquam, ut iam dictum est. Ideo non possumus loqui præcipiendo uel disponendo cum auctoritate tanquam domini ad ipsos depositarios, ut dent uel soluant id quod necesse ast solui, neq; uerbo uel scripto mandare cum auctoritate ut dominus uel administrator seu dispensator pecuniae habens in ea expendenda aliquid auctoritatis, saltem ministerialis ad disponendum quod tale quid seu tali uel talis modo detur, soluantur, commutetur & expendatur: neq; possunt uerbo uel scripto dicere quod detur tale quid de pecunia, & nos recipiemus ad computum seu ratiocinia, &c. huiusmodi. quia ab omnibus uerbis & modis omnibus in quibus apparet aliquid auctoritatis uel iuris in pecunia quomodo cuncte tenenda uel expendenda seu mutanda est omnino cauendum necessariò: quia alias iam talis depositarius qui cuncte sit, etiam syndicus esset uel procurator & economus aut uel licus fratum, seu interposita persona, ad eorum nutum auctoritatuum tractans & expendens pecuniam: sicut & famulus uel procurator episcopi uel domini temporalis ad eius nutum & mandatum soluens pecuniam. quia fratres min. non solùm non possumus habere dominium aut proprietatem autius in pecunia, sed neq; actionem, administrationem uel dispensationem, neq; auctoritatem aliquam per nos aut per interpositam personam ullo modo in pecuniae acceptance, tentione, contrestatatione, aut expensione, aut mutatione eius, ut patet ex dictis, & sup. q. 4. & 5. & 6. & q. 9. dicitur. Quarto patet resolutoriè quod solummodo possumus nos habere circa pecuniam depositam & eius depositarium quemcunq;. eo modo omnino quomodo cum ipso dante si eam tenerer, nos habere possemus: & nil aliud auctoritatis possumus habere aut ostendere

stendere quomodo cuncte. Ideo sicut possemus humiliter sine auctoritatis signo petere aut debere uerbo uel scripto, uel per aliquam personam ab ipsomet dante, quod det uel soluat tale quid uel tantam quantitatem pecuniae pro necessitate seu necessitatibus, etiam non nominando neq; explicitando aliquam seu aliquas ut dictum est sup. in 2. conditione. Ita possumus à depositario ipso petere humiliter & rogare, & etiam persuadere ut det uel soluat, &c. & ut magis alliciamus & moueamus eius animum ad fideliter & prompte faciendum, dandum uel soluedum, possumus etiam si uoluimus, explicare aliquam uel aliquas necessitates pro quibus detur uel expendatur pecunia. Imo & possumus eius conscientiam onerare ut hoc fideliter & debite & cito faciat: sicut & ipsum dantem possemus circa suam pecuniam monere & onerare conscientiam ut faciat circa aliud proximum quid & quomodo tenetur, aut quomodo debet. Nec in prædictis modis est aut appetit probabiliter aliqua administratio uel dispensatio, seu dispositio auctoritatua circa pecuniam aut circa eius depositarium in quantum depositarium pecuniae, si prudenter & debite & simplici animo prædicta fiant, ut patet ex dictis supra in secunda conditione. & Nic. 3. art. 3. expresse concedit, nos posse humiliter rogare, exhortari, inducere neq; prædictum depositarium ad hoc, & hoc tam pro salute animæ eius, quam ut nostræ necessitati debite prouideatur, non propter cupiditatem ut habetur in prædictis tract. de necess. congr. solut. & F. Ioann. Philip. art. 1. &c. Hug. Bart. Pif. &c. Dixi notanter quod ex hiis modis non appetit probabiliter aliqua auctoritas circa pecuniam aut circa cius depositarium, in quantum depositarium. Nam licet sit famulus fratum alias qui tenet pecuniam depositam: & per consequens fratres petunt ab eo quod soluat de pecunia hoc uel hoc, licet uideantur ei mandare auctoritatue ut suo famulo sicut & alias mandant, tamen si modis prædictis petant ab eo certe non mandant, neq; loquuntur auctoritatue in quantum depositario pecuniae, licet alias mandent auctoritatue in quantum suo famulo. In quo tamen licet intentio sit salua, adhuc est prudens cautela adhibenda. Nescilicet coram hominibus uideantur ei auctoritatue mandare tanq; depositario pecuniae: quia non solùm tenemur cauere ne ure habeamus auctoritatem circa pecuniam aut eius depositarium h. sed

sed neq; uideamur probabiliter ho minibus habere talem auctoritatem ut dictum est , secundum Clem. 5. art. 6. ibi in cunctis sic se gerant fratres, ut in omnibus appareat eos nihil habere, &c. Et quia hoc est difficile facere, ideo expos. sine tit. 4. cap. & alii expositores, ut habentur infra q. 13, dicunt quod depositarius pecuniae non debet aut non potest esse famulus fratribus ipsorum, ne appareat eorum interposita persona, aut depositarius pecuniae ipso rum ad ipsorum mandatum tractans & expendens eam. quod qui dem eorum dictum est securum quidem & decens, non tamen necessarium: quia si cum ipso famulo seruentur omnes conditiones suprapositae, sicut & cum aliquocunq; depositario , certe non est illicitum, neq; prohibitum ullo iure, quod famulus alias etiam sit depositarius ut dictum est, & ex hiis patet quod ualde scrupulose locutus est quidam doctus pater in quibusdam dubiis super regulam, ut habetur dub. 6. & 7. oppositum dicens quo ad haec, ut habetur in quodam tract. dicto Enchyridion fratribus minorum, fo. 70. 71. Verum est tamen quod non est licitum assumere in depositarios uel nominare seu presentare illos famulos paruos, aut stolidos, nescientes, aut non potentes tractare aut expendere pecuniam, nisi ad dispositionem fratribus, aut nisi doceantur sic, scilicet fac ita & ita, accipe monetam auream, da uel reserua argenteam, numera sic uel sic, reserua hoc, da illud, &c. huiusmodi. Nam cum tales actus sint proprie dispensatio, administratio uel dispository auctoritativa pecuniae, aut circa usum eius, qui actus prohibent omnino fratribus quos non possunt habere ex se, neq; ex aliorum commissione per se uel per alios, etiam si non tangat propria manu pecuniain, ut patet ex dictis . ergo non est licitum tali modo ad tales depositarios famulos uel non famulos recurrere ullo modo, & in hoc multipliciter erratur ab aliquibus fratribus.

¶ Quinto patet ex dictis, quod quando depositarius non debite succurreret cum pecunia deposita necessitatibus fratribus, etiam humiliter rogatus & inductus, & admonitus ut dictum est: tunc credo quod licite possent fratres recurrere ad ipsummet danrem seu dominum illius pecuniae, seu ad aliud priorem substitutum substituentem, notificando ei quomodo de sua pecunia non est

est eis debite prouisum, non quidem hac intentione, ut coram eo de depositario conquerantur, neq; eo modo ut conqueri probabiliter uideatur tanq; allegantes iniuriam, neq; tanquam habentes actionem autius ut dictum est. Sed eo animo & eo modo ut eis prouideatur per illum dantem in suis necessitatibus ut ipse uoluerit de illa uel de alia pecunia, sicut & ad alium quemlibet dantem recurrerent, & etiam ut conscientiae depositarii prouideatur, & ut ipse dominus dans sciat quid factum est de sua pecunia aut rebus alias alibi depositis, dummodo caueatur scandalum inde probabilitate euenturum, & cum aliis debitibus circumstantiis fiat talis notificatio ipsi domino pecuniae, ut oportet. Et cum hoc concordat Gregorius 9. in sua declaratione art. 3. fol. 10. Et iste modus licet non habeatur in declar. Nic. 3. & per consequens uideatur illicitus, ut declar. Clem. 5. art. 6. dicens quod omnis modus recurrendi ad pecunias qui per Nic. 3. non conceditur, est illicitus nobis. Tamen ut dictum est, iste modus si fiat ea intentione & eo modo ut dictum, bene est secundum Nic. 3. ut patet, quia non uiciatur ex hoc quod insuper ei notificetur quid actuum sit de sua re uel pecunia, dummodo omnes aliae conditiones requisita seruentur & contra nullam earum est talis notificatio & recursus, ut patet discurrenti per singula, & patet ex dictis , ergo.

¶ Sexto notandum quod uidetur probabile quod sicut nos possemus nomine aliorum recipere computum seu ratiocinia de rebus aut pecuniis suis ab aliquibus eorum famulis seu uillicis , & dare merum consilium illis quomodo dispensent uel disponant de rebus suis aut pecuniis suis, uel sibi creditis, ut patebit infra 6. cap. q. 1. ubi de exequutionibus & consiliis testamentorum agitur. Ita quoq; possumus depositariis pecuniae pro nostris necessitatibus dare merum consilium quomodo expendant pecunias, & similiiter accipere computum de eis. dummodo sic accipiatur quod nullo modo fratres auctoritatue id petant, accipient seu exigant a depositariis, exquirendo quomodo aut in quo tale quid consumptum est: neq; sic auctoritatue facere id uideatur quasi cum suis uillicis, ut habentes quid juris aut actibus in tali pecunia aut eius expensione. hoc enim modo fieri non potest in pecunia quacunq; pro se uel pro aliis quibusq; neq; ctiam nole aut auctoritate dominorum, quia talis actus

auctoritatius petendic computum circa pecuniam, non potest ullo modo etiam ministerialiter fratribus competere, ut patet ex dictis secundum Clem. s. & Nic. 3. Sed solum possunt fratres recipere computum simpliciter summando quantum est expensum & quantum remanet expendendum, ut sic sciant an habeant sufficiensem eleemosynam depositam pro suis omnibus ueris necessitatibus præteritis, præsentibus, & imminentibus tantum. Et hoc in super habet uerum, quando depositarius id libenter uellet facere ut manifeste apparet fratribus seu omnibus testimonium suæ fidelitatis, uel ut cognoscatur quantu[m] manet de pecunia deposita quæ forte commixta est cum suis propriis pecuniis. Non autem potest depositarius cogi ad id, si non uult reddere computum fratribus, ut dictum est. Et quod isto modo simpliciter sine auctoritate licet recipere computum, uidetur probabile, ex quo nulla actio seu auctoritas est seu apparet esse in fratribus circa pecuniam, si aliae debitæ circumstantiæ scandali & eiusmodi debite caueatur & prudenter, quamvis purius esset cauere ab omni modo receptionis computi cuiuscunq[ue]: non tamen uidetur peccatum saltem mortale, modo supradicto computum simpliciter accipere: neq[ue] omnino est contra intentionem declarationum, præsertim ubi dantes domini pecuniarum creduntur probabiliter id uelle ne fiat fraus, aut aliud eiusmodi. & similiter habetur in lib. firmamenta trium ordinum in 4. parte, fol. 181. in decisio[n]e, dub. quod si licum est petere computum à syndicis per modum uoluntariæ conuentio[n]is, s. ad præcauendum furtis & obliuioni, & ut sciatur quantum est de eleemosyna, & ut omnia debite fiant & expéndantur & procuretur, ut oporet. Non autem per modum exactio[n]is auctoritatis dominii uel iuri utendi, sed simpliciter ex dicta causa, ut dictum est, & ut per dominos pecunia[rum] uel per ipsos prælatos postea debite prouideatur, uel illis depositis ab officio syndicatus de aliis alias uel alio modo cognita fraude uel negligentia debite prouideatur.

¶ Septimo notandum, quod si depositarii pecuniarum pro necessitatibus fratum se infideliter haberent circa pecunias sibi cōmissas & ad ueros dominos earum non posset commode haberi recursus, neq[ue] notificari eis, ut supra dictum est, id quod de sua pecunia infideliter sit per eorum depositarios, tunc probabile uidetur

tur quod saltē sine peccato mortali fratres possunt id notificare iudici, ecclesiastico seu seculari, dummodo talis notificatio fiat humiliter, scilicet non allegando ius suum, neque ostendendo ullam actionem directe seu indirecte prosequendo item contra depositarium per se uel per alium: sed humiliter id notificando, sicut notificarent aliam fraudem aliorum pauperum dumtaxat, ut sic ipse iudex ex officio suo & nomine suo & auctoritate officii procedat cōtra tales infideles ac depositarium in iudicio, uel extra, si placuerit, & si uoluerit inde uel aliunde prouideat necessitatibus prædictorum fratum, dummodo alias debite caueatur scandalum, & cum debit[is] circumstantiis: & quod hoc modo sit licum sic notificare, uidetur ex hoc, quia s. sic non habent negostendunt fratres ius uel actionem se habere ullo modo, ut dictum est, & supponitur. & faciunt ad hoc ea quæ infra cap. 6. q. 11 ubi de exequitione & repetitione legatorum agitur, ibi uideantur & huc explicentur ut oportet. Nam propter breuitatem non expedit eadem torties replicari, maxime quia non apparēt fratres coram iudice in iudicio uel iudicialiter, sed alibi in priuato ut supponitur, & sic non fit contra Clem. s. & uitatur species mali: & hoc idem possunt fratres & melius facere per alium aliquem deuotum ordinis, ut s. ipse nomine suo notificet iudici iniuriam fratrū & fraudem, &c. & quidem ubi abundat mala cupiditas hominū, necesse est ut abunder & prouida prudensq[ue] cautela, alioqui oportet saepius cupiditatibus & fraudibus hominum impunitis mendicare, pecuniamq[ue] procurare.

¶ Octavo notandum, quod illi etiam qui utuntur syndico, tenentur obseruare hanc septimam conditionem ex parte depositarii, ut supra per totum late dictum est: quia quo ad hanc conditionem, non est cum illis dispensatum seu concessum, quod se possint aliter habere cum syndico quam cum alio quocunq[ue] depositario pecuniarum, ut patebit latius infra q. 16. &c. Sed quo ad legatarū pecuniarum in testamento repetitionem quomodo aliter se possint habere fratres, & mediāte syndico ibidem. q. 16. & latius infra 6. cap. q. 11. habetur. Resolutoriē ergo quo ad hanc questione octauā, dic quod quando pecunia non debet deponi apud aliquem, tunc requiruntur solum tres conditiones primæ, quarum secunda conditio nō est certa, & probabilius ego teneo quod nunquam

nunquam requiritur ut ibi dictum est: quando uero pecunia depositur, tunc ultra tres priores conditiones requiruntur aliæ quatuor ut positæ sunt. Et insuper semper requiruntur quinqꝫ conditio[n]es ex parte rei seu causæ pro qua procuratur pecunia, ut supra q[uaestione] 7. positæ sunt: quomodo autem debeat talis pecunia procurata expendi in q[uaestione] 9. subsequenti latius habetur, ibi uideatur.

 A E S T I O I X . Quæritur quomodo secundum regulam & declar. Nic. 3. & Clem. 5. potest expendi seu transmitti & træsportari pecunia, & quomodo potest peti ad tandem, distractum, uel cōmutandum pro aliis rebus intra uel extra ordinem, & quomodo non? Respondeo per nouem puncta: quorum primum est, quòd auctoritate uel noīe fratum non solum non potest pecunia peti, recipi, deponi, aut committi, sed neq[ue] iam cōmissa potest eorum noīe seu auctoritate tanq[ue] propria repeti, expendi, nec de loco ad locum, aut de persona in persona mutari, deferri, mitti aut transmitti. Sed totum hoc debet facere dominus pecuniae aut eius depositarius quicq[ue] auctoritate & noīe dantis ipsius & secundum ipsius dantis uoluntatem, ut in q[uaestione] 8. præcedenti dictum est late, ut communiter dicunt omnes expositores 4. c. & tract. de necess. congr. solu. & seren. con. q. 12. & c. secund. Nic. 3. & Clem. 5. Imo nec fratres neq[ue] ipsi depositarii pecuniae quicq[ue] possunt agere ullo modo in expendendo seu mutando uel transmittendo, & huiusmodi contra uoluntatem ipsius dantis. ideo non possunt ipsam pecuniam determinatam ab ipso dante ad aliquem usum uel necessitatem alicuius, seu aliquorum fratum uel conuentuum conuertere in alios quoscunq[ue] usus ipsorum seu aliorum fratum uel conuentuum, nisi à domino super hoc receperint potestatem, uel de eius ad hoc probabilitate præsumperint uoluntate, ut expresse dicunt expositores ubi sup. Et F. Ioann. Philip. art. 1. ut clare hoc eliciture ex Nic. art. 3. & Clem. 5. art. 6. sæpe id innuentibus. ideo ait Aluarus de planctu ecclesiæ apud seren. con. q. 13. quòd nō possunt fratres de pecunia deposita exeniare aut minuscula de illa pecunia emere ad dandum aliis. Et certe in hoc quod in hoc primo punto dictum est, continetur breuiter quicquid circa h[abitu]c[on] 9. quæstionem dici potest. Tamen pro simplicioribus nondum satis resolutis circa h[abitu]c[on] ponentur alia puncta sequentia ad maiore declarationem casuum mergen-

emergentium. prius tamen notando quòd pecunia dicitur plene determinate data seu deposita quando ad aliquam necessitatem usum seu usus aliquos speciales determinatos ab ipso dante seu à fratribus expressos & nominatos ipsi danti, & pro aliquo seu aliquibus fratribus seu cōuentibus particulariter & determinatis ab ipso dante, seu per ipsos fratres petentes expressis & nominatis particulariter ipsi danti concessa seu deposita est talis pecunia. Quando uero ipsa pecunia nullo istorum modoru[m] est pro aliquibus necessitatibus fratribus seu cōuentibus nominatis specialiter & determinatis aut expressis per fratres aut per ipsos dantes, sed solum est generaliter data seu deposita pro necessitatibus fratum aut conuentus aut ordinis, secundum dispositionem prælatorum tuuc dicitur pecunia indeterminata aut indifferens omnino, tam quo ad usum seu necessitatem, quam quo ad personam seu locū. Quando uero determinatur expresse per dantem seu per fratres, petentes exprimitur danti persona uel locus cui det, uel deponat pecuniam, non tamen fit uila exspecificatio necessitatis seu usus, sed sic genera b[ea]t[er] conceditur pecunia pro tali persona uel loco si-guato, tunc pecunia est quidem determinata quoad personam, uel locum, non autem quoad usum seu necessitates. quando autem determinatur expresse per dantem, sed per ipsos fratres exprimitur ipsi danti talis uel talis necessitas seu usus pro quo concedit pecuniam, utpote pro infirmis pro oleo, &c. nō tamen fit uilla exspecificatio personæ uel loci pro quo concedat pecuniam, tunc pecunia est quidem determinata quo ad usum seu necessitatem, non autem quo ad personam seu locum, nisi alias probabiliter præsumatur quòd dans uult solum pro tali persona seu loco uel cōueniu[t]u[nt] talem suam pecuniam concedere determinate: tunc enim esset determinata quo ad personam seu locum, sicut præsumitur de uoluntate dantis, & isto modo propriæ capituri necessitas determinata pro necessitate explicata ad usum uel personam particularē. Indeterminata autem seu indifferens opposito modo, ut dictum est, quis alibi accipiat ab aliquibus determinata. i. certa, prædicta, præsens uel imminentis. Indeterminata autem. i. incerta seu futura, ut sup. qu. 7. condit. 2. & q. 8. conditione 2. & c. dictum est, quòd talis acceptio fuit occasio errandi aliquibus.

Idco

Ideo diffiniatur necessitas determinata seu indiferens, ut diffinitum est in hoc primo punto proprio loquendo: hiis suppositis sequuntur punctacula.

¶ Secundum punctum est, quod pecuniam datam seu depositam determinate ad aliquem usum seu necessitatē, seu pro aliquo fratre aut conuentu, non possunt fratres neq; depositarius eam conuertere ad alium usum, seu pro aliis fratribus aut conuentibus transmittere aut destinare, nisi habeatur sufficiens licentia seu uoluntas dantis expressa, si cōmode potest haberi aut probabiliter prae sumpta, si potest commode expresse haberi. Ratio patet ex dictis quia contra uoluntatem dantis non potest depositarius dispensator dispensare, & multominus ipsi fratres qui nil usus aut iuris habent in tali pecunia, ut communiter dicūt omnes expositores ubi sup. ex Nic. 3. & Clem. 5. Ideo nec minist. generalis neq; cap. generale potest oppositum facere, aut ad oppositum licentiare, ex quo tenetur ad regulam, sicut & alii fratres, ut ait Aluarus ubi supra, & habetur in seren. conscienc. q. 13. q. 82, ubi etiam dicitur, quod licet prælatus possit fratri subdito negare licentiam acceptā di aliquam eleemosynam pro suis tantum necessitatibus determinate: tamen si ei ad hoc licentiam concedit seu acceptat, tunc de tali eleemosyna deposita determinate pro aliquo fratre non potest ullus prælatus eam assumere neq; facere sibi assignari per illum fratrem pro necessitatibus aliis quibuscunq;, etiam communatis: neq; ipso fratre moriente retinere potest illam prælatus, sed talis pecunia redibit ad dantem, secundum quod dictum est sup. q. 8: conditione 3. secundum Nic. 3. uel ad alios quibus bona incerta deueniunt, ut ibi dictum est. Ideo ex dictis etiam patet, ut habetur in tract. 10. plag. plag. 1. quod nullus guardianus neque alias prælatus potest mirtere alii guardiano, fratri, uel conuentui, uel pro necessitatibus aliis expendere pecuniam determinate depositam pro aliquo fratre, loco, uel conuentu, seu pro aliqua necessitate seu necessitatibus determinatis, etiam si sit pro missis, aut pro aliis suffragiis data uel concessa, ex quo nullum ius neq; auctoritatem habent fratres in quacunq; pecunia ut dictum est secundum Nic. 3. nisi de licentia dantis expressa uel probabiliter præsumpta & seruatis aliis conditionibus positis in 8. q. præcedente. Quod si contra hoc obiiciatur quoddam statutum in quodam capitulo prouincia

prouinciali prouintiaz Castellæ obseruantiaz in conuentu de Pinto in festo sanctæ Mariæ de niuibus, Anno Domini 1440. celebrato, ubi sic dicitur. Quicunq; fratrum missam nouam cantans, petierit eleemosynam pecuniariam ad eam uel ad offertorium pecuniaz se conuerterit (ultra p̄ceniam ibi taxatā habetur) quod spoliatur tota eleemosyna acquisita, & applicetur infirmatorio prædicta pecunia: & paulo inferius ibidem habetur, quod si quis frater uenerit ad nostrum consortium & apporrauerit aliquas pecunias, quod expletis suis necessitatibus reliqua pecunia in necessitatibus conuentus expendatur. Item in litera quam Reuerend. pater frater Fræscus de Angel. minister generalis ad Hispaniam de stinavit anno Domini 1523. dicitur quod nulli fratri permittatur ullo modo habere particulariter pecuniam depositam pro suis necessitatibus, sed si alicui fratri aliqua pecunia offeratur, guardianus eam conuertat in necessitates fratris si eguerit, si autem nō in diguerit frater ille, conuertat eam guardianus in necessitates conuentus, hæc ibi. ex quibus & aliis eiusmodi statutis, uidetur quod pecuniam determinatam pro aliquo fratre, potest prælatus conuertere in alias necessitates conuentus, &c. contra id quod dictū est.

¶ Respondeo quod non contradicit prædictis: Nam illa duo prima statuta intelliguntur ut sonant de pecunia cōcessa quidem seu data ad petitionem alicuius fratris: non tamen determinate pro ipso tantum fratre, sed intuitu ordinis ipsi est concessa pro necessitatibus suis & aliorum fratrum, secundum prælatorum suorum dispositionem religiosam. Et quando specialiter pro ipso mettantū fratre determinate concederetur, ut sonat secundum statutum. & clarius litera prædicti min. generalis id sonat, tunc non potest simpliciter conuerti in alias necessitates aliorum, relictis necessitatibus fratris illius. Sed prius expletis illius fratris necessitatibus ueris secundum regulam, residuum conuertendum est in necessitates communitatis: quia sic probabiliter præsumitur de uoluntate dantis, ubi non constaret de opposito: & sic de licentia saltem probabiliter præsumpta, fit prædicta conuersio, seruatis aliis conditionibus requisitis, ut in q. 8. dictum est, sicq; sonant & intelligenda sunt prædicta statuta, & litera prædicta, & alia eiusmodi. ¶ Tertium punctum est, Pecuniam indeterminate seu indifferenter

ter depositam omnino, tam ratione usus seu necessitatis, quam ratione personæ seu loci, seu conuentus, potest quis expendere & transmittere pro aliis locis & personis & necessitatibus suis & illorum omnium qui sunt sibi & suæ curæ cominissi, pro quibus potest procurare pecuniam, & non pro aliis personis aut locis qui autem fratres & pro quibus locis aut personis possunt procurare pecuniam, dictum est late sup. q. 7. conditione 5. ibi uideatur. Et ratio patet, quia talis pecunia indifferenter concessa, eo ipso uidetur concessa pro omnibus pro quibus poterat licite procurari: ut ait Nicol. 3. art. 3. de pecunia indifferenter missa uel oblata, quod s. intelligitur concessa modo alias lictio, & pro necessitatibus lictis, ut dicitur inf. q. 10. Ex quo patet, quod guardianus non potest mittere alteri guardiano pecunias pro missis ei commendatis, neq; alias pecunias quacunq; indifferentes, nisi de licetia custodis aut min. prouincialis utriusq; guardiani. Neq; unus prouincialis alteri prouinciali, nisi de licentia min. generalis aut superioris utriusq; aut de licentia capituli generalis, quæ licentia iam habita est per statuta generalia, quo ad min. prouinciales, ut infra, & in 7. etiam punclo, &c. ibi uideatur, & praedicta licentia sufficit, quod sit uel expressa uel tacita uel interpretativa, utpote quia scitur & non resistitur guardianis in intentibus aliis guardianis suæ uel alterius prouinciae missas & earum eleemosynas, quia sic uidetur iam licentia data per prouinciales, & gen. min. & cap. g. Imo & min. prouincialis in sua prouincia & custodes in sua custodia possunt id mandare guardianis, ut sic inuicem sibi prouident, & succurrant de eleemosynis pecuniariis, sic iam indifferenter depositis, modo sint datae pro missis, modo non, sed pure, liberaliter: quia similiter potest mandare, ut pure liberaliter dentur aliis conuentibus, uel cum onere dicendi missas ut oportet. ex quo habet curam omnium illorum subditorum & conuentuum, & talis eleemosyna, ut supponitur, est indifferenter deposita pro necessitatibus fratrum ordinis secundum dispositionem prælatorū, sicut beatus Paulus faciebat collectas, ut habetur. Sed semper nondum, quod quando talis pecunia quæcunq; mittitur seu transmittitur ad alium locum, conuentum, uel guardianatum seu ad alium quempiam, etiam si ministr. generalis eam mittat; tunc nec-

cessario debent caueri omnes aliae conditiones requisite sup. 7. & 8. quæst. Ita quod neq; mittatur, neq; appareat mitti nomine seu auctoritate frarum, sed nomine & auctoritate dantis seu depositarii quicunque sit, modo fit syndicus, modo alius amicus spiritualis. Ideo solùm potest rogari talis depositarius, quod nomine suo mittat seu expendat talem pecuniam ad talem locum, seu guardianum, quia ibi deberur, aut quia pro illis necessitatibus est danda per se uel per alium depositarium eo modo quo supra dictum est per totam questionem octauam omnino. Cætera autem quæ requiruntur in modo accipendi missas seu eleemosynam pecuniariam pro missis & aliis diuinis officiis latius tractabuntur in fra quæst. i. 5. &c. hic enim solùm agitur quomodo expendenda, uel transmittenda pecunia quæcunque. Et ad prædicta omnia faciunt multa statuta. Vnde in constitutionibus generalibus Burgen. cap. 3. habebatur, quod min. prouinciales semel in anno dili genter inquirant de eleemosynis pecuniariis, & de aliis conuentuum, & si aliqua superflua reperirent conuentibus indigentibus communicetur (ut deceat) hæc ibi. & in tab. 3. Vic. general. habetur ad idem quod Min. prouincialis potest tollere utensilia de uno conuentu & dare alteri. & hoc idem fere fuerat statutum in tabul. 19. Vic. general. ubi habetur, quod si quis conuentus in aliquibus superfluat, ut in uino, oleo, &c. deficiat autem in aliis, ut in ordeo, piscibus, carnis & huiusmodi, tunc Min. prouincialis talis prouinciae, uel custos talis custodie potest prouidere & commutationem facere in talibus, mandando quod unus det de quibus abundat alter, & econuerso, hæc ibi. Et in tab. cap. gen. Burdegalen. anno Domini 1510. celebrati idem habetur: nisi de opposita dantium uoluntate constaret. Et Eugenius quartus ff. 2. 6. 1. Concessit quod generalis possit tollere superflua à conuentibus sibi subditis, ac in aliis conuentibus reponere aut commuta re.

Et notandum quod hæc duo ultima s. Eugenii quarti concessio, & in tabula decimanona Vicarii generalis, non loquuntur de pecuniis, seu de aliis rebus utensilibus à fratribus habitis in usu fratrum, quod Minister prouincialis & generalis possunt id manda re dc ipsis rebus quibusq;

Quo non obstante de eleemosynis panis, uini, & huiusmodi iam acquisitis bene potest unus guardianus impetriri charitatiue cum alio guardiano, seu illi dare, ut ait tract. 10. plaq. plaq. 1. & potest donare, ut infra 5. cap. q. 6. ubi de donationibus agitur: & prout de licentia tacita ei amplius per min. prouincialem concederetur secundum regulam & charitatem. Petere autem res ad commutā dum uel distrahemus cum aliis fratribus ordinis uel extra ordinem, proxime dicetur in 7. puncto, quomodo liceat, quomodo non. Pronunc enim dictum est in hoc tertio punto, quod de pecuniis iam depositis indeterminate, licitum est expendere & transmittere modo supradicto, etiam quando dantes earum sunt uiuis. Nam de legatis in testamento adhuc aliquid amplius licet, ut infra in 4. punto proxime dicetur: ubi etiam habentur plura alia ad hoc 3. punct. pertinentia.

¶ Quartum punctum, quod pecunia in testamento legata alicui fratri determinate potest quidem acceptari: de licentia tamen pralati si talis frater habet necessitatem. & de tali pecunia debet pralatus eidem fratri in necessitate prouidere ut oportet & expedit alias secundum regulam: quod si talis frater non indiget, seu si aliquid superest de tali pecunia, etiam determinate legata, potest licite expendi in alias necessitates conuentus, ut habetur in consti. Benedicti 11. & seren. conscienc. q. 19. secundum etiam Petru de Ancorr. super Clemens exiui. Imo ait idem Ancor. ibidem, quod si aliquod legatum etiam pecuniarium relictum est conuentui pro fratribus, determinatum tamen ad aliquem usum seu necessitatē, seu causam, utpote ad induendum fratres, si talis causa iam non est necessaria, quia iam fratres non indigent indumentis, potest conuerti tale legatum, mutari seu conuerti in alias necessitates fratrum & hoc per haeredes seu exequutores si uelint: neque requiritur alia uoluntas testatoris: quia sic presumitur probabiliter de eius uoluntate. De quo latius summisæ tit. legatum. Sed ad maiorem securitatem Sixtus 4. fo. 62. concessit nobis quod nostri pralati possint commutare legata facta nostris locis ab uno usu ad alium seu alios, & hoc quando sine scandalo illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet, fieri potest. Et Leo 10. fff. 93. hoc extēdit ad quascunq; res donatas per quoscunq; dantes & uiuentes. Et in registro ordinis facto tempore Reuerend. patris fratris Francisci

cisci Licheti min. g. habetur quod anno Domini 1519. Leo 10. concessit quod pralati nostri possint legata & eleemosynas obuenientes loco abundantiori conuertere, transferre & applicare alteri loco indigentiori iuxta ipsorum praelatorum discretionem dummodo fiat sine scandalo, haec ibi. Sed resolutorie dic, quod quantum attinet ad pecunias determinatas non legatas in testamento, sed concessas seu depositas determinate per dantes uiuentes, limita & intellige ut supra dictum est in secundo punto. De omnibus aliis pecuniis, etiam determinatis, legatis in testamento & de aliis quibusq; rebus non pecuniariis, legatis seu non legatis, ualent ea quae in hoc 4. punto dicta sunt. Nam de pecuniis indiferentibus depositis per dantes uiuentes, dictum est in 3. punto supradicto.

¶ Quintum punctum est. Si is qui dedit, seu deposituit pecuniam determinate seu indeterminate pro necessitatibus fratum, & antequam ipsa pecunia sit expensa seu conuersa, ipse dans moritur, tunc non obstante morte dantis uel haeredis cuiuscunq; contradictione possumus ad tales depositarium recurrere pro eius expensione, & facere cum eo omnino sicut cum ipsomet dante poteramus, ut ait Nic. 3. art. 3. in eo uero casu, &c.

¶ Sextum punctum est, quilibet praelatus potest licite petere seu procurare pecuniam pro necessitatibus suis, & omnium sibi commissorum, & non pro aliis, nisi adhuc licentia pralati superioris saltem tacita, seu interpretativa, hoc patet ex dictis supra in 3. punto, & sup. q. 7. conditione 5. Et sic patet quomodo unus guardianus potest de licentia prouincialis procurare missas seu pecuniam pro altero guardiano. Et unus prouincialis seu alius subdatus, de eius licentia potest, similiter pro alio guardiano alterius prouinciae potest pecuniam & missas procurare, quia ad hoc est licentia min. g. uel cap. generalis, saltem interpretativa, dum de opposita non constat uoluntate superiorum aliquo modo. Semper tamen hic & in omnibus dictis & dicendis, intelligitur quod debet seruari omnes alias conditiones requisitæ, ut sup. q. 7. & 8. per totum habetur. Petere autem rem utibilem ad dandum alii, similiter licitum est ut dictum est. Petere autem ipsam rem utibilem ad dandum aliis seu aliter quam dictum est, non est licitum, quia licet non sit acceptio pecuniae, est tamen actus proprietatis, ut dictum est super

pra q. 1. & dicetur infra cap. 6. q. 6.

¶ Septimum punctum est, petere seu procurare rem aliquam animo commutandi aut distrahendi eam interueniente aestimatione precii pro aliis rebus cum aliis quibuscumq; extra uel intra ordinem ut oleum, uinum, pro ordeo, caseis aut arietibus & cætera huiusmodi. Non potest fieri nisi in casu & eo modo quo pecunia procurari potest. Ratio, quia est uera pecunia talis res tali animo procurata, ut patet ex dictis sup. q. 1. Ideo requiritur quod fiat talis receptio de consensu dantium uero seu expresso, seu interpretatio, & secundum communiter expositores requiritur quod tales necessitates explicitur ipsis dantibus, sed secundum aliam opinionem quam credo ueriorem, non requiritur quod eis explicitur tales necessitates, neq; aliae circumstantiae eiusmodi, per quas dominium uel auctoritas seu dispensatio aliqua circa pecuniam talis non tollitur ab ipso dante, neq; ponitur in fratribus, ut sup. q. 8. conditione 2. & conditione 7. &c. dictum est latius.

Requiritur etiam quod ipsemet dans si uult per se uel per alium ab ipso substitutum faciat contractum commutationis de sua re pecuniaria, uel si non uult sic facere, ut probabiliter creditur in quotidiani mendicationibus, tunc fratres debent ei depositarium talis pecuniae, quemcunq; uoluerint nominare, dicendo quod syndicus seu talis persona faciet contractum commutationis seu distinctionis de sua re, sicut de sua pecunia: ut sup. quæst. 8. condi. 4. & 5. & 6. &c. dictum est. Et hæc omnia, præcipue requiruntur si talis commutatio seu distractio facienda sit, mediante aestimatione precii, modo fiat intra ordinem cum aliis fratribus modo extra cum secularibus aut aliis quibuscumq;. Possunt autem fratres licite talis rem pecuniariam tangere & deferre in suam domum, uel etiam reseruare si datus placuerit, quousq; commutetur uel distrahatur modo supradicto, ut dictum est supra q. 4. in 3. puncto. Licentia autem superiorum dic quod eo modo requiritur uel non requiritur sicut in procuratio pecuniae, ut dictum est per totam hanc quæstionem. & supra quæst. 7. conditione 5. &c. & quæst. 6. ideo subditi agent licentia suorum prælatorum: guardiani autem non nisi ad prouidendum necessitatibus aliorum quam sibi commissorum mediante tali pecunia ipsam procurarent, ut patet

patet ex dictis, quamvis in tab. 8. Vic. gen. uideatur dici quod re quiritur licentia prouincialis uel custodis. De quo proxime dicitur infra in hoc septimo punto.

Procurare autem rem ad commutandum pro alia sine ulla aestimatione precii interueniente, stando in rigore, non est pecuniam procurare, sed est actus proprietatis, supra quæstione prima. ideo solum requiritur consentus dantis seu domini talis rei commutandæ, & quod fiat sicut ipse uoluerit de sua re in tali contractu, seu alienatione: ut latius dicetur infra cap. 6. quæstione quarta, ubi de commutationibus agitur. Tamen quia talis res accepta ad commutandum extra ordinem pro alia sine aestimatione precii, ad hæc censeretur nomine pecuniae aliqualiter in ordine nostro, ut in prima quæstione supra dictum est. Ideo uidetur, salvo meliori iudicio, quod de licentia prouincialis aut custodis, saltem tacita, uel interpretativa, & non sine ea potest unus guardianus seu alius frater subditus procurare res alias, utpote uinum, oleum, & cætera huiusmodi, quæ quotidie mendicantur ad commutandum intra ordinem pro aliis, utpote pro ordeo, lana, & cætera huiusmodi mendicatis, quando alias non potuerint commode suis necessitatibus conuentum prouidere. Immo & quod prouincialis uel custos id suis subditis mandare potest & facere: neq; requiritur alia licentia dantum, neq; quod interueniat syndicus, aut aliis amicus spiritualis in hoc. & ratio est, quia ex quo non est pecunia proprie, neq; est proprie contractus polytice seu ciuilis commutationis, ex quo non interuenit aestimatio preci illu modo (ut supponitur) Non requiruntur necessario conditions requisitæ ad procurementem pecuniae, seu ad pecuniae expensionem quia tales res recipiuntur ad usum fratrum ordinis. Nam uidentur in dominium Papæ seu Ecclesiæ transire, sicut & aliae res quibus utuntur fratres: de ipsis autem rebus pertinentibus ad Papam uel Ecclesiam, licita est commutatio de licentia prouincialis, ut patet per Nicolaum tertium artic. tertio, & inf. cap. 6. quæstione quarta. Et quando non interuenit aestimatio preci, non est necessarius syndicus, ut ibi dicetur, ergo prouincialis id mandans uel ad id licentians, non aliter facit quam de rebus utensilibus petitis ad usum fratrum sibi subditorum, disponens de usu talium rerum tollendo ab illis, & dando ipsis, &c. & econtra.

Et similiter facere possunt custodes in suis custodiis, ut in tab. 19. Vic. g. habetur, & dictum est sup. in 3. punto. Si autem procuratur ad commutandum pro alia extra ordinem sine aestimatione precii interueniente, tunc licet non sit proprie pecunia, tamen censetur pecunia in nostro ordine ut dictum est: ex quo non accipitur ad utendum ea intra ordinem, & per consequens non transit in dominium Papæ uel ecclesiae, ut patebit in 6. capite. Ideo non nisi ad uoluntatem dantis est commutanda uel alienanda talis res quia & est actus proprietatis, & aliqualiter licet non omnino accedit ad pecuniam, ut dictum est. Et ad praedicta omnia faciunt ea quæ habentur in tab. Vic. g. ubi dicitur quod non debent fratres procurare ea quæ ad ipsos interdum magis abundant, ut pisces, uinum, & similia ad dandum aliis conuentibus & locis, aut etiam personis extra ordinem, à quibus alia, ut oleum, ordeum & huiusmodi in recompensam & quasi in solutionem accipient ullo modo: sed quod pro necessitate tantum debent talia procurari, hæc ibi. & in tab. 8. Vic. gen. habetur sic, declaratur quod recipere granum uel alia huiusmodi pro acquisitione seu commutatione in aliquam rem necessariam non licet fratribus, uerum tamē ubi fratres non possent bene prouideri in suis necessitatibus, talia possunt recipi per amicos spirituales de consensu dantium, & de licentia seu dispensatione Vic. prouincialis, (nunc autem min. prouincialis) aut custodis, hæc ibi. Et in cap. generali Burdegalensi. anno Domini, 1510. celebrati habetur declaratum quod in solutionibus faciendis ex uino, uel blado, aliisq; rebus quæstuatæ pro fratum necessitatibus, omnia per procuratores sedis Apostolicae & nō per fratres exequi debent, hæc ibi. Quæ statuta sunt intelligenda secundum omnia supradicta, sic s. quod quando procuratur res ad commutandum pro alia, mediante aestimatione precii, tunc requiritur quod fiat auctoritate dantium per amicos spirituales &c. ut supra. quando uero sine aestimatione precii intra ordinem commutanda est, tunc sufficit sola licentia uel dispensatio seu mandatum min. prouinc. uel custodis: quando autem sine aestimatione precii extra ordinem commutanda est, recipitur talis res, tunc requiritur & sufficit quod fiat commutationis cōtractus per dantem uel per alium amicum spiritualem auctoritate dantis, ut de hiislate dictum est. Quod si contra praedicta in hoc præcipue

cipue 7. punto arguatur: quia Pius 2. fol. 62. & fff. 100. concessit quod prælati nostri circa subditos suos & loca condescende re possint, dispensando in hiis quæ non omnino sunt contra regulam ( i. non contra substantialia principalia uota seu præcepta regulæ) ut in receptione frumenti pro induendis fratribus, ut ubi non est alius modus commode habendi, & in aliis casibus ibi expressis. Item Leo x. exponi nobis fff. 23. concessit quod fratres min. possint recipere per se panem, uinum, oleum, & huiusmodi ostiatum acquisita in abundantia, & ea ipsa comutare, permittare, & uendere per syndicum pro carnibus & aliis huiusmodi ad uictum pertinentibus quibus egent ipsi fratres.

¶ Respondeo ad illud Pii secundi, quod solùm ibi cōceditur prælati posse dispensare rationabiliter circa ibi contenta: ideo quando esset causa rationabilis & sufficiens, ad id possent dispēsare, ut ibi conceditur alias non. quando autem non est causa dispensandi, tunc seruandum est quod regula & declarationes dicunt, ut dictu est & in subiecta materia circa alia præcepta regulæ habetur. De hiis autem dispensationibus latius agendum est infra cap. 10. q. 4. Ad aliud priuile. Leon. x. Respondeo uno mōdo secundum Spec. fff. 6. & collectorem compendii, tit. commutare. s. 3. fol. 41. quod tale priuilegium est surreptitium, & ideo ab eo cauendum omnino, quia concedit possessori contraria id ad quod ex regula tenemur. Concedit enim posse fratres accipere pecuniā alio modo, & forte melius. Respondeo quod ibi solūm dispensat in casu quo aliter commode necessaria procurari non possent. & sic debet intelligi talis dispensatio, ut sit rationabilis sicut & credendum est, quod non nisi rationabiliter potuit & uoluit Papa dispēsare, sicut de priuile. Pii 2. dictum est. Et notandum quod solūm ibi Leo x. dispensat cum fratribus omnibus qui possunt uti syndico secundum constit. Martini 5. seu secundum priuileg. Martini 4. (de quo infra q. 16. &c. latius dicēdum est qui possunt uti syndico & quomodo) Et de ipsis utentibus syndico, loquatur Leo x. patet ibidem expresse. Ideo tales rem pecuniariā, ex quo supponit Papa transire in dominium Papæ uel ecclesiae Romanæ concedit & ordinat, quod nisi per syndicū commutetur seu uendatur aut distrahatur. Et tunc quando esset necessitas sic accipiendi rem pecuniariam concedit Papa quod fiat modo supradicto per syndicū

syndicum Papæ ubi est usus talium syndicorum , licet pecuniaria ipsa res deferatur aut conseruetur per fratres quod nihil obstat ut dictum est sup. q. 4. quæ dispensatio non magis est exorbitans , aut contra regulam seu irrationabiles quam dispensatio habendi syndicum , de quo inf. q. 16. &c. dicetur. & cap. 10. q. 4. de hiis dispensationibus an & quomodo liceat eis uti , agendum est. Illi autem qui syndico utilicie non possunt , seu qui eo non utuntur , non possuntuti prædict. priuil. Leon. x. sed in necessitate & per amicos spirituales debent talem commutationem mediante æffimatione precii facere ut dictum est , & sic omnia saluantur , & consonant ueritati.

¶ Quartum punctum est quod nullus min. gen. prouincialis , cu stos seu procurator ordinis potest ullam exactiōnem aut extorsi onem pecuniæ facere à quibuslibet fratribus uel conuentibus sibi subdatis ullo modo , uel colore , uel causa , neq; per modum exactiōnis aut extorsionis potest ei dari à fratribus : etiam de eleemo siis pecuniariis indifferentibus quibuscunq;. Sed solū potest ei dari seu contribui de prædictis eleemosynis pecuniariis & nō pe cuniariis per modum eleemosynæ aut prouisionis suarum necessi tatum aut negociorum suorum & sibi commissorum , seruatis eti am modificationibus dictis in tota hac q. 8. & aliis dicendis in q. subsequentibus , secundum subiectam materiā. Neq; enim omnia simul ubiq; tractanda sunt , & etiam ipsi prælati non aliter recipere possunt sibi data quam dictum est. Prædicta patent ex dictis , & ex priuil. Martini s. peruigilis more. fol. 38. &c. Et notandum quod exactio est extorsio uiolenta , puta imponendo collectas , aut tantam summa singulis guardianis aut prouincialibus , ut fa ciunt principes in suis regnis. Ideo notandum , quod non dicitur prælatus extorquere aut uiolentam extorsionem facere , quando petit aut præcipit , aut disponit aliquid quod detur sibi uel aliis , &c quando & eo modo quo subditus tenetur obedire & libenter fa cere , tunc enim subditus non est rationabiliter iniustus , quamvis actu elicto seu actualiter iniustus faciat & uiolenter ut ex Sco to patet in 4. dist. 15. in materia restitutionis , & alibi secundum communiter doct. Alioqui non posset prælatus præcipere & co gere subditum ad faciendum seu dandum aliquid alicui ut alias o portet , & debet facere quod est manifeste falsum , & cōtra omnia supradi

supradicta.

¶ Nōnum punctionum est , quod qui utuntur syndico secundū quod magis uel minus sunt dispensati ut tali syndico utantur: ita etiam magis uel minus obligantur ab obseruantia prædictorum omnium punctorum per totam hanc questionem nonam. Ideo inf. q. 16. ad longum uideantur qui & quomodo , & ad quæ possunt uti syn dico , & secundum ibi contenta de prædictis & aliis eiusmodi iudicetur.



V A E S T I O X. Quæritur quomodo fratres se habe re debent secundum regulam & declar. Nic. 3. & Clem. 9 quando alqua pecunia eis indifferenter mittitur per nuncium uel offertur seu legatur in testamento?

¶ Respondeo per quatuor puncta: quorum primum est , quando pecunia aliqua mittitur uel offertur fratribus indifferēter , ita quod per ipsum mittentem seu offerentem nihil aliud exprimitur , tunc intelligitur missa uel oblatæ modis supradictis , in q. 7. 8. & 9. & prout conuenit fratribus ut ibidem dicitur est per omnia: quia non est uerisimile aliquem eleemosynæ suæ sic indifferēter oblatæ seu missæ modum illum uelle præfigere per quem & donans merito , uel illis quorum necessitatibus intendit per donum huiusmo diprouidere effectu doni uel suæ conscientiæ puritati fraudentur ut hæc ait Nic. 3. art. 3. Si uero pecunia determinate mittitur uel offertur per dantem ad aliquem usum seu pro aliquo fratre uel co uentu , seu si aliquid exprimat dans , tunc sine eius licentia non potest aliter de ea disponi , ut dictum est q. 9. præcedente , &c.

¶ Secundum punctum , Prædictam pecuniam missam seu oblatam determinate per dantem possunt fratres acceptare modo supradi cto , si eagent illi ad talem usum determinatum pro quo offertur , alias non: neq; possunt permettere quod deponatur uel conferue tur &c. ut sup. q. 7. dictum est. Possunt tamen de uoluntate dan tis in alias necessitates conuertere si egeni. Similiter pecuniam in differenter oblatam seu missam possunt acceptare seu permittere , deponi pro suis omnibus necessitatibus præteritis , præsentibus , & imminentibus tantum , si eagent , & inquantum eagent duntaxat , ut dictum est q. 7. & 8. &c. quod si nullam necessitatem præteritam , præsentem uel imminentem habent fratres , nullo modo pos sunt

sunt acceptare neq; consentire quòd deponatur uel conseruetur pro eorum necessitatibus futuris, patet ex dictis sup. q. 7.

¶ Tertium punctum, In pecunia legata in testamento determinate uel indeterminate, idem omnino dicendum est quòd in duobus punctis præcedentibus de pecunia oblata uel missa: hoc tamē specialiter in pecunia legata aduertendum est secundum Ioann. Philip. art. 3. dicentem, quòd si hæredes testatorum uel exequutores testamentorum uoluerint deponere apud aliquem fratribus familiarem legata aliqua determinata, seu indeterminata, absq; articulo necessitatis uerae præteritæ præsentis uel imminentis, tunc nullo modo fratres permittere aut consentire debent quantum inse est. Quòd si hæredes uel exequutores prædicti uoluerint in se seu apud se conseruare dicta legata, tunc tenentur fratres efficaciter pro posse persuadere prædictis ut dicta legata alias in pios usus distribuant, sicut de legatis & aliis incertis rebus fieri debet. Neq; debent fratres tales efficacem persuasionem fraudulenter & uulpina intentione dissimulare seu pratermittere, hæc ille. Et concordat Petrus Ancharr. in Clemen. exiui. Sed hanc persuasionē credo non tenentur fratres facere, sed sufficit eam non acceptare, dicendo se non negere: quòd si illi uoluerint sua spōte reseruare pro quando fratres eguerint, nihil ad nos. Non enim tenetur prædicare aut suadere illis quod ipsi facturi sint, nisi eis uel nobis immineret periculum mortale quod in casu præsenti non est. Item hanc persuasionem non tenentur fratres facere quando ipsem et dās uel let in se suam pecuniā conseruare cum animo succurrenti fratum necessitatibus futuris quando occurrerint, ex quo pro tunc fratres non habent necessitates ueras nolunt pro nunc eam acceptare: possunt enim permittere quòd dominus pecunia conseruet ut uoluerit in se. neq; possunt permittere quòd deponatur apud aliquem, ut dictum est, ut patet ex dictis. & ratio differentiæ horum omnium etiam pater, quia dominus uiuens potest tenere suam pecuniam quanto tempore uoluerit in se, cum animo faciendi de ea quod uoluerit & quando uoluerit, sicut de suis rebus: & in tali pecunia fratres non habent ullam thesaurationem aut ius aut recursum, neq; maiorem certitudinem ciuilem uere neq; apparenter. Quando uero est iam legata seu deposita apud alium, iam uidetur esse extra potestatem dantis aut legantis, & stare pro necessitatibus

tatibus fratrū, cum aliquali ciuili certitudine. Ideo tunc tenentur diligentiam adhibere, ne uideantur consentire aut ne uere cōsentiant in tali acceptatione pecunia legata aut deposita si nō habent ueram necessitatem pro tunc: quam diligentiam non tenentur adhibere quando est omnino in potestate dantis, in ipsomet dante licet cognoscatur eius, pia uoluntas conseruandi eam libere pro necessitatibus fratrū.

¶ Quartum dictum est, quòd si pecunia aliqua legatur in testamēto uel offertur seu mittitur expresse ad aliquem ulum, seu cum aliqua conditione seu modificatione quæ non conueniat fratribus, aut ipsorum statui, utpote ad linteamina induenda, uel camisas pro sanis fratribus uel ad tunicas purpureas, seu ad iocalia, uel pro habendis armis ad defensionem conuentus, citra casum necessitatis, uel ad faciendum phialas argenteas in quibus bibant fratres &c. huiusmodi, tunc non est licitum acceptare, ut patet ex dictis, q. 7. & dicendis infra cap. 6. q. 11. &c. secundum Nicolaum 3. artic. 3. ubi de legatis agitur.



V A E S T I O X I . Quæritur an fratres min. seruantes omnia supradicta secundum Nicolaum tertium & Clem. quintum dici possint accipere pecuniam per se uel per alium, an non: & cuius nomine & auctoritate stat depositarius, & pecunia modo supradicto data uel expensa, & an sint prædicta omnia secundum Nicol. 3. & Clem. 5. necessario seruandas?

¶ Respondeo per tria puncta, quorum primum est, Quòd seruan tes modificationes iuxta pecuniam secundum Nic. 3. & Clem. 5. ut per omnia late dictum est in tribus quæst. suprapositis, nullomodo possunt dici accipere pecuniam seu eam contrectare per se, uel per interpolitam personam, sicut & in ueritate non accipiunt neq; contrectant, sed per amicos spirituales secundum regulam prouident suis necessitatibus mediante pecunia. & sic declar. Clemens quintus, art. 6. & Nic. 3. art. 3. quòdq; nullo modo fit contra regulæ puritatem promissam, & omnes expositores 4. cap. & Bonauentura in epistola ad magistrum in nominatum, & tractatus defensori

defensorius contra deuiantes, fol. 188. latius probatur ut supra in Introduct. q. 5. habetur.

**¶** Secundum punctum, quòd seruatis supradictis modificationibus secundum Nic. 3. & Clem. 5. tunc tam depositarius quicunq; pecunia, etiam si sit millesimus subrogatus, quàm ipsa pecunia, non stat neq; recipitur seu cōrectatur neq; expenditur auctoritate nomine aut dominio fratum, sed ipsius dantis uel depositarii, quando dans mortuus est. Et sic declar. Nic. 3. & Clem. 5. ubi supra, & communiter expositores, & Bonauen. ubi sup. & tract. de defensorius contra deuiantes, fol. 193. &c. id late probant, & patet ex dictis supra q. 8. quàmuis depositarius & pecunia stet & recipiatur, seu expédatur pro fratribus, id est, ad utilitatem frarum pro eorum necessitatibus. Et p̄dicta sunt uera, etiam si dans pecuniam credat eam licite posse recipi à fratribus & in eorū usum uel dominium; imo etiam si uelit & intendat eius dominium in fratres transferre, quia ut ait Bonauent. & Bart. Pis. &c. ubi sup. 4. cap. semper talis pecunia manet penes dantem, ut dictum est. Imo etiam si ipse dans nullo modo uelit habere dominium uel proprietatem eiusdem pecunia, adhuc non pertinet ad fratres p̄dicto modo se habentes circa ea secundum Nic. 3. &c. Sed si queratur cuius ergo erit talis pecunia ex quo non est dantis repudiantis eam omnino à se? Respondeo secundum Bonauenturam ubi sup. in epistola ad magistrum innominatum, &c. quòd nō pertinet ad fratres scire cuius sit, cuius non. sicut neq; de aliis rebus aliorum hominum pertinet ad fratres scire cuius sint, cuius non, dummodo ipsorum fratrum non sint omnino, & hoc sufficit ipsis fratribus pro ipsorum conscientiis, hæc ille. Et concordat Hug. 4. cap. dicens. Non tibi dat quisquā, nisi qui uult expropriari, nec tu quid recipis, nisi uelis ei dominari. Namq; recepta data sibi sunt aduersa relata: dans suo priuatur, recipit qui post dominatur. Nam sine consensu uero uel interpretatio, saltē tacito uel probabiliter p̄sumpto, non acquiritur ulla possessio etiam in foro humano, ut Bonauent. 4. cap. ait etiam.

**¶** Tertium punctum est, quòd necessariò sub peccato sunt seruandæ p̄dictæ omnes modificationes circa pecuniam secundū Ni. 3. & Clem. 5. nisi ex rationabili dispensatione aliter circa aliquid fiat. Prima pars patet, quia ad literam sic declarando dicit Clem.

5. art.

5. art. 6. sic s. dicimus fratres teneri cauere summopere quòd pro aliis cauiss uel sub aliis modis quam ponant p̄dicti p̄decessores nostri (s. Nic. 3.) declaratio ad dantes pecunias seu deputatos nuncios non recurrent. Ne si secus ab ipsis fuerit attentatum transgressores p̄cepti & regula merito possint dici. Nā ubi aliquid alicui generaliter prohibetur quod expresse non conceditur, inteligitur denegatum, hæc ibi. Et communiter omnes expositores 4. cap. & tract. de necess. congr. solut. & Seren. conscienc. q. 47. & q. 15. 16. secundum Petrum Ioann. Aluar. &c. id clamaut aptate, signanter frat. Ioan. Philip. art. 1. & 6. dicens, quòd de necessitate sub pena peccati mortalium sunt circa pecuniam seruandæ declarationes Nic. 3. & Clem. 5. Non ergo potest fratres quòd huiusmodi modifications secundū Nic. 3. &c. supraposita in quæstionibus p̄cedentibus sunt, ut quædam ceremoniæ de bene esse antiquæ aut modernæ, ex quo sunt necessariae & necessario sciendæ & practicandæ, quatenus ad debitam regulæ obseruantiam & puritatem requiruntur, & sic intellige omnia p̄dicta. Quarū ignorantia non excusat, ut late probatum est sup. in Introduct. q. 4. Sed an quælibet transgressio seu ignorantia sit mortalium, latius dicetur infra x. cap. q. 3. ubi de hiis agitur: ibi uideatur, ergo. Dicunt est in hoc 3. puncto quòd de dispensatione rationabili bene licitum est aliter agere aliquando, hoc pater, quia si est causa rationabilis & sufficientiæ ad dispensandum circa aliquid, tunc certe dispensatio est rationabilis & excusans à peccato, ex quo non est indispensabile hoc p̄ceptum de pecunia, sicut neq; alia uota in casu. Ita omnia patebunt latius infra x. cap. q. 4. per totum, &c ubi de dispensationibus agitur. quādo autem sit rationabilis causa & dispensatio rationabilis excusans, ibi etiam habetur: Nam in hoc est error culpabilis sæpe. Per hoc patet an dispensatio quoad utendum syndico, sit rationabilis & excusans à peccato: de quo infra q. 16. &c. ubi de syndico specialiter agitur, latius habetur. Ibi uideatur ne omnia inculcentur ubiq; sine ordine debito procedendi. Ideo hoc nunc omittatur usq; illuc.

**Q** V A E S T I O XII. Quæritur in quo stat resolutio brevis omnium obseruandorum circa pecuniam secundū Ni. 3. & Clem. 5. & qui sunt quæstus alli pecuniarii prohibitis? Respondeo

¶ Respondeo per duo puncta: Quorum primum est, quod in tribus stat totum hoc negotium circa pecuniam. Primum est quis possit procurare pecuniam uel eam acceptare, quia non nisi pralati, uel eorum subditi de ipsorum licentia habita uel probabiliter presumta, uel quando notabiliter superiores ipsi negligenter necessaria prouidere suis subditis, ut sup. q. 6. Secundum est, quando seu pro quibus rebus seu causis, quia nunquam neque pro aliis, nisi pro rebus commode necessariis seu expedientibus ad officium, uel ad personas ipsorum fratrum, considerato eorum statu pauperie, & dummodo sint uerae necessitates propriæ, præteritæ, præsentes uel imminentes, ut sup. q. 7. &c. & ad hæc omnia tenentur omnes fratres min. tam illi qui non utuntur syndico, quam illi qui utuntur. Tertium est, quomodo & quo ad hoc dico quod secundum regulam & declar. Nic. 3. & Clem. 5. debet procurari & deponi & consumi & tractari pecunia: ita quod fratres nullo modo cum dante aut depositario quocunq; habeat aut uideatur habere aliquam auctoritatem seu ius circa ipsam pecuniam, quia non alio modo ac si ipsa pecunia esset omnino res aliena debet peti, procurari & acceptari, deponi, consumi, seu expendi, mutari, seu transmutari aut transmitti per ipsum dominum pecuniae uel per eius depositarium quemcunq;. Neque corde, uerbo uel opere aut signo quomodo cunq; possunt fratres habere seu ostendere aliquam auctoritatem, ius seu actionem super ipsam pecuniam uel super dampnum uel depositarium in quocunq; actu seu expensione eius. Ideo considerent fratres quid & quomodo possent licite facere cum aliquo habente suam ipsius met pecuniam: quia non possent nisi rogare eum ut det uel expendat tantum uel tantum, ad necessitatem & ille possit libere dare uel non dare seu expendere, quantum & quomodo uellet. sic idem & non aliud nec alio modo possunt fratres facere cum quocunq; depositario, & circa pecuniæ apud quocunq; depositam uel stantem: si uolunt seruare regulam & declarationem Nic. 3. & Clem. 5. ut patet ex dictis q. 8. 9. 10. 11. Qui autem utuntur syndico, secundum Mart. 4. & 5. sunt dispensati quo ad aliquo, ut dictum est in prædictis q. 8. 9. &c. de quo infra q. 16. dicendum est latius. In omnibus autem hiis supponitur quid sit pecunia & denarius, & accipere pecuniam per se uel per alium, &c. ut in q. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. dictum est.

Secundum

¶ Secundum punctum principale huius questionis est circa quæstus pecuniarios prohibitos, ad quod dico quod generaliter quæstus pecuniarius prohibitus, dicitur omnis recursus alius ad pecunias, seu ad habentes seu dætes eas, qui fit aliter seu alio modo seu pro aliis rebus necessitatibus aut causis in uia uel alibi, quam concessum est & declaratum fieri debere per Nic. 3. in sua declarat. ut hoc expresse dicit Clem. 5. art. 6. ad literam: & patet ex dictis supra q. 11. secundum communiter expos. ibidem allegatos. Proprie autem ut in proposito accipitur quæstus pecuniarius est conquisitio pecuniae à multis indifferenter contribuentis oblatæ. Si quis autem patet ut sibi explicitur alibi quæstus pecuniarii prohibitii, exorbitantes à declaratione Nic. 3. certe possunt explicari aliqui. Quorum primus est omnis quæstus pecuniae & oblationum pecuniarum receptio in ecclesia uel alibi, ut expresse ponit Clemens 5. art 6. utpote si quis sacerdos exeat ad offertorium pecuniae: quod intellige quando nomine suo & pro se id facit, seu facere uidetur. Nam si frater celebrans in ecclesia secularium rogaratus, saltem tacite à presbytero parochiali exiit ad offerendum nomine illius aut pro illo, & sic apparer secularibus, certe non uidetur quæstus pecuniarius prohibitus, &c. Similiter non est quæstus pecuniarius, si prædicator prædicans commendans pauperes moneat aliquos surgere ad pecuniam pro pauperibus, ut dictum est supra q. 7. conditione 5. Secundus quæstus pecuniarius prohibitus est, quod trunci uel cypri ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas, ponuntur ubi cunq;, ut hoc expresse etiam dicit Clem. 5. art. 6. Vnde fratres qui cōsentient seu permittunt in suis domibus à secularibus osculantibus crucem uel alias reliquias, uel alia quacunq; causa offerri pecunias in altari, uel labore æneo, uel capsæ seu uasculo, seu in alio loco ecclesiæ, etiam in die Parasceue, seu alio quocunq; tempore pro luminaribus, pro imaginibus seu tabulis ecclesiæ, &c. peccant contra regulam & committunt quæstum pecuniarium prohibitum: & tunc dicuntur fratres consentire quando id uident seu sciunt fieri à secularibus & non resistunt ut commode possunt & honeste, instruendo illos de rei ueritate. Nā qui tacet cum resistere aut prohibere potest & debet, consentire uidetur de reg. iur. & hoc habetur in tract. de necess. congr. solu. sol. 112. & facit ad hoc quoddam statutum fa-

Etum à Reuerend. patre Quiesdeber Vic. g. in cōgregatione prouinciali, prouinciae sancti Iacobi, Anno Domini 1456. per hæc uerba. Item occasione osculandi reliquias uel adorādi crucem in parasceue uel quocunq; alio modo non detur locus in nostris ecclēsiis uel in aliis locis domus, quod proiiciatur seu offeratur pecunia, ex quo est contra regulam & contra declar. Clem. 5. hæc ibi. Ethabetur fol. 112. Et in constit. g. Burgens. cap. 3. continebatur olim sic. Inhibetur ne aliquis fratribus deponi faciat uel permettat aliquam eleemosinam pecuniariam in cellis uel confessoriis aut aliis locis: sed eleemosynam facere uolentes, uadant uel mittant ad procuratorem uel substitutum, & contrafacientes graui-  
 ter puniantur, hæc ibi. Et quod dicitur quod mittant ad procuratorem, &c. intelligitur accommode i. qui utuntur syndico mittat ad syndicum. Alii autem non nisi secundum Nic. 3. ut supra dictū est ad substitutum. Et idem ad literam est statutum in cap. genera-  
 li Carpenſi, Anno Domini 1521. celebrato. Et idem iterum in ca.  
 g. Affisii, Anno Domini 1526. celebrato, ubi sic habetur: Non  
 permittantur in ecclēsiis nostris truncis sub quo quis palliato colore  
 Nec pro ædificandis ecclēsiis seu clauſtris: nec pro indulgentiis lu-  
 crandis, seu pro fratribus sustentandis, nec pro confraternitatum  
 manu tenentia: nec pro quolibet alias capsas quæ alicubi in sacri-  
 stiis ponuntur occasione satisfactionis missarum omnino non in-  
 terdicimus, prout interdictas fore agi decernimus, hæc ibi. hoc  
 est uerum quando pro ipsis fratribus esset talis pecunia. Secus si  
 alii, puta habentes confraternitatem in nostris domibus pro suis  
 confraternitatibus petunt aut habent cyppos, quia nisi ratione scā-  
 dali ignorantum non est illicitum. Tertius quæstus pecuniarius  
 prohibitus est, si fratres consentiunt aut permittunt quod aliquis se-  
 culares etiam moti ex sua deuotione petant pecuniam per uicos,  
 per plateas, domos, ecclēsias, seu per alia loca quæcunq; quo quis  
 tempore nomine fratribus: pro S. Francisco ut liberentur a febri-  
 bus, seu pro luminaribus sancti Frācisci, seu pro quacunq; alia cau-  
 sa, ut hoc habetur in tract. de necess. congr. foli. 112. Tunc  
 autem fratres dicuntur consentire quando sciunt aut uident id fie-  
 ri, & non prohibent honeste, si commode possunt, ut dictum est  
 & ratio patet ex dictis. & credo quod in partibus Hispaniæ ubi ta-  
 lis deuotio uiget, non potest commode resisti ne perdatur deuo-  
 tio

rīo: præsertim cum seculares iam sciant id non fieri ullo modo no-  
 mine nostro, sed ex deuotione alicuius qui nomine suo uel offre-  
 rentium recipit eleemosynam ut de ea nomine suo tanq; gesta ne-  
 gotii sui & aliorum expendat in necessitates fratribus ut ipsis fra-  
 tribus licitum est alias, &c. Sed ipsis fratribus est illicitum id face-  
 re omnino, quia & hic dicitur propriè quæstus pecuniarius sicut  
 communiter sic quærētes pecunias dicuntur quæstuare. Si autem  
 hoc fieret sicut ait Hug. 4. cap. quod siebat antiquitus sic, s. quod  
 fratres notificabant populis aut hominibus aliquibus se egere ue-  
 stibus & huiusmodi, & rogabant eos quod eis prouiderent, & tūc  
 fideles aliqui ab ipso populo seu à curatis uel aliis positi ad huius-  
 modi procuranda uice populi seu prælatorum curatorum episco-  
 porum uel huiusmodi, & nomine ipsorum non fratribus, quāuis  
 ad utilitatem fratribus procurabant pecunias, & inde emebant &  
 prouidebant fratribus, sine ulla alia fratribus sollicitudine aut in-  
 troniſſione circa pecuniam, tunc non esset quæstus pecuniarius  
 prohibitus, sed purissimus modus procurandi secundum regulā.

Quartus quæstus pecuniarius prohibitus est, quando fratres re-  
 currerent ad supradictas pecunias supradictis modis oblatas uel  
 procuratas, ut dictum est in tribus quæstiōibus pecuniariis supra  
 positis illicitis ipsis fratribus: quia non possunt eas petere neq; ac-  
 ceptare oblatas. Neq; de eorum cōſensu potest alius secularis eas  
 accipere ad conuertendum in utilitates fratribus, etiam si non fue-  
 runt petitæ uel oblatae de ipsorum fratribus consensu, sed ex sola  
 deuotione & proprio motu petentium aut offerentium ignoran-  
 tibus, imo & contradicentibus fratribus: quia nullo modo potest  
 ad eas sic datas uel oblatas recurri, neq; acceptari. ut ait tract. de  
 necess. congr. foli. 112. & Petrus Ioan. in Seren. conscientia,  
 q. 57. Ratio, quia licet non uideatur talis pecunia petita esse ex-  
 pressa seu procurata auctoritate fratribus expresse, tacite autem sic  
 seu interpretatiū: & tales omnes petentes seu recipientes prædi-  
 ctas pecunias de consensu fratribus, censemur interpretatiū inter  
 positæ personæ fratribus: quia eo ipso quo ipsi fratres acceptarent  
 dictas pecunias seu ad eas recurrerent pro conuersione in suas ne-  
 cessitates, iam ratum habent quod eorum nomine gestū est: quia  
 in delictis ratihabitio retrotrahitur & mandato cōparatur, de re-  
 iur. Vnde in quadam constitutione prouinciali prouinciae sancti  
 Iacobi

Iacobis facta per Reuerend. patrem Quiesdeber Vic. gen. Anno Domini 1456. habetur sic. Item omnino amoueatur anti qua cōfuetudo &c. & paulo inferius habetur: Si prædicti offerentes seu petentes pecuniam in nostris domibus uel alibi pro sancto Francisco, pro luminaribus &c. huiusmodi rebelles fuerint in resistendo non acceptentur tales eleemosynæ quasi impure. i. non debite receptæ seu procuratae, & contrarium faciendo censetur cōsentire, & per cōsensum huiusmodi subsequutum recipere tacite per interpositam personam contra declarationes Clem. 5. hæc ibi. Sed hoc credo uerum in foro exteriori, ubi statut præsumptionibus ex actibus exterioribus. Similiter esset uerum in foro conscientiaz, si fratres in animo acceptarent talem pecuniam, seu si ad eā recurrerent sub eo tit. quo s. est nomine ipsorum aut pro ipsis oblata seu procurata, seu si auctoritate sua instituerent aliquem qui eam acciperet & expenderet oblatam, ut patet ex dictis. Si autem non tali animo, neq; sub tali tit. aut modo recurrerent ad eam tenentes, sed humiliter rogantes ut eis prouiderent, uel de illa uel de alia quacunq; ut ipsis uellent, sicut de sua ipsorum pecunia: & id protestarentur expresse, quòd s. non eod. tit. ad eos recurrerūt quasi sit ipsis fratribus debita, seu nomine ipsorum, seu pro ipsis data uel petita pecunia, sed ac si nulla esset petita uel oblata omnino pro eis. Si ergo fratres tam in corde quam uerbo & opere id haberent & ostenderent sufficienter, & reliquas conditiones requisitas circa pecuniam obseruarent, tunc licitum esset eis ad eam recurrere, uel oblatam acceptare ab ipsis qui eam procurauerūt, uel oblatam receperunt, tanquam aliam pecuniam, ex quo iam in conscientia & in foro exteriori cessat ratio, quare pecunia illa sit aut censeatur nomine fratum procurata uel accepta seu expensa, &c. Et hoc est uerū etiam si fratres ideo moueantur ad recurrendum potius ad habentes tales pecunias, quam ad alios, quia s. credunt quòd illi libentius de illa pecunia eis prouidebunt quam alii dummodo seruent ea quæ dicta sunt. Tale enim motiuum fratum non est illicitum, neq; facit illicitam talem procurationem, alias licitam, ut dictum est. Et ad hoc faciunt statuta quædam antiqua prouinciaæ Castellæ obseruantæ, ubi sic habebatur. Si quis eorum qui ex deuotione propter infirmitatem petunt pro sancto Francisco, aliquam pecuniam acquisierit, necesse est ut fratres non faciant

faciant eam deponi, nec se intromittant in ea, sed rogent ipsum ut faciant ex ipsa pecunia emi panem, uinum, uel piscatum seu pisces, uel aliquid aliud ipsis fratribus necessariū, hæc ibi.

Quintus quæstus pecuniarius prohibitus est, si eleemosynæ petuntur per modum confraternitatis, quia talis modus potius uidetur modus petendi ex redditu quam amore Dei liberaliter, ut hoc ait & prohibuit Reuerend. pater F. Franciscus de Ang. Min. g. in epistola ad Hispaniam missa Anno Domini 1523. Et patet ex dictis, quia iste modus non est secundum declarationem Nic. 3. ergo prohibitus secundum Clement. 5. art. 6. Sed de hoc infra cap. 6. quæstione 10. & quæstione 11. ubi de petitione legatorum & eleemosynarum perpetuarum agitur, latius ibi uide.

Sextus quæstus pecuniarius prohibitus est, quando quis procurat pecuniam per foros, uicos, plateas indifferenter, uel etiam pro candelis, &c. huiusmodi ex specificatis: ducendo tamē secum aliquem secularem ad recipiendum pecunias, patet ex dictis, & habetur in tract. de necess. congr. solut. Et tandem dic quòd totidē sunt & possunt esse quæstus pecuniarii prohibiti & illiciti, quot ex orbitationes seu modi procurandi indifferenter contribui pecuniam, sunt aut possunt esse contra aut præter, seu aliter q; conceditur in declar. Nic. 3. & Clem. 5. nisi adhuc dispensatio rationabilis habendo syndicū, aut alio modo, ut patet ex dictis. & sup. q. 11.

V A E S T I O      X I I I .      Quæritur utrum liceat nobis iter agentibus ducere nobiscum bursarios famulos, seu eleemosynarios habentes pecunias de quibus faciant nobis expensas in itinere?

¶ Respondeo quòd sic, dummodo concurrant tres conditiones simul. Quarum prima est, quòd causa talis itineris sit rationabilis, utpote ex obedientia & pro negotiis expedientibus religioni & huiusmodi, ut quando itur ad cap. g. &c. non autem quando ex propria uoluntate iter arripitur sine causa sufficienter rationabili, &c. quia sic iam ipse frater ex sua uoluntate sine causa se poneret in necessitate, ut dictum est sup. cap. 3. q. 3. & proxime etiam hic dicetur.

¶ Secunda conditio requisita est, quando fratres irent per regiones uel partes inhumanas, ubi esset ualde uerisimile quòd nō posset commode inueniri necessaria uictus sufficienter mendicando uel

uel alias, mediante pecunia, secundum reg. & declar. procurando in ipso itinere in locis in quibus hospitarentur, eentes ut decet, siue magno comitatu fratum & iumentorum. ratio quod tunc licet est, quia pro necessitatibus talibus quae non sunt commodae uitabiles, quibus aliter prouideri non potest, potest tunc pecunia mediante quantum ad id requiritur prouideri: etiam si in aliquo uiolentur declar. Papales. nam extrema necessitas probabiliter imminens (qualis est supradicta) caret lege, ut sup. q. 4.

**P** Tertia conditio requisita est, quod tunc omnino quantum pos sibile est fratres se habeant cum tali bursario seu famulo depositario pecunia, ita quod nec corde, ore, nec opere aut signo habeat aut habere videantur aliquam auctoritatem uel actionem in tali pecunia aut eius usu, mandando quomodo expendatur, aut com putum petendo, &c. non secus ac si esset ipsiusmet depositarii, ut supra dictum est q. 8. conditione 7. & q. 9. per totum &c. Dico quantum possibile est cauendum ab hiis, nam solùm extrema ne cessitas probabiliter imminens excusat ab obseruantia huius precepti circa pecuniam, ut dictum est, & tunc tantum excusat quantum requiritur ut tali necessitati prouideatur de illa pecunia, & non amplius. hiis ergo conditionibus semel ut dictum est, concur rentibus, possunt fratres ducere bursarium seu famulum eleemosynarum in itinere, alias non. Et quia communiter & generaliter istae conditiones non concurrunt (ut patet) & doctrina danda est generaliter, & de perse, non autem de per accidens contingentibus, sed de ut in plurimum contingentibus secundum Aristoteles. Ea enim quae sunt per accidens, & raro contingunt excluduntur ab arte, scientia, & doctrina seu regula. Ideo communiter & generaliter dicendum est, sicut & communiter dicunt omnes expositores de hoc loquentes, quod non est licitum nobis bursarium ducere, & quod est quæstus, aut modus pecuniarius illicitus per regulam & declar. prohibitus (nisi in casu supradicto, ubi tres illæ conditiones concurrerent aliquando) Et quod sit illicitum, probatur primo, quia secundum declar. pecunia non potest procurari, ne que deponi, neque ad eam recurri, nisi pro necessitatibus ueris immendicabilibus, presentibus uel imminentibus, non autem pro futuris, &c. ut sup. q. 7. late habetur. Nunc autem in terris Christianorum non est talis necessitas communiter aut probabiliter cui non

non possit succurri mendicando uel pro tunc ut oportet, procurando pecuniam pro necessitate itineris occurreti in locis ubi hospitatur, ad quos religionis nostræ fama peruenit: ut patet in principio ordinis nostri, quia tunc non defuerunt necessaria fratribus itinerantibus, quamvis essent ignoti, &c. & patet nunc experientia in euntibus saepe Romani, & ad capitula generalia sine bursariis ad partes remotissimas. ergo prouidere sibi de bursariis proto itinere est sibi prouidere de necessitatibus futuris in itinere, quibus poterat commode succurri sine tali bursario, quando occurrerent modo supradicto, & per consequens, sine necessitate imminente, &c. quod si ad hoc obiiciatur quod si ducendo mulos ac iter faciendo propere & cursim, & multi simul fratres in societate &c. expertum est quod indiget bursariis, alias enim non sufficienter neque commode inueniunt sibi necessaria, &c. Respondeo quod tales pro suo libito se ponunt in tali necessitate: quae ideo non est uera necessitas ex quo eius causa est uoluntaria & culpabilis, & occasio necessitatis sequentis ad pecuniam, ut patet ex dictis sup. cap. 3. q. 3. & in hoc cap. 4. q. 7. per totum. constat enim ex expertis quotidie quod possunt & adhuc cum maiori honestate nostri status & meliori aliorum exemplo iter agere, pauci iumenti, utputa duo, uel ad plus quatuor ducendo, pauca iumenta humilia pro infirmis uel debilibus, & paulatim oportune ordinando suum iter, & non instar cursorum properare in dedecus religionis: & possunt melius cum Dei confidentia paucis contenti mendicare, uel alias de eleemosynis etiam pecuniariis occurrentibus, prouisionem sperare. Secus esset si uolunt laute comedere ut domini, sine ullo uestigio status paupertatis uiam agere, & prælati magis ad haec tenentur, quo magis ratione prælationis tenentur legem Christi & regulam & honestatem uerbo & facto in se & in aliis defendere, & exemplariter obseruare. ergo non est abbreviata manus domini: sed abbreviata est aliorum uoluntas ad honestatem & ad paupertatem. Oportet igitur experiri penuriam aliquam, nec oportet fugere crucem quam promissimus portare post Christum. Nam à fugienti crucem, fugiat necesse est & gloria resurrectionis. Nec decet repudiare legatum patris, scilicet mendicitatem ne abdicetur ab hereditate superna, & sic patet prima ratio.

Secundaratio quod non licet ducere bursarios, &c. est, quia cum

3<sup>a</sup>

quia cùm modi taxati secūdū Nic. 3. circa pecuniā sint necessario seruandi etiā in itinere, ut declarat Clem. 5. ut habetur sup. quæ 12 in delatione autem talium bursariorum nō seruātur modi prædicti ut patet. nam ibi est occasio propinqua & periculosa fratribus ad ostendēdū uerbo uel facto auctoritatē circa talem bursarium & pecuniam mandando quomodo detur uel expendatur, uel petendo computum, & occasio solicitandi circa eam: imo & de facto ita facerent seu faciunt sæpe, præfertim si talis bursarius est famulus fratum. item quæro quomodo prædicti fratres possunt ostendere cū etiis se in dicta pecunia nil omnino actionis aut dispensationis habere taliter, quia hoc non possit probabiliter præsumi de eis: & quomodo possunt uitare non solum ipsum malum sed & specie mali, & quomodo habuit testimoniu[m] circa hæc laudabile ab hiis quæ foris apparēt. Si uiliter & uitare scandalum pusillorum ignorantium & quomodo possunt abstinere à qualibet cōrectatione usu seu dispensatione uel dispositione talis pecuniæ, quæ omnia fratres tenentur uitare secundum declarationem Nic. 3. & Clem. 5. ut late sup. q. 8. &c. per totum dictum est, etiam si ipsa pecunia stet auctoritate dantium apud prædictos bursarios, ut ibidem latius dictum est, ergo. Item tertia ratio est, quia per tales delationes bursariorum extinguitur charitas Christianorum hospitantium fratres, seu eis benefacientium mediante uel non mediante pecunia: & per consequens fit nōcumentum aliis fratribus pauperibus sine tali bursario itinerantibus. Nam seculares id uidentes credunt ut saltem occasionem habent putandi quod portant pecunias seu bursarium, sicut & alii: & per consequens denegant eis elemosynam, dicendo eis, ematis de pecuniis quas portatis, sicut & alii uestris fratres fecerunt, &c. sicq[ue] via misericordiæ clauditur aliis bonis pauperibus fratribus non portantibus bursarium, & fides periret & tollitur à nostra religione apud homines propter tales bursarios: ergo illicite ducuntur ut dictum est. Ad prædicta omnia expresse faciunt & concordant communiter doctores, ut patet in Bonauen. 4. cap. & expos. fine tit. 4. cap. idem saepius ad literam tenet. Et ubertum in lib. Vita Christi id absolute damnat. Et sanctus Bernardinus in tract. de casibus proprietatis, ut infra cap. 6. q. 9. habetur. Et seren. conscienc. q. 56. (segundum Aluarum & Petrum Ioann.,) cuius auctor fuit Italus, idem tenet & Specu. fff. 7.

Et

Et compendium priuil. tit. paupertas, dub. ult. fol. 137. Et tract. Enchyridion fratrum min. in quibusdam dubiis, dubio 9. fo. 72. Et in quærimoniis propositis in concilio Cōstantiensi pro reformatione ordinis, hoc tanq[ue] contra regulam & declar. propositum est indigere remedio, ut habetur fff. 165. Et tandem tanq[ue] illicitū prohibitum est in tab. 16. Vic. g. sub pcena priuationis officiorū & actuum legitimorum. Quod si contra prædicta quis arguat, dicens, quod Christus ducebat secum, similiter Apostoli, mulieres sanctas, eis ministrantes de suis facultatibus, ut patet Lucas 8. & 1. Corinth. 9. quod ergo similiter nos possumus. Respondeo quod illæ mulieres erant dominæ suarum rerum & disponebant de eis ut uolebant, & quomodo ex sua deuotione uolebāt, & quod nos similiter itinerantes cum aliquibus dominis seu mercatoribus dominis suarum pecuniarum, possumus recipere ab eis prouisionem necessitatum mediante pecunia ab ipsis deuote oblata, semper seruatis omnibus aliis conditionibus requisitis secundum Nic. 3. & Clem. 5. quia iste talis non dicitur bursarius à nobis delatus, neq[ue] iste est prohibitus nobis modo prædicto. Sed quando aliquis depositarius pecuniæ ducitur à fratribus ut faciat expensas, iste dicitur bursarius prohibitus, de quo dictum est. & sic respondet expos. sine tit. 4. cap. sicq[ue] non probatur quod liceat ducere bursarium. Imo dato quod Christus & Apostoli duxerint bursarium, ut personæ communes, & prælatie ecclesiæ habentes curam aliorū, ut nunc Papa & Episcopus: non tamen sequitur quod ergo nos similiter possumus, ex quo non succedimus eis in statu episcoporum sed in exemplo uitæ particularis perfectionis: sicut illi habuerunt proprium in communi ut erant in statu prælationis, nos autem non quia non sumus in statu prælationis episcoporum, ut latius infra de hiis cap. 6. q. 1. habetur.

**Q** V A E S T I O    X I I I I .      Quæritur quomodo debeant expropriari fratres fugitiui & huiusmodi quando capiuntur uel redeunt ad ordinem, & circa eorum pecunias quomodo nos habere debemus?

**¶** Respondeo secundum tract. de necess. cōgr. solu. in fine, quod tales fratres debent expropriari sicut & nouicii de novo uenientes ad

tes ad ordinem, & non amplius se possunt prælati uel alii fratres intromittere in talibus eorum bonis seu pecuniis, alioquin prætextu spoliandi illos incidenterent ipsi fratres in regulæ transgressio nem si ipsi amplius se intromitterent, dispensando uel disponendo de rebus alienis, aut de pecuniis qui de suis quæ non habent neq; habere possunt, id facere non possent, ut patet ex dictis sup. q. 8. condit. 7. & q. 9. per totum. Prædictis tamen non obstatibus pos sunt ipsi prælati mittere tales fratres fugitiuos ad aliquos amicos spirituales Deum timentes, & tales amicos eis assignare, etiam ipsis fratribus fugitiuis inuiti. (quis hoc cum nouiciis facere nō possent, ut patet sup. cap. 2. q. 2.) ut talia bona, talemq; pecuniā pauperibus erogent & distribuant secundum Deum, & non amplius se intromittere possunt fratres, hæc in prædicto tract. Possunt etiam prælati disponere de eis eo modo quo supra q. 9. in 2. & 3. & 4. puncto dictum est, præcipue in 2. puncto ibi specialiter quo ad hoc habetur, ibi uideatur. Notandum etiam quod Leo 10. aff. 6. 2. concessit quod prælati ordinis & alii fratres qui eorum uices habuerint, possint accipere præfata bona acquisita diuersimode per fratres obseruantes nostri ordinis apostatas iam captos uel redeuntes ad ordinem, & ea exigere à quibuscumq; personis ea detinentibus, & eis uti si talia sint quorum usum liceat fratribus habere, uel si huiusmodi non sunt quibus in propria specie liceat fratibus uti, ut sunt arma, pecunia, uestes seculares & huiusmodi, quod fiat de talibus rebus sicut fieri mandatur in declarat. regulæ de similibus quando sibi ab aliquibus dantur uel in testamento legantur: & si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere, quod possit hoc facere procurator uel syndicus ordinis deputatus auctoritate sedis Apostolicæ, uel alius amicus spiritualis fratrum, qui ab aliquo prælato ordinis ad hoc fuerit nominatus. hæc ille. & notandum quod quo ad bona aliorum fratrum non possumus nos intromittere sine licentia Papæ uel prælatorum quorum illi erant subditi, ut ait collector compendii titulo bona, post §. 13. Et notandum quod hac concessione dispensatiua quo ad repetitionem pecuniarum & bonorum aliorum in iudicio illi præcipue uti possunt qui syndico possunt dispensatiue uti quoad hoc: de quo an licet, & quibus, & quomodo, latius infra q. 16. &c. dicetur, ibi uideatur.

 Q VAE S T I O XV. Quæritur an & quomodo secundū regulam & declarationem Nic. 3. & Clem. 5. liceat pecuniā pro missis, exequiis, sermonibus, aut pro aliis quibuscumq; exercitiis aut laboribus spiritualibus aut temporalibus, procurare seu acceptare. Similiter habitus dare aut uendere, & eorum pecuniā procurare seu acceptare, & quomodo non?

¶ Respondeo per tria puncta: Quorum primum est, licitum est & de se est bonum & sanctum, & saepe meritorium & necessarium dicere missas, uigilias, &c. huiusmodi Diuina pro aliquo aut aliquibus particulariter ea ipsis ut oportet, applicando. Hoc non probatur, sed supponatur tanquam communis doctrina sanctorum & doctorum utriusque iuris: ut Scotus in quolib. Thom. Palud. in 4. dist. 45. Gerson. Hadrian. in 8. quolib. & Gabriel in Canon. lectione uigesimasexta & uigesimaseptima, late prosequuntur, ibi uideatur.

¶ Secundum punctum est, licitum est etiam nobis procurare & acceptare & expendere pecuniā nobis datam, pro missis, uigiliis, sermonibus, seu pro aliis quibuscumq; exercitiis Diuinis seu spiritualibus seu temporalibus laboribus, dummodo id fiat omnino sicut circa aliam pecuniā liberaliter oblatam uel legatā seu procuratam secundum regulam & declarationes dictum est posse fieri: & dummodo caueatur à symonia omni interiori & exteriori, corde, opere, seu signo, & ab omni alio uicio avaricia uel fraudis cuiuscumque.

Probatur quod sit licitum talem pecuniā pro missis, &c. procurare & acceptare sicut & aliam quamcumq; pecuniā, &c. quia non uidetur quo iure nobis prohibetur recurrere ad talem pecuniā pro missis, &c. sicut & eo modo quo ad aliam quamcumq; seruatis omnibus modificationibus requisitis circa pecuniā: & cauendo ab omni symonia, &c. & ab omni alio uicio. ergo non est de se prohibitum aut illicitum ratione nostri status, neque ratione alterius iuris, ut patet, quod nullum aliud ius prohibitum est: quia non regula, neque declaratio Papæ. ex quo supponitur quod omnino sicut alia pecunia procuretur & acceptetur omnino &c. neque est ius aliud id prohibens, ex quo etiam supponitur, quod omnino caueatur à symonia, avaricia, fraude, & alio uicio quocunque, ergo.

Quod autem circa talem recursum ad pecuniam pro missis, &c. omnino nos habere teneamus seruando declar. Nic. & Clem. s. sicut & circa aliam pecuniam oblatam liberaliter uel legatam, & non aliter neq; alio modo. Probatur, quia tam Nic. 3. quam Cle mens s. nullam distinctionem fecerūt de hac aut de illa pecunia, ergo ubi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut est communis reg. iur. & quia generaliter omnem alium recursum, seu alio modo factum quacunq; ex causa, ubicunq; ad pecuniam q; conceditur per declar. Nic. 3. nobis prohibitum esse ex regula, declarat Clem. s. art. 6. tāquām quæstum pecuniarium illicitum, ut patet ex dictis sup. q. 11. & 12. &c. habetur: & tract. 10. plag. 1. id etiam expresse dicit: & etiam Enchyridion fratrum min. du. ii. fo. 73. etiam si pro labore quo cūq; corporali seu pro missa, aut debita pecunia non aliter potest recipi, nisi ut dictum est, ac si omnino liberaliter oblata esset uel legata: ut habetur cap. s. ibi, & hoc humiliter, sicut decet &c. secundum communiter expositores, ibi dem uideatur cap. s. q. 3. &c latius. Ideo uideant fratres quam multipliciter circa hoc erratur ab eis. Qui autem possunt uti syndico, possunt per syndicū sicut & aliam pecuniam procurare, acceptare, seu expendere, ut dicetur infra q. 16. &c. Similiter est caendum ab omni symonia omnino, & auaritia & fraude, &c. ut patet. Ideo nullo modo licet celebrare uel prædicare, orare, uel alia spiritualia facere pro pecunia uel pro alia re temporali appreciabili, tanquam pro precio seu simpliciter id intendere pro pecunia seu pro temporali commode quod idem est cū pacto uel sine pacto: quia secundum communiter doctores, est simonia uel tacita uel expressa, uel interpretatiua, exigere uel exactum soluere, aut promittere, aut pacisci pro pecunia, seu pro temporali æstimabili pecunia: uel aliquid illorum spiritualium facere seu intendere sim pliciter seu principaliter pro pecunia, uel alio commode tempora li ut dictum est. Item caendum ab alio turpi lucro seu specie mali & cupiditate. Ideo si sine prædicta intentione symoniaca fratres pri us petant & uelint habere eleemosynam missarum uel exequiarū seu aliorum diuinorum, antequām ipsa diuina exequantur: & similiter fratres qui habent cautelam differendi dicere missas quo usq; soluatur stipendium seu eleemosyna, pro eis, peccant, nō qui dem peccato symoniæ, sed peccato auaritiæ, mendacii, uel alterius

rius turpi lucri. Dicit tamen Gaietanus 2. 2. q. 100. art. 2. quod nō est peccatum mortale tale mendacium uel talis cautela seu præventionis petitionis stipendii aut eleemosynæ, quando fit solū ut sacerdos seruet se indemnum, ne oporteat postea litigare seu defraudari stipendio, seu ab eleemosyna sibi data uel promissa: quod uide tur uerum, nī notabile scandalum uel aliud aliunde mortale peccatum seu circumstantia mortaliter inficiens adsit seu adueniat. igitur cauendo ab omni sinistra intentione & operatione, obligatio ne, passione, fraude, auaricia, receptione, administratione dati & recepti, in quibus labes symoniaca seu alterius peccati, & regulariter impuritas se immiscet, possunt fratres procurare & acceptare pecuniam talem eleemosynaliter in stipendium exercitii spirituallis, uel ob reuerentiam sacramentorum, uel ad conseruandū laudabilem consuetudinem locorū & ecclesiarū, uel generaliter ex causa qua Deus scit licite acceptari posse, dummodo omnino circa eam se habeant fratres sicut circa aliam pecuniam omnino libera liter datam uel legatam, secundum declarationes & regulam, ut dictum est. & hoc latissime habetur & probatur in tract. defensorio contra deuiantes, fo. 198. 199. &c. secundum omnes doct. ibi dem late allegatos. Quomodo autem possint transmitti missæ & earum eleemosynæ de uno conuentu & guardiano ad alium, latius habetur supra q. 9. &c. ibi uideatur. ad hanc. Si quæras quare ergo prohibetur receptiones missarum & earū pecunia acceptari prohibentur in quibusdam conuentibus collectis? Respondeo, nō quidem prohibentur eo quod sit illicitum recipere & acceptare, ut dictum est. Sed quia est difficile simplicibus purè & sine macula id facere. ideo ut tollatur occasio ad symoniā, & ad regulæ transgressionem multiplicem inde ex culpa fratrum subsequentem prohibentur. Nam ut dicitur in tract. 10. plag. plaga 1. maxima ordinis & regulæ puritatis iactura multiplex sub prætextu missarū & eleemosynarum diabolo procurante, & fratrum fragilitate, cupiditate & ignorantia suffragante subintroducta est, experti probat nisi forte propter hæc in æternum & ipsi reprobentur. Ideo etiam accipere missas seu pecunias missarum, saepe in statutis ordinis omnibus fratribus prohibetur sine speciali licetia prælatorū ad causas particulares, ne si generaliter eis concedatur, generalis abusus contra ius diuinum & regulam committatur. Prædicta etiam prohibito

hibitio ideo facta est in prædictis conuentibus recollectis, ut fratres ibi commorantes strictius uiuentes, paucioribus cõtentis non indigentes tanto recursu ad pecunias, sed potius mendicatis elemosynis contenti, iam pro tota ecclesia, præcipue pro benefactoribus spiritualibus ordinis totius, uice totius ordinis satisfaciat in suis missis & aliis officiis Diuinis: ut sit thesaurus spiritualis maior quoad uim satisfactuam in ordine, de quo amplior coïcatio per prælatos fiat aliis membris ecclesiarum ut oportet, ut in materia de indulgentiis in fine latius tractauit secundum coiter doct. alias autem de se non solùm licitum, sed sanctum meritoriumque est. & saepius per tales missas specialiter applicatas pro aliquibus benefactoribus melius & sufficienter satisfacimus, q̄ per alia bona opera sine ipsis: & ideo sunt utiles & saepē necessariae tales aliquæ missæ applicatae specialiter pro facientibus elemosynas pecuniarias ut sic per eas à debitibus nostris quibus tenemur talibus benefactoribus exoneremur, dummodo alias recte omnia fiant, ut dictum est. ¶ Tertium punctum est, quoad habitus datos defunctis. Pro quo dico quòd quis aliqui dicant quòd tales habitus dantur per modum uenditionis, & per consequens quòd non nisi iusto precio & per syndicum possunt dari, sicut calices consecrati seu aræ consecratae, uenduntur ratione materiae, non ratione spiritualis annexi. Alii autem dicunt, quòd nō nisi per uiam gratuitæ donationis possunt dari intuitu spiritualis indulgentiarum annexarum, & ipse pannus reputatur nullius ualoris: sicut charta seu bulla ubi continentur indulgentiarum, seu sicut oleum sanctum, seu aqua benedicta, & huiusmodi: & per consequens, quòd nō nisi purè elemosynaliter potest acceptari pecunia, quantumcumque parua uel magna, sicut & alia pecunia oīno liberaliter oblata uel legata. Mihi tamē saluo me liori iudicio, tria circa hæc dicenda uidetur. Primo, quòd tales habitus possunt uendiri ratione panni, non ratione indulgentiarum. sicut calix consecratus, quia alicuius ualoris est talis materia habitus, ut patet. & tunc per syndicum tatum, sicut & alia res pertinens ad Papam, & non potest uendi maiori precio q̄ ualeat fratribus talis habitus, alioquin esset iniusta, uel symonia, si ratione indulgentiarum carius uenderetur. Vnde habitus nouus plus ualens ille, potest pluris uendi. Vetus autem non nisi minoris. Mediocris autem mediocri precio, secundū quod ipsis fratribus erat utilis, alioquin esset

esset iniustitia: ideo uidetur quòd secure fieret si oīes habitus communiter precio mediocre uenderentur & estimaretur, & non magno precio, ut noui, neq̄ minori ut oīno ueteres, ut dictum est, & in partibus Hispaniæ uidetur hoc tempore mediocre preciū unus ducatus aureus. Secundo uidetur quòd possunt dari per uiam liberalis donationis intuitu indulgentiarum, & tūc tota elemosyna data debet acceptari non aliter quam alia pecunia oīno liberaliter oblata uel legata, & iste modus est securior & honestior & magis exemplaris. Tertio uidetur quòd qualitercumque habitus datur defunctis, pecunia tamen pro eis potest dari & acceptari mixtim, s. partim ut iustum premium ratione uenditionis panni: partim ut liberaliter donata elemosyna pro lucranda indulgentia uel alia de causa, maxime quia sic Papa cōcessit uiuæ uocis oraculo quòd sepeliendus in habitu daret pro alio habitu, licet id non sit necessarium pro lucranda indulgentia, ut hoc declarauit Reuer. F. Franciscus de Angl. Min. g. in c. prouin. Castellæ, Toleti, anno. 1523. me præsente. & quia utruñq; indistincte datur & confusum est, modo utrumq; fiat & que principaliter, modo alterum fiat principaliter, alterum minus principaliter & accessorie. ideo uidetur quod potest tota illa pecunia acceptari per syndicatum, ac si esset premium uenditionis. potest etiam tota acceptari per amicum spiritualem, ac si esset tota liberaliter donata uel legata, ut dictum est. & hoc ut placuerit danti, uel etiam ipsis fratribus, dum de opposita uoluntate datum non cōstiterit sufficienter, saltem quoad illud plus excedens premium panni: quoad illud enim plus non potest acceptari contra uoluntatem dantis, neq̄ repeti, ut dictum est, ex quo constat non nisi liberaliter donari illud plus nisi ab utentibus syndico quoad pecunias secundū Mart. 5. ut infra q. 16. habetur. Isti enim possunt omnem pecuniā syndico assignare. Et per hæc possunt concordari omnia & limitari scrupulosa dicta aliqua quæ uidentur contineri in Eachyridion frat. min. dub. ii. Quo autem stent simul ista duo, s. quòd nos simus incapaces dominii, iuris & actionis cuiuscumque rei, & incapaces usus pecuniarii. & quòd nobis aliquid debatur pro celebratione Diuinorum, & pro habitibus &c. huiusmodi. Ita quòd debitor teneatur nobis dare non solū obligatio ne Diuina & naturali (sed & polytica seu ciuili), habetur in Seren. conscienc. q. pe. litera z. & 9. Et latius infra cap. 6. q. 5. & quæ. ii. QVAEST

**Q**VÆSTIÖ XVI. Quæritur quid sit syndicus, & quo modo & per quem institui & destitui potest, & ad quid ualat, & quid potest, & etiam qui possunt syndico uti, & quo modo?

Respondeo per quinqꝫ puncta: Quorum primum tractat quis sit dicendus, aut quid sit syndicus, & à quo & quomo do potest institui & destitui, & quot syndici pro uno conuentu possint institui. Igitur quo ad hoc primum punctum, dico primo quòd syndicus procurator seu coeconomus est, & dicitur is qui nominatus per fratres auctoritate Papæ seu Ecclesiæ instituitur, ut nomine Papæ uel ecclesiæ Romanæ possit facere ea quæ in priuilegiis syndicatus & constitutionibus aliis sibi conceduntur. De quibus omnibus proxime dicetur in 2. puncto sequenti. Amicus autem spiritu alis, secundum regulam & declarationem alius est, ut de hoc latius supra cap. 4. q. 3. ibi uideatur, quia non attinet nunc ad rem.

Secundo notandum, quòd prædictum syndicum potest nominare seu instituere, uel potius assignare modo infra dicendo, Mi. g. uel prouincialis, uel custos, uel alii fratres quibus ipsi commiserunt, & nō alii. quòd Min. g. & prouincialis & custos id possint, patet expresse ex literis Martini 4. &c. ut infra proxime habetur: & quòd possint id aliis fratribus cōmittere, patet: quia quod quis potest ex officio seu commissione generali, ratione officii ei facta seu concessa, maxime per Papam: potest etiam ipse aliis committere nisi specialiter hoc ei prohibeat, ut est communis regula iuristarum. Et quia Inno. 4. in priuil. quanto studiosius fo. 29. fff. 113. id specialiter concessit Min. generali & prouinciali, ut s. per se uel per alios possint constituere & remouere syndicos, ut ponitur in hoc tit. in compendio 5. 1. & quāmuis ibi dicat collector quòd hoc est reuocatum per declar. Nic. 3. mihi tamen saluo meliori iudicio, uidetur quòd non est reuocatum, sed manet in suo uigore, ut patebit ex dicendis infra in 3. puncto. Et notandum quòd alii à prædictis, neqꝫ guardianus cum toto suo conuentu possunt assignare seu instituere syndicum præfatum sine commissione prædicta à Min. g. uel prouinciali, uel custo. ut dictum est, quia nullis aliis conceditur, quòd si secus attētaret guardianus uel alius, etiam cum conuentu, iam talis syndicus staret auctoritate ipsorum fratribus, quorum etiam auctoritate ficeret quicquid ficeret, sicqꝫ tales

les fratres recipierent pecuniam per interpositam personam syndici ipsorum, uel essent proprietarii, ut ait Spec. fff. 7. & 8. Notandum etiam quòd prædicti Min. g. & prouincialis uel cust. uel qui bus ipsi commiserint, possunt etiam sine licentia aut consensu aut uotis conuentus nominare seu instituere nomine Papæ præfatum syndicum, quia sic eis cōcedit Papa in priuilegiis proxime pondis, quāmuis ut satisfaciant fratribus & aliis possunt id de cōsen- su conuentus facere, ut proxime dicetur. Notandum etiam quòd prædicti qui possunt syndicos noīare seu instituere possunt eos si militer reuocare, & alias personas seu syndicos subrogare seu instituere quoties fuerit oportuni. simili modo sicut & primos syndicos instituerūt, & istæ personæ sic subrogatæ seu nominatæ habent eandem potestatem omnino, & sunt syndici sicut & primæ personæ sunt aut fuerunt, ut expresse habetur in dictis priuilegiis infra ponendis.

Tertio notandum, quòd potest institui seu nominari ut sit syndicus quæcunqꝫ persona, dum tamen non sit de ordine nostro. Ratio, quia concedit Papa in priuilegiis syndicatus. ideo prout experierit, potest institui, dummodo alias caueatur scandalum, suspicio, & alia cauenda. Et notandum quòd Papa ibi nō exprimit numerum talium syndicorum: ideo uidetur forte quòd ad recipiendum omnes pecunias nomine Papæ, secundum constitutionem Martini 5. non potest haberi nisi unus tantum syndicus principalis pro quolibet conuentu, quia sic concessit ipse Martinus 5. in suis constit. cap. 4. Sed forte etiam possunt esse duo, ut innuitur ex cap. Rothomagen. ut paulo inferius habetur, & etiam plures. Sed ad faciendum omnia alia quæ habentur in priuilegiis Martini 4. &c. & aliorum Pontificum, concedentium supradictis prælatis, hoc modo: Discretioni uestræ concedimus facultatem personas speciales quæ non sunt de ipso ordine, nominandi pro locorum indigentia singulorum, &c. ubi uidetur Papa concedere tot syndicos pluraliter, aut simul posse institui quot fuerint necessarii pro indigentia singulorum locorum. Item hoc patet in tab. cap. g. Rothomagens. anno Domini 5 16. celebrati, ubi sic habetur: Declarat syndicos non posse præter unum uel duos audire Diuina tēpore interdicti in nostris domibus: ideo ultra unum uel duos, si plures fuerint, suo syndicatu per Prouinciale priuentur, hæc ibi n Ex

**E**x quo patet quod saltem duo possunt esse in conuentu, & simul gaudere priuilegiis & indulxit syndicorum & forte etiam plures ad recipiendum pecuniam, licet non gaudeant priuileg. & indulxit syndicorum, nisi duo tantum ut dictum est. Nam & quoad exercendum alia negotia syndicorum secundum priuil. Martini 4. & aliorum Pontificum non excluduntur alii plures qui fuerint necessarii, quamvis non gaudeant praedicto priuilegio pro tempore interdicti, nisi duo tantum. Item facit ad hoc concessio Clem. 7. quam ponit collecta in tit. procuratores §. 12. ubi conceduntur quædam indulgentiae uni tantum syndico cuiuslibet conuentus nostri ordinis & monialium, &c. ergo elicetur inde quod ad negotia contenta in priuilegiis syndicatus possunt esse plures syndici in uno conuentu: quamvis non nisi unus tantum gaudeat talibus indulgentiis, alioquin non erat necesse quod Papa Clem. 7. concederet uni tantum syndico cuiuslibet conuentus, si ibi non nisi unicus tantum esse posset ad negotia illius conuentus, ergo.

**¶** Quarto notandum, quod modus instituendi talem syndicum, potest esse duplex. Nam praedicti prælati seu alii quibus ipsi commiserint ut dictum est, possunt ex commissione eorum constitueri seu assignare seu nominare præfatum syndicum seu syndicos in foro conscientiae sine notario, sine testibus, & sine alia quacunque solemnitate iuris, & sine consensu conuentus: quia sic Papa concedit ut dictum est. potest etiam alio modo fieri, scilicet iuridice, ut sic constare possit in iudicio, si oportuerit: & ad satisfaciendum illis qui ignorant statum nostrum & priuilegia circa hoc, uel etiam ut ipsi fratres pro quorum necessitatibus instituitur seu nominatur syndicus, maneant contenti, quia & ipsi melius sciunt quis sibi sit expedientior. Ideo possunt praedicti prælati, seu alii quibus ipsi commiserint, congregatis fratribus habere consilium eorum, & postea ipsi possunt facere suam denominationem syndicum coram notario & testibus: & faciat notarius suum instrumentum seu principium & finem & signum suum assuetum cum testibus. attendat tamen semper praedicti prælati, seu alii qui de eorum commissione hoc faciunt quod non dicant (constituere seu constituimus talem syndicum) neque damus ei auctoritatem ad hoc uel, &c. Neque permittant quod sicscribat notarius: sed dicant nomine, seu signo seu assigno, seu assignamus talem personam in praesentia partium

trum uel capituli (uel alias secundum quod fecerit hoc quis per se solum uel simul, uel de speciali commissione Min. uel custod.) auctoritate bullæ sequentis, ut possit in necessitatibus constitui, N. occurrentibus facere auctoritate Apostolica ea omnia quæ in ipsa bulla infra scripta continentur, & prout ipsa bulla disponit, quæ subsequitur Martinus episcopus, &c. seu Nicolaus episcopus &c. (ut proxime dicitur) & ponatur tota ipsa bulla, & non oportet alia uerba multiplicare, hæc ex Spec. fff. 7. & 8. Sed nondum quod quamvis fratres dicat constituimus auctoritate Apostolica talem syndicum, seu damus eadem auctoritate Apostolica, quantum possumus facultatem ad hoc &c. non ex hoc incurrit culpa, si intendant simpliciter loquendo facere id quod debite possunt facere & nihil aliud, ac si dixisset nominamus talem syndicum auctoritate Apostolica, potest saluari, quia scilicet ministerialiter auctoritate Apostolica nominando talem syndicum constituant: & facit ad hoc priuilegiis. Inno. 4. fo. 29. ut collector ponit ubi expresse concessit facultatem ministris constituendi uel nominandi syndicos: unde colligitur quod pro eodem ibi accipit Papa constituere & nominare syndicum ad rectum sensum supradictum. Ideo licet pro foro iudiciali & coram hominibus sit optimum consilium supradictum Speculi, ne dicant fratres constituimus. tamen si simpliciter dicant cum recta intentione præfata, non est sollicitudinum nimis de uerbis maxime, cum ipsa uerba possint bonum sensum habere, ut dictum est. Et praedictum priuilegium. Inno. 4. non uidetur ubi sit reuocatum, quamvis per alios eius successores sit plenius quo ad syndicos prouisum, ut dictum est & dicetur ut de hoc Conradus de cōtra cōribus, q. 33. late probat quod uerba parum faciunt in conscientia ad substantiam contractus.

**¶** Quinto notandum, quod tales syndici praedicto modo nominati seu instituti, stant auctoritate Papæ & ecclesie Rom. ad fiduciam auctoritate ipsius Papæ & ecclesie Rom. ea oīa quæ infra in 2. puncto principali dicentur. Sicque sunt syndici Papæ & ecclesie Rom. i. ipsius auctoritate constituti & facientes quæ faciunt, quis sint etiam syndici frarrum uel pro fratribus. i. ad utilitatem fratrum, non auctoritate fratrum, ut hoc expresse concedentes decreuerunt Inno. 4. fo 29. ff. 113. ubi id copiosius habetur. & Martinus s. in priuilegiis amabilis fructus, fo. 39. & ff. 38. ubi etiam reuocat

quicquid in oppositum dixerat & prohibuerat reuocando dominus Ioann. 22. in sua constitutione quæ incipit, Ad conditorem canonum. Et idem Martinus 5. in suis constit. quæ dicuntur Martinianæ cap. 4. & 5. Et Eugenius 4. in priuile. prouisionis nostræ, fo. 40. ff. 38. iterum cōfirmat hæc omnia de syndico. Et Sixtus 4. in priuile. dum fructus uberes, fo. 62. ff. 146. prædicta omnia concessit & confirmauit: quod aut ibidē dixit, s. fratres posse institui hæredes: postea in priuile. licet nos, fo. 22. de conuentu alibus tantum esse intelligendum declarauit: & insuper prædicta priuilegia de syndico ibidem roborauit, & hæc sunt priuilegia de syndico. Sicq; patet hoc primum punctū principale, s. quid sit syndicus, & quis potest eum instituere & destituere, & quot & quomodo, ut dictum est late per omnia.

¶ Secundum pūctum principale est quid potest facere seu ad quæ negotia ualeat præfatus syndicus prædicto modo institutus. Ad quod dico quod potest ualere & habet auctoritatem Apostolicā ad quinq;

Primo, pro ciuiliter recipiendis nomine Papæ seu ecclesiæ Romanæ rebus omnibus mobilibus seu immobilibus oblatis, donatis, concessis, aut in ultima uoluntate relictis, modo congruo, honesto & licto ipsis fratribus.

Secundo, pro uendendo, commutando, distrahendo, & alienando res omnes pertinētes ad dominium Papæ, uel ecclesiæ Romanæ, quibus fratres uti possunt, & pro recipiendo & expendo precium earum in utilitates fratrum.

Tertio, pro recipiendo nomine Papæ & ecclesiæ Romanæ, & iudicialiter repetendo eleemosynas omnes, etiam pecuniarias relictas in testamento seu legatas, modo licto & congruo ipsis fratribus.

Quarto, pro experiendo in iudicio seu extra, in omnibus causis litigiis, actionibusq; quibuscunq;, quæ continentur & explicātur in prædictis priuilegiis de syndico agētibus, ut infra etiam hic explicabuntur in hoc secundo puncto.

Quinto, pro recipiendis nomine Papæ uel ecclesiæ Romanæ, omnibus eleemosynis pecuniariis quibuscunq;, undecimq; & quod modocunq; prouenientibus, & pro eis expendendis in necessitatibus fratrum, & hoc ultimum habetur concessum solūm in constitut.

stitut. Martini 5. cap. 4. & 5. fo. 233. quæ confirmātur ab eodem Martino in priuile. per uigili s more. fo. 38. ff. 36. ut proxime ponentur in hoc secundo puncto. Ista omnia probantur. Nam pro illis 4. actibus primo iam dictis, quod ualeat syndicus, patet expressè in supradictis priuilegiis, de syndico. Nam in priuile. Martini 4. exultantes, fo. 46. ff. 129. quod est primum: & solent cōmuniter adduci in hac materia. sic dicitur quod præfati syndici prædicto modo nominati seu instituti, possunt administrationem legitimam generalem & liberam gerere, in omnibus infra scriptis: suntq; ueri legitimi administratores & economi, syndici, & actores ecclesiæ Romanæ, ut præfatas res donatas, oblatas, concessas uel relictas in testamento ipsis fratribus ( ecce primum ) & earum premium ( ecce secundum ) & eleemosynas in testamento relictas, modo congruo & licto ipsis fratribus nomine ecclesiæ recipiant, ut ipsi in fratribus necessitatibus & utilitatibus, prout eis licet alias ex regula uel eiusdem regulæ declarationibus conuertant eas si- cut & quando ab ipsis ministris & custodibus in suis prouinciis & custodiis uel ab aliis fratribus de eorum assensu fuerint requisiti. ( ecce tertium ) & agitur hic de eleemosynis pecuniariis in testame- to. Nam de aliis rebus iam in primo actu dictum est, ut patet. Qui quidem etiam syndici ut ibidem prosequitur, habent plenam, libe ram & generalem potestatem auctoritate Apostolica tam in iudi- cio quam extra petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta omnia, transfigendi quoq; pacificandi, conueniendi, ( adde secun- dum priuile. Nic. 4. Religionis fauor, fo. 23. impetrādi literas Apo- stolicas, uel alias iustitiam uel gratiam continentis in iudices, & lo- ca conueniendi, recusandi) sequitur in dicto priuile. Martini 4. cō- promittendi, remittendi, refutandi, quietationem agendi, defen- dendi, ac in animas eorumdem de calumnia & ueritate dicenda, iu- randi, & cuiuslibet alterius iuramenti præstandi, addit Nic. 4. ubi supra, sententiam seu sententias diffinitiuas seu interloquitorias audiendi, necnon appellandi, appellationem seu appellationum causas prosequendi.

Sequitur ex Martino 4. Cum illis & contra illos qui huiusmo- di res mobiles uel immobiles ( ecce primum ) aut earum premium, ( ecce secundum ) aut relictas eleemosynas ( s. pecuniarias, ut di- ctum est ) fratribus in testamento occuparent uel uiolenter aufer- rent

rent siue ultra uoluntatem fratrum quomodolibet detinerent, ecce tertium. Addit Nic. 4. ubi sup. seu ipsis fratribus in personis, uel rebus aliquas iniurias irrogarent. Sequitur ex Martino 4. & generaliter in oibus cāis pro oibus rebus & locis ad ipsam Ro. eccles. spectantibus ipsorum fratrum usui concessis (addit Nic. 4. ubi supra) necnon pro prædictis iniuriis & uiolentiis. Sequitur ex Martino 4. & pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, priuilegiis, sine cuiuslibet satisdationis & cautionis onere. hæc in dictis priuilegiis, ubi patet, quòd syndici auctoritate Apostolica possunt & ualent ad illa quatuor iam dicta negocia seu actus illos quatuor primo positos. Quòd autem talis syndicus etiam possit & ualeat ad illud s. ultimo dictum, s. pro recipiendis nomine Papæ omnibus pecuniis &c. patet per constit. Martini 5. cap. 4. ubi sic habetur, statuimus & ordinamus iuxta declarationem Nic. 3. & Clem. 5. ac Martini 4. & 5. quòd quilibet conuentus seu locus habeat suum procuratorem cœconomum, syndicum & actorem, cui omnis eleemosyna pecuniaria & alia quæ ad pecuniā reduci possunt integraliter assignentur qui easdem dispensare debeat legaliter & fideliter pro reparatione conuentuum & locorum, ac alias quoque necessitates fratrum pro tempore occurrētes: & quòd fratres nullo modo denarios uel pecuniam recipient. in omnibus autem ad ea quæ ultra hoc magis uidentur arctari fratres, siue ex declar. Clement. siue ex quacunq; alia declaratione summorum Pontificum uel aliorum quorumcunq; Apostolica nobis auctoritate cōmissa misericorditer dispensamus. non astringentes eos propterea qui uoluerint prædictas declaraciones seruare, qui suo uoto satisfacientes seruare ualeant & tenere, hæc ibi, fo. 233. & ibi dem cap. 5. habetur sic, merces laboris si pecunia fuerit per soluētem statim assignetur procuratori conuentus siue loci, hæc ibi. Et notandum quòd has constitutiones fecit pro toto ordine, uniendo & reformando quidam legatus à latere in quodam cap. generali, aufloritate speciali domini Martini quinti. Anno Domini 1430. quas & ipse dominus Martinus quintus postea confirmauit in priuile. peruigilis more. fo. 38. fff. 36. Sicq; patet hoc secundū pūctum principale s. ad quid ualeat syndicus supradictus, scilicet ad quinq; actus supradictos exercēdos nomine & auctoritate Pa pæ ut dictum est. Nunc restat uidere an omnes fratres possint uti præ

præfato syndico ad omnes quinque actus supradictos, an non, pro quo est tertium punctum subsequens.

¶ Tertium punctum principale tractat an omnes fratres possunt uti syndico præfato ad omnes quinque actus supradictos an nō. & qui fratres possunt uti prædicto syndico, ad quos & quomodo. Et quoad hoc dico primo, quòd quoad primum & secundum actum de quinq; supradictis bene licitum est omnibus fratribus min. uti præfato syndico. Probatur de primo actu, quòd s. omnes fratres possunt uti præfato syndico pro ciuiliter recipiēdis nomine Papæ uel ecclesiæ Romanæ omnibus rebus mobilibus & immobilibus, (non pecuniariis) oblatis, donatis, concessis aut in ultima uoluntate relictis, modo congruo, honesto, & lito ipsiis fratribus. Ratio, quia ex quo talibus rebus fratres possunt uti, quia non sunt pecuniariæ (ut supponitur) ergo & ipsi fratres possunt eas accipere ad suum usum per se: quia non uidetur quid obstat, ergo & syndicus ut procurator rerum ecclesiæ Romanæ, potest eas ciuiliter accipere in dominio ecclesiæ Romanæ, seu nomine ecclesiæ Romanæ. Nam omnes res quibus fratres uti possumus pertinent ad dominium Romanæ ecclesiæ, quando dantes aliud in dando non explicant, (ut late habetur supra in nostro tractatu expos. regulæ fratrum min. cap. sexto, quæstione secunda, quod hic supponitur) & in hoc nulla est relaxatio seu dispensatio, ut patet, ergo.

Item quoad secundum actum quòd scilicet licite possumus uti præfato syndico pro uendendo commutādo, etiam mediante preciū estimatione pro distrahendo & quomodolibet alienando res omnes quibus nos utimur pertinentes ad Papam seu ad ecclesiam Rom. & pro recipiendo & expēdendo earum precium in alias nostras necessitates seu utilitates secundum regulas & declaraciones Probatur, quia de rebus suis seu ecclesiæ Romanæ pertinentibus, ad dispēsationem Papæ potest ipse Papa disponere quòd tali uel tali modo alias lito tractentur: tales autem omnes res prædictæ quibus utimur pertinentes ad ecclesiam Romanam, ergo potest Papa disponere quòd per suum syndicu uendantur, commutentur, & cetera. quāmuis non nisi ad utilitatem fratrum. & potest apponere modum quem uoluerit in re sua, aut sibi commissa, quòd scilicet sic uel sic distrahantur uel alienantur ex tali causa seu

seu quando nobis fuerit utile, seu quando nos suo syndico dixerimus: quodcumque similiter de earum precio nomine & auctoritate Papae nobis prouideat suus syndicus, sicut & quando nos uoluerimus alias licite. Ista omnia patet, tam ratione naturali quam humani seu ciuili, & possent ad id multa iura allegari quae breuitatis amore, tanquam non necessaria omittuntur. Item quia dominus Nic. 3. in sua declar. art. 3. s. quia uero dominium, id expresse declarat & concedit tanquam licitum: & de tali syndico nobis dando per sedem Apostolicam seu protectorem ordinis ad praedictas res commutandum, uendendum seu distraherendum, ibi loquebatur, & forte morte praeventus, seu alia de causa ipse non prouidit ut intendebat prouidere de tali syndico in generali pro toto ordine: sed uel ipse uel protector ordinis in casibus particularibus quando opus erat, & quando ad eum fratres recurrebant, assignabat aliquem procuratorem qui haec ficeret nomine ecclesiae Romanæ: sicut Spec. fff. 9. refert se uidisse in quodam conuentu antiquo quandam auctoritatē protectoris super hoc concessam cuidam guardiano, seu ministro, ut nominaret aliquem syndicū qui nomine & auctoritate ecclesiae Romanæ uenderet seu distraheret res praedictas, utpote asinum uel mulum quo fratres usi fuerant, & iam senuerat, ut sic de eius precio emeretur aliud oportunum, tunc enim prælati forte non habebant hanc auctoritatem nominandi syndicum, sed postea Martinus 4. & alii Pontifices prouiderunt circa hoc, generaliter dando auctoritatem prælati supradictis nominandi syndicum, ut supra dictum est, ut fratres quietius uiuerent, ut patet in narratione ipsorum priuilei. seu bullarum praedictarum de syndico, uel dico quod hoc modo concesserat Inno. 4. fo. 29. & ff. 113. ministris posse constituere syndicum ad distrahendum res pertinentes ad Papam, ut dictum est, quamuis postea alii successores plenius prouiderunt, ut supra habetur. Et isto modo uti syndico praedicto ait Spec. ubi supra, quod est pure regulâ obseruare, & talem ad hoc non habere, est se periculo committere. Nam uix reperitur aliquis conuentus qui non indigeat aliquid uendere, distrahere, uel alienare ut renouetur, uel ut superfluum tollatur, & aliud necessarium acquiratur de eius precio. Si dicas uendemus nos & accipiet precium aliquis alius amicus spiritualis, sic que non erit opus syndico ad hoc. Respondeo quod hoc non potest

test licite fieri, quia tunc ille amicus spiritualis ficeret hoc auctori tate fratrum illum interponentium, sicque esset eorum interposita persona: Nam non potest ponni talis interposita persona ab illo cui res ipsa uenditur, uel à quo premium recipit ipse amicus spiritualis: quia talis res quam uenditur seu premium eius, non est iam sub dominio ipsius ementis, sed Papæ uel ecclesiae Romanæ. Ideo ex quo dominus Papa pro praedictis rebus suis pertinentibus ad suum dominium, jam nominauit suum syndicum, ergo per ipsum & non per alium potest fieri praedicta uenatio & precii receptio & expensio in alias necessitates, ut dictum est. Si enim res ipsa pertineret ad dominium alterius, tunc eius auctoritate per alium, ut ipse uellet, debent praedicta fieri, ut habetur infra cap. 6. q. 3. q. 4. &c. ergo licitum est & secundum regulæ puritatem & declarationem Nic. 3. & Clem. 5. uti praefato syndico ad praedicta duo iam declarata.

¶ Item quoad tertium actum, s. pro recipiendo nomine Papæ uel ecclesiae Romanæ omnia legata, & pecuniaria, & non pecuniaria, quae cumque in testamento relista ipsis fratribus modo alias licito, & congruo secundum regulam. Similiter & pro repetendo ipsa legata in iudicio & extra nomine ecclesiae. dico ergo quod ad hoc possunt omnes fratres min. uti praefato syndico, dum modo alias non interueniat scandalum, neque ipsi fratres absint ipsis litigis aut iudicialibus actibus: neque ipsi fint aut uideantur esse principales actores huius iudicialis repetitionis legatorum, dummodo omnis alia circumstantia uicians omnino caueatur: sed solùm fratres possunt notificare ipsi syndico, quod non est ei satisfactum de tali legato ipsis facto, & hortari eum quod ipse syndicus auctoritate sibi concessa nomine ecclesiae Romanæ id petat iudicialiter uel non iudicialiter, ut uisum fuerit oportunum sicut ex suo officio syndicatus potest facere, & hoc si fratres indigeant tali legato & si expedit eis sic fieri per syndicum: quod si ipsi non egent, aut si non expedit eis & suæ famæ aut estimatione apud populum quod tale legatum recipiatur aut petatur tali modo, tunc possunt & debent impedire syndicum ne id recipiat aut petat illo modo pro eis. Et syndicus non potest se intromittere, nisi quantum fuerit requisitus per ipsos fratres, ut habetur in bulla syndicatus Martini 4. &c. ut supra: Quod autem in praedicto casu sic declarato & li-

mitato, liceat uti præfato syndico patet: quia non uidetur quod sit contra præceptum de pecunia ullo modo, neq; contra pauperitatem. Nam ex quo talia legata licite nobis facta non pertinent iā ad ipsum legantem qui mortuus est, neq; ad hæredes, quia non ipsi, sed nobis specialiter, ut supponitur, factum est: cuius dominii quia nos sumus incapaces, ergo iam eius dominium uel saltem dispensatio seu dispositio pertinet ad ecclesiam Rom. sicut & dominium seu dispositio rerum à nobis utibilium, seu sicut dispositio legatorum ad pias causas. Potest ergo Papa de tali legato dispone-re per suum procuratorem seu syndicū, quomodo recipiatur uel repetatur etiam iudicialiter, & quomodo expendatur in eas necessitates pro quibus relictum est, uel in alias ut expedierit ad requisitionem nostram, seu cum alia limitatione seu conditione aposita per Papam. Quod si nos recurrimus ad syndicū Papæ eo modo & animo quo ipse Papa disponit, & habendo nos cum ipso eius syndico, sicut & quomodo cum procuratore domini ipsius legati, ut Papa dominus ipsius legati disponit, certe non uidetur ex qua parte sit peccatum aut illicitum nobis uti syndico modo prædicto, quo ad id, ut pater discurrendo per omnia præcepta limitationesq; & conditiones pecuniae & paupertatis. ergo sine uela dispensatione relaxatiua regulæ fratres possunt uti præfato syndico modo prædicto, seu cum hiis limitationibus quo ad huncz. actum, uel saltem in hoc non est nisi ualde modica & rationabilis dispensatio. Et quidē hoc uidetur innui & concedi per ipsum Nicol. 3. in sua declaratione artic. 3. s. ad hæc. ubi de legatis agens postq; ibi præcepit quod tam hæredes q; executores, q; iudices seu alii prælati ex officio suo diligenter faciant quod talia legata soluantur & impleantur piæ voluntates defunctorum: tandem addit dicens sic (Nam & nos etiam per modos licitos & fratum regulæ congruos intendimus prouidere, quod nec pia defunctorum destituatur intentio, & hæredum cupiditas legitimis actibus feriat, ac ipsi fratres pauperes oportunis auxiliis non fraudetur, hæc ibi) ex quibus uerbis apparet quod intendebat prouidere de syndico aut alio procuratore qui nomine ecclesiæ Romana. peteret talia legata ut dictū est, quodq; talis modus est licitus nobis, quod ipse Nic. 3. nō fecit morte præuentus, aut alias præpeditus & ideo ut ait Speculum fff. 8. Martinus 4. in sua bullā de syndico & aliis successo

successores supradicti circa hoc prouiderunt & fecerunt quod Nic. 3. circa hoc agere intendebat, ut dictum est. Item hoc patet, quia ipse Martinus 4. in prædicta bullā, & Nic. 4. & alii in suis bullis præfatis de syndico expresse dicunt in narratione, quod per hanc ipsorum prouisionem de syndico dantur remedia opportuna, per quæ nostri ordinis puri obseruantia in sui uigore seruentur: & idem dicit Martinus 5. in sua bulla fo. 40. de hoc syndico agens ad prædicta, & addit dicēs, quod tali syndico in prædictis libere & licite uti ualeamus. Ergo quis Spec. fff. 8. in fine ipsius fff. uideatur dicere oppositum, quod s. qui utuntur syndico hoc modo utuntur illo dispensatiue contra regulam & contra declar. Nic. 3. & idem uidetur dicere & tenere collector compendii in hoc tit. procuratores post s. 8. & tit. hæreditas in fine fo. 75. ibi dem. Nos tamē saluo meliori iudicio, dicamus quod bene est nobis licitum, neq; est contra regulam aut declar. si utamur syndico modo prædicto quoad legata omnia, dummodo id fiat cum limitationibus supradictis & cum circumstantiis debitiss, ut dictum est. & quāmuis sit purius non uti tali syndico, non tamen inde sequitur quod ergo uti syndico sit impurum, sed potius sequitur quod sit sufficienter purum & licitum, quis non sit purius. Comparatum enim præsupponit suum politiū, sicut melius præsupponit bonum. Et quidem sicut procurator nomine aut auctoritate populi, & iudex ex suo officio id facere potest, quare non æque licite id fieri per syndicū nomine Papæ, seruatis supradictis limitationibus: quāmuis omnes id faciant ad requisitionem seu denunciationem fratrum & ad ipsorum utilitatem, ut dictum est, ergo in hoc uel nulla est dispensatio relaxatiua, uel saltem modica & ualde rationabilis. ut Pontifices prædicti in suis bullis supra dictis decernunt.

Item quoad quartum actum, s. pro litigando iudicaliter seu experiendo in iudicio pro omnibus causis aliis, &c. dico ergo, saluo meliori iudicio, quod pro rebus omniis quibuscumq; pertinentibus ad ecclesiam Romanam, bene possunt fratres uti præfato syndico, ut scilicet nomine & auctoritate non fratrum, sed Papæ uel ecclesiæ Romanæ appareat in iudicio petens & faciens ea omnia quæ in prædictis

priuilegiis syndicatus continentur quo ad hæc: dummodo uere caueatur quòd fratres neq; sint neq; esse uideatur principales actores, neq; alistant talibus litigiis aut iudiciis, & dummodo omnis alia circumstantia quomodo libet uicians, & scandalum omnino caueatur, ut dictum est de tertio actu præcedente. Ratio, quia Papa potest de suis rebus disponere quomodo per suum syndicum tractentur & repetantur ad requisitionem fratum nomine Papæ. Et quia sic licitū decernitur à Papa in prædictis bullis &c. ut istæ rationes sunt latius explicatae paulo superius ubi de tertio actu dictum est, s. an ad repetendum legata liceat nobis uti syndico. & in hoc modica sed rationabilis dispensatio ut dictum est. Pro iniuriis autem personalibus (ut concedit Nic. 4. fo. 23.) patet quòd nō est contra regulam ullo modo ex quo de interesse rerum temporalium non agitur: ideo possunt fratres uti syndico ad id dummodo ab sit libido uim dictæ & scandalum & omnis alia circumstantia aliunde uicians. Pro iuribus autem aut priuileiis nostris defendendis, dic quòd non possumus uti syndico: quia nulium ius aut priuilegium quo ad temporalia, nobis competere potest ex regula, ut habetur infra cap. 6. q. 8. latius habetur. Sed pro iuribus ecclesiæ Romanæ & eius priuilegiis, bene potest syndicus cū limitationibus supradictis agere, & non alias ullo modo. Quòd si ad hæc opponatur tab. 21. Vic. g. ubi anno Domini 1505. in capitulo generali Lualii statutum sic habetur, Deponantur guardiani, & pena proprietarii puniantur, qui ratione debiti cuiuscunq; seu aliorum bonorum temporalium fecerunt excommunicari, detineri, seu uexari quoscunq; seculares. Subditu uero qui talia procurauerint pena proprietarii puniantur, & de conuentu confusibiliter expellantur, hæc ibi. Ex quo uidetur quòd non licet per syndicum judicialiter petere aut litigare pro temporalibus, cuius oppositum dictum est. Respondeo quòd hoc est uerum quando ipsi fratres essent aut esse uiderentur principales actores & instigatores ad hæc litigia, tanquam ius suum uel rem suam procurantes per syndicum: aut quando inde scandalum probabiliter speraretur aut sequeretur, quia tunc nō possent uti syndico, ut supra iam limitatum est: & sic loquitur & intelligitur prædictum capitulum generale de fratribus qui fecerint excommunicare aliquem, &c. quales etiam sunt aliquando qui uel extra iudicium instigant

stigant judices ipsos ut capiant uel uexerit ipsi quasi ex officio suo aliquos seculares debitores aliquarum rerum, uel qui etiam personaliter in iudicio insistunt & solicitant sua negotia pro rebus temporalibus simul cum syndico, &c. huiusmodi illicita cum scandaloso committunt. quanto magis quòd in dicto cap. generali non prohibetur judicialiter agere per syndicum: sed quòd non faciant excommunicari, incarcерari, uel uexari aliquem. ideo non repugnat supradictis. & multi sunt fratres, seu multæ prouinciae Cismon. quæ nullo modo in suis statutis prouincialibus uolunt acceptare hoc priuilegium syndici ad hoc, statuentes insuper quòd nullo modo per syndicum in iudicio aliquid petatur seu litigetur, & ramen in facto faciunt illicite per syndicum, sine cōcessione populi, id quod cum concessione Papæ prædicta, si eam acceptarēt, licite facere possent, ut dictum est. Nam licitū est uti syndico præfato ad prædicta, cum limitationibus supradictis. ita quòd nullo modo appareat quòd nomine aut instigatione fratum principaliiter id sit. & de hoc syndico hoc modo utendo nil prohibet præfatum statutum cap. g. ut patet: quia de syndico nulla mentio ibi sit, sed ut dictum est, intelligitur præfata prohibitio.

¶ Item quo ad quintum actum, s. quo ad assignandas seu depositandas omnes eleemosynas pecuniarias apud syndicu secundū constitut. Martini, dico ergo quo ad hoc, quòd patres ultramō. utpote Italici & eiusmodi, possunt licite uti sicut & de facto utuntur syndico ad id: quāuis in hoc utantur dispensatione relaxatiua regulæ & declarationum Nic. 3. & Clem. 9. Sed certe talis dispensatio bene est tollerabilis & rationabilis. quòd autem in hoc sit dispensatio relaxatiua, proxime patebit in 4. puncto principali. quòd autem talis dispensatio sit rationabilis & licita, patet primo, quia est causa aliqualis ad præfatam dispensationem, s. fragilitas hominum magis à debito seruore charitatis declinans in omni fere statu hominum: & ex parte secularium est non tanta fidelitas in pecunia deposita eroganda ad necessitates fratum statim ut opotet. Vnde sequuntur discursus & inquietudines multiplices fratum. ideo ad prouidendum quieti & discursibus fratum fuit causa rationabilis aliqualiter ad tales dispensationem licitam. Alioquin si non esset rationabilis & licita, certe non sic institueretur generaliter tanq; constitutio honesta & salubris

bris pro toto ordine reformando, & pro regula obseruâda, ut ex presse dicitur in prologo ipsarum constitutionum, & in ipsa bullâ Martini 5. per uigilis more, fol. 3 s. ipsas constitutiones confirmante tanq; honestas salubresq; pro toto ordine uniendo & reformato, etiam si sit dispensatiue, ut dictum est. Et certe ex quo Papa dicit dispensationem tales esse salubrem & honestam, & per consequens rationabilem. Nam non est dubitandum de opposito, quâmuis sit purius & honestius non uti tali dispensatione: & hic supponitur sicut & ita est, quod Papa potest dispensare in uotis, existente aliqua causa rationabili ad id, s. ad dispensandum, etiâ relaxando aliquid de obligatione uoti, ut est communis doctrina theologorum, ut habetur inf. cap. 10. q. 4. Supponitur etiâ quod Papa & legatus ille qui auctoritate Papæ fecit & confirmauit illas constitut. habuit sufficientem notitiâ causæ & obligationis regulæ & declarationum circa hoc, ut patet ex regula ipsarum cōstitutionū: quodq; eo ipso quod sic dispensauit & cōstituit iam ipso facto censuit & iudicauit causam & dispensationem esse rationabilem & licitam. Prædicta omnia patent secundum communem doctrinam in materia de dispensationibus, ergo:

¶ Item secundo probatur quod talis dispensatio seu constitutio sit licita illis ultramon. quia oppositum dicere esset damnare omnes patres Italos & eiusmodi ultramon. tot annos uiuentes & uententes tali dispensatione. Similiter & matrem ecclesiam Roman. id constituentem seu approbantem & souuentem, & non prohibentem uel non docentem, neq; ullo modo prædicantem eos cauere teneri à tali dispensatione si esset illicita. esset inquam eam arguere impietatis & negligentiae circa suos filios eorumq; salutem quod non est dicendum, ergo. Item 3. idem probatur, quia ibi non omnino dispensatur circa substantiam principalem prohibitionis pecuniae, sed circa alias circumstantias seu conditiones ad quas tenebantur fratres ad puram perfectamq; huius prohibitionis obseruantiam, secundum declar. Nic. 3. Sicq; non est totalis dispensatio seu relaxatio præcepti, sed relaxatio aliquarum circumstantiarum, ut patebit in quarto puncto principali, & id ex aliqua causa, ut dictum est.

¶ Item quarto idem probatur, quia in lib. Firmamenta trium ordin-

din. tract. 4. fo. 12 s. late defendetur, tanquam licita talis dispensatio in uendo syndico secundum præfatas constitutiones Martini quinti, & secundum priuileg. supradicta quo ad omnes alios actus, ut dictum est, ergo licitum est Ultramon. Sed quid de nobis Cismon. Hispanis, Gallis, Germanis &c. eiusmodi. Possimus ne nos etiam in foro exteriori & interiori conscientiae licite uti tali syndico ad hoc, secundum constitutionem Martini 5. sicut & ipsi patres Ultramonis Respondeo, dubium uiderur, Nam Speculum ff. 8. & 9. & Collector compendii in hoc tit. & s. 8. & alii tenent quod non possumus neq; est nobis licitum. & ratio eorum est, quia nobis Cismon. est prohibitum per nostra cap. generalia uti tali constitutione dispensatiua: quia nec eam acceptauimus. Nam licet illæ constit. Martini 5. sint factæ pro toto ordine, tamen solùm patres Ultramon. eas pro seipsis acceptauerunt, & secundum eas de facto uiuunt. Nos autem Cismon. minime. Ideo pro nobis sunt aliæ constitutiones generales, quæ dicuntur Barchinon. & postea fuerunt aliæ Burgen. & postea in cap. generali Tolosano, anno Do. 15; 2. sunt statuta Bar. reuallata, restituta & confirmata, cæteris omnibus reiectis. In quibus statutis generalibus habetur, quod omnino seruentur declarationes Nic. 3. & Clem. 5. maxime circa pecuniam. & idem habetur saepius statutum in aliis capit. generalib. Cismontan. ut patet in tab. 9. & 18. Vic. gen. quod s. quo ad pecuniam præcipue seruentur declarationes Nic. 3. & Clem. 5. & sic propter hoc dicunt illi quod illa dispensatio constitutiones Martini quinti non est acceptata, neq; ualeat pro nobis Cismontanis. Sed certe licet ita fuerit quondam in uiridi obseruantia practicatum & constitutum, tamen iam nunc communiter practicata consuetudo, quæ est optima interpres legum humanarum, uideatur in oppositum, & uidetur dirogare, saltem in parte quo ad hoc de syndico, prædicta & omnia alia eiusmodi statuta prohibentia, ne nos Cismontani uteremur tali syndico & tali dispensatione, sicut & Ultramontani. Nunc autem leges non habent robur quando moribus uentantium non approbant, uel non confirmant, ergo. Immo & postea in multis capitulis gen. est concessum nobis Cismon. uti præfato syndico, secundū præfatas constitutiones & dispensationem Martini 5. sicut & utuntur Ultramō.

ut patet in tab. cap. gen. Burdegalen, Anno Domini 1510. celebrati, ubi sic habetur. Declaratur quod in solutionibus faciendis ex uino & blado, aliis quoque rebus quæstuatim pro fratum necessitatibus omnia per procuratores sedis Apostolicæ & non per fratres exequi debeant, hæc ibi. ubi patet quod cum talis res quæstuata ad soluendum de ea aliud necessarium ipsam distrahendo uel cominutando sit pecunia. ergo conceditur quod per syndicū Papæ secundum constit. martini 5. pecunia recipiatur & tractetur. Item Leo 10. fff. 23. in priuilegio exponi nobis, hoc idem toti ordinis concessit, ut latius habetur de hoc infra in annotationib[us] compendii. tit. commutare, super s. 3. fo. 222. Quod priuilegium non potest tolli per superiores, nisi ad hoc habeant auctoritatem Papæ, ut habetur in eisdem annotationibus compendii, tit. absolutio ord. quo ad fratres, s. 7. fol. 214. & tit. accedere, super s. i. fol. 218. annotatum est. Item in tab. cap. g. Carpensi. anno Domini 1521. celebrati, habetur sic. Nullus frater deponat seu deponi faciat aut detineri aliquam eleemosynam pecuniariam seu pecuniam in manu procuratoris sine licetia sui guardiani, et pro necessitate imminenti sub pena proprietariorum, hæc ibi. Ex quo patet quod de licentia guardiani est licitus cuique usus syndicorum pro dependentiis pecuniis apud eos, secundum constitut. Mart. 5. ut dictum est. Item in tab. eiusdem cap. g. iterum habetur ordinatum quod omnes contribuentes, uel eleemosynam facere uolentes, mittantur ad procuratores. hæc ibi. Ex quo patet expresse quod iam acceptatur praedicta dispensatio, ut ea utamur sicut & patres ultramontani. Item in constitutionibus generalibus Burgensi. anno Domini 1523. æditis habetur in 3. cap. sic, s. inhibetur ne aliquis frater deponi faciat uel permittat aliquam pecuniariam eleemosynam in cellis uel confessoriis, aut aliis locis: sed eleemosynam facere uolentes, uadant uel mittant ad procuratorem uel substitutum, hæc ibi. Ex quibus statutis licet nunc non ualeant ad obligandum ad eorum obseruantiam, tamen ualent ad arguendum inde quod iam ubique est in usu acceptata præfata dispensatio syndicorum, tam extra, quam ultramontane. ut dictum est. Igitur saluo meliori iudicio, secundum uidetur quod nos iam citramontani possumus in utroque foro uti prædicta dispensatione quo ad syndicū secundum constitut. Martini 5. sicut & patres ultramontane, dummodo in hiis partibus

tibus cismon. sit talis causa rationabilis ad utendum tali dispensatione sicut est aut fuit in ultramontane. Et eo modo quo est in consuetudine practicata in singulis prouinciis cismon. respectiue. Patet primum, quod s. iam in utroque foro possumus uti syndico, &c. Ratio, quia illa dispensatio iam non est nobis prohibita, ut probatum est per cap. generalia, quis olim fuerit prohibita nobis per alia cap. generalia: & est in se licita & rationabilis talis dispensatio quoad nos cismon, sicut & quo ad ultramontane. pro quibus omnibus est facta, ut supra probatum est, loquendo de ultramontane. ergo. dicitur dummodo in hiis partibus cismon. sit similis causa rationabilis, &c. quod ideo dico, quia si non sit talis causa ad utendum tali dispensatione, iam non erit causa rationabilis, nec licita in foro conscientiae dispensatio hæc, quo ad illos in quibus non est talis causa. Sed credo quod generaliter iam est similis causa in omnibus, quamvis in aliquibus magis, in aliquibus minus urgens, quamvis ex fragilitate & tepiditate ipsorum fratum & secularium: ideo generaliter est causa ad utendum tali dispensatione. ita quod non est mortale peccatum in utendo syndico secundum præfata dispensationem, quamvis forte sit aliquando; seu alicubi ueniale peccatum, ubi non est tam rationabilis cedula, sicut requiritur ad utendum ipsa dispensatione. Et propter hoc tandem addidi aliam limitationem dicens, & eo modo quo est in consuetudine, &c. quod ideo dico quia in aliquibus prouinciis ubi non est tanta necessitas seu causa, non sic absolute habetur usus praedicti syndici secundum ipsam totam dispensationem, sicut habetur in ultramontanis. Sed ex parte utuntur illa dispensatione & ex parte non: nam in aliquibus prouinciis habetur usus praedicti syndici hoc modo duntaxat, quod s. semper mittunt ad syndicū omnem pecuniam, quando non uident dantes oppositum uelle, seu quando non presumunt de opposita uoluntate datum, & apud syndicū de hoc præinstructum stat talis pecunia pro dante, i. pertinet ad dominium dantis, si dans est uiuus. Nam de pecunia legata iam dictum est supra, quod eius dispensatio uel dominium pertinet ad Papam ) & cum ipso syndico se habent in reliquis omnibus, & in pecuniae expensione sicut & patres ultramontane. secundum constitut. Martini 5. & secundum priuilegio. Martini de syndico. Alii autem omnino utuntur syndico mittentes omnem pecuniam

niam ad eum, ut nomine Papæ ipsam teneat & expendat, etiā con tradicente ipso dante, postq̄ iam eam syndico dedit, ut in 4. punto proxime sequenti dicetur.

¶ Quartum punctum principale est uidere circa quæ aut in quibus sunt dispensati & relaxati patres Ultramon. & alii utetates syndico illo s. modo proxime dicto, secundum constit. Martini s. & ad hoc dico quod sunt dispensati in tribus. Primo, quia talis pecunia deponitur, stat & expendit & tractatur nomine & auctoritate non quidem dantis neq; fratribus, sed nomine & auctoritate Apostolica seu Romanæ ecclesiæ cuius est ille syndicus. Ita quod postq; semel ipse dans prædictam pecuniam dederit syndico, iam non poterit illam reuocare, neq; potest quid facere circa illā, quia iam non est sua, nisi ipse quād eam dabat seu ante expresse dixisset quod uolebat retinere dominium illius, donec esset expensa, quod uix uel nunquam sit, ut hoc habetur in Spec. fff. 8. &c. & hoc patet etiam in ipsis constitutio. Martini s. cap. 4. ubi dicitur quod talis syndicus recipiat & expendat prædictā pecuniam secundū ordination. Marti 4. in suo priuil. de syndico agēte. Nūc autem in prædicto priuil. seu bulla syndicatus habetur quod nomine ecclesiæ Rom. recipit, tenet, tractat, & expendit syndicus ea quæ ipse ut syndicus Papæ recipit & tractat, ut patet ex dictis supra in 2. punto. ergo uel dominium talis pecuniae pertinet ad se dem Apostolicam, uel saltem eius dispensatio, dispositio, seu administratio. Poteſt enim Papa præfigere legem dantibus suas res, quo modo dent illas & quomodo disponantur & tractentur, & expendantur: etiam si eorum dominium non pertineat ad Papam sed ad ipsos dantes (ut patet in materia de donationibus & aliis contractibus, & est uidere apud stimistas in tit.) Sicq; patet quod Papa disponit quo ad omnem pecuniam pro nostris necessitatibus apud syndicum Papæ deponendam, secundum constit. Martini s. ut dictum est. & in hoc sunt primo dispensati qui tali syndico utuntur secundum præfatas constitutiones.

Secundo, & sequitur ex primo, sunt dispensati in hoc, s. quod statim quod ipsis fratribus offertur pecunia possunt dare ipse danti quicunq; sit. Detis illam syndico Papæ, qui nomine & auctoritate illam tenebit, tractabit & expendet in nostras necessitates. & ille dans si uult, potest eam sic syndico dare, sicq; per hanc dispensationem

sationem iam non obligantur fratres prius petere aut requirere uoluntatem dantis secundum declar. Nic. 3. ut supra cap. 4. q. 8. in 4. conditione late dictum est, &c. de hac conditione. Neq; obligantur ad faciendam protestationem, de qua ibidem q. 8. conditione s. habetur. Neq; obligantur ad petendum licentiam ad subrogandam: de qua etiam ibidem in 6. conditione habetur. Sed in hiis omnibus & aliis inde sequētibus, omnino possunt fratres cū ipso syndico facere & se habere sicut & causa ipso met dante face-re possent: quia talis syndicus stat auctoritate Papæ pro hiis omnibus, tanq; Papæ procurator ad utilitatem fratribus. Papa enim in hiis omnibus uendicauit sibi nomen & auctoritatem dantium, & contulit id suo syndico circa pecuniam prædictam, ut patet in cōstitution. Martini s. & in bulla Martini 4. de syndico. & concordat Spec. fff. 8. Tertio sunt dispensati in hoc, s. quod syndicus non potest ad libitum suum expendere eam, sicut & quando a mi-nist. prouinciali uel cust. uel ab aliis fratribus de illorum prælato rum assensu fuerit requisitus (ut expresse habetur in prædicta bul la Martini 4. de syndico, ut sup. 2. punto habetur ad literā) quia & sic statutum est in constit. Martini s. quod s. secundum literas prædictas Martini 4. syndicus accipiat & legaliter & fideliter tales pecunias expendat. In prædictis aut literis Martini 4. habetur quod syndicus eas expendat sicut & quando fuerit requisitus, ut dictum est, ergo. Et notandum illas particulas, sicut, & quando, Nam ex hiis patet quod fratres utentes syndico tali quo ad hoc secundū præfatas constit. Martini s. sunt dispensati, in hoc s. quod aliquomodo possunt habere aliqualem dispensationem seu dispositionem, seu administrationem pecuniae prædictæ apud syndicum depositæ. ex quo eis conceditur quod sicut & quando ipsi uoluerint, syndicus eam expendat & prouideat eis de illa pecunia. & in hoc est dispensatio magna quidē & relaxatiua, sed ut supradictū est non est irrationabilis. Nam si fratres deberent sollicitari in procurando pecunias pro suis necessitatibus, & syndicus expenderet ad fū libitum, certe magnum grauamen atq; detrimentum multiplex in ipsis fratribus sequeretur, pro quorum quiete de tali syndico Papa prouidere dignatus est. Ideo D. Papa disp̄satue condescendens ipsis fratribus reliquit aliqualem auctoritatem circa dis-positionem

ipsius pecunia, quæ nomine & auctoritate Papæ apud syndicū deposita est. Sicq; per hanc dispensationem iam non tenentur fratres ad caueendum à dispositione seu dispensatione pecunia prædictæ expendendæ, ut dicebatur sup. cap. 4. q. 8. conditione 7. & q. 9. &c. Sed possunt aliqualiter disponere quomodo & quando in suis necessitatibus expendatur talis pecunia apud syndicū deposita, quāmuis Nic. 3. & Clem. 5. aliud decreuerint. Hiis ergo tribus casibus exceptis, in quibus fratres utentes syndico secundum præfatas constitutiones Martini 5. sunt dispensati & in aliis inde sequentibus, seu ipsis necessario annexis, quoad omnia alia tenentur omnes fratres seruare modificationes circa pecuniam secundum Nic. 3. & Clem. 5. de quibus sup. in q. præcedentibus in hoc cap. 4. late dictum est.

¶ Quintum punctum principale continet resolutionem breuem omnium prædicatorum in tota hac questione. Resolutio, ergo breuis huius materiae de syndico est. Quod syndicus est is qui auctoritate Papæ institutus est ad exercendum aliquos, seu omnes quinq; actus ei conuenientes, secundum bullam & constitut. syndicatus. Et potest institui tantum à min. g. uel prouinciali, uel custodi. uel ab habente commissionem ab eis. & potest institui & destitui & alias subrogari per eosdem quotiens fuerit oportunum. & potest dupliciter institui, s. pro foro conscientiæ & pro foro iudiciali iuridice. & quod pro recipiendis pecuniis nomine Papæ secundum constit. Martini 5. potest pro quolibet cōuentu esse syndicus. Pro aliis autem quatuor actibus contentis in bulla syndicatus Martini 4. &c. possunt esse pro quolibet conuentu tot syndici quot fuerint necessarii. Sed regulariter non habetur nisi unus alius, & sic duo habentur tantum regulariter. unus secundum constitutionem Martini 5. ad pecunias, alias secundum priuile. Martini 4. ad omnia ibi contenta secundum cap. g. Rothomag. ut hæc omnia habentur supra in 1. puncto. Patet 2. quod præfatus syndicus potest facere & ualet nobis ad 5. actus, quorum quatuor continentur in bulla syndicatus Martini 4. & aliorum. Quintus autem s. pro recipiendis nomine Papæ omnibus pecuniis habetur & conceditur in constitutionibus Martini 4. cap. 4. ca. 5. ut de hiis late supra in 2. puncto dictum est. Patet 3. quod omnes fratres possunt uti præfato syndico ad duos primos actus de illis quinq; & in hoc

in hoc nulla est relaxatio. Similiter quoad 3. actum, & in hoc nulla uel parua est relaxatio si debite fiat. Similiter quo ad 4. actum, & in hoc modica, quis maiuscula sed rationabilis & licita est dispensatio: si cum debitissimis aliis circumstantiis & limitationibus fiat. Similiter & quo ad 5. actum, quamvis in hoc magna sit dispensatio, sed rationabilis & licita generaliter loquendo. ut de hiis omnibus latius dictum & probatum est supra in 3. punto. Patet 4. quod qui utuntur syndico ad hunc 5. actum, s. pro recipiendis omnibus pecuniis nomine Papæ secundum constitut. Martini 5. solum sunt dispensati circa tria principaliter & circa alia ipsis necessario annexa, ad quæ ex declar. Nic. 3. & Clem. 5. erant obligati, ut in 4. punto &c. late dictum est. Et per prædicta patet intellectus multorum dictorum à collectore compendii tit. procuratores fratrum, s. 8. & quomodo sit limitandus & ampliandus ipse collector, quo ad hanc materiam de syndico, quæ quia necessaria nobis est, ideo diffusius in eam moratis sumus.

## De modo laborandi ,

### C A P V T      V.



R Atres illi quibus gratiā dedit Dominus laborandi, laborēt fideliter & deuote, ita quod excluso ocio animę inimico sanctæ orationis & deuotiois spiritum non extinguant cui debent cætera temporalia

temporalia deseruire. De mercede vero laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant, praeter denarios vel pecuniam. Et hoc humiliter sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.



**V**O ad hoc 5<sup>o</sup> capitulum, notandum quod in hoc cap. agitur de tribus. Primo, de labore corporali, ibi, Fratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent. & quod de labore corporali hic trahetur, patebit latius infra in q. 1. Secundo agitur de modo laborandi, ibi, laborent fideliter & devote, ita quod excluso, &c. Tertio agitur de mercede laboris, quomodo est accipienda, ibi, De mercede uero laboris, &c. usq; in finem. Et notandum quod ex uirgula nullum est speciale præceptum seu obligatorium in toto hoc cap. 5. distinctum ab aliis: quod ideo dico, scilicet quod ex uirgula nullum est hic obligatorium: quia ex uirgula alterius iuris naturalis, Diuini uel humani, an sit hic aliquid obligatorium, latius dicetur infra in questionibus. Dico etiam notandum, quod ex uirgula nullum est hic speciale præceptum distinctum ab aliis præceptis regulæ. Nam illud tertium, scilicet de mercede uero laboris, &c. praeter denarios uel pecuniam, & hoc humiliter sicut decet, &c. licet sit obligatorium ex uirgula, non tam specialiter distinctum ab aliis: quia includitur in præcepto de pecunia supra posito in 4. cap. & in præcepto de paupertate infra 6. cap. ut latius hoc patebit infra in hoc cap. q. 3. reliqua in suis questionibus proportionabiliter patebunt. Ideo pro maiori declaratione ponuntur tres questiones, quarum prima est.

**F**ratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent.



**V**AESTIO I. De quo labore hic agatur, & an frat. min. teneatur ad laborem corporalem an non? & quae exercitia corporalia sunt in quibus fratres corporaliter laborare debent, quando corporaliter laborant?

¶ Respondeo per 4. puncta: quorum primum est, In hoc 5. cap. agitur de labore corporali præcipue: patent ex uerbis ipsius regulæ & eius mente, quia agit de labore oportuno ad pellendam ociositatem, ita tamen quod non extinguatur spiritus ad spiritualia: talis autem labor est corporalis, ergo. Item quia dicit quod de mercede talis laboris recipient necessaria, &c. Item quia agit de labore eorum quibus dedit Dominus gratiam laborandi tali labore. Nunc autem gratia laborandi in praesenti proposito dicitur & est ars uel idoneitas laborandi quam quilibet uelut donum gratis habet a Deo, ut dicunt 4. magistri, & habetur in Seren. conscienc. q. 6 8 o. uel (ut ait Bonaventura) gratia laborandi est uis corporis, habitus acquisitus, habilitas & ars acquirendi seu laborandi, uel (ut ait Hugo) est uis corporis & ualitudine cum industria & arte. Et addit Bart. Pis. usu suffragante, & opportunitate loci & temporis habita. & concordant expos. sine tit. Ex quibus patet quod per gratiam laborandi intelligitur labor corporalis, de quo hic agitur. Item hoc idem patet in prima regula cap. 7. expressius dicitur quod fratres qui possunt laborare, possunt habere ferramenta & instrumenta suæ artis, &c. Item hoc idem patet in testamento beati patris nostri Francisci, ubi dicitur. Egredere manibus meis laborem, & alii fratres uolo quod laborent, &c. Item hoc patet in declar. Nic. 3. art. 5. ubi expresse dicitur quod hoc de manu alii labore loquitur. Et concordant communiter doct. quod ad instar monachorum Aegypti de quibus Hieronymus ad Rusticum monachum scribit: & habetur de consec. dist. 5. nunq. Similiter hic pater noster Franciscus de talis labore seu exercitio corporali agit. ¶ Secundum punctum est, quod ex uirgula non est obligatorium aliquibus corporaliter laborare: sed solum est admonitio seu instructio, patet primum: quia a Clemen. 5. non ponitur inter alias obligatoria, ut dictum est sup. cap. 1. quest. prima. Quod autem sit instructio, consilium seu admonitio ex uirgula, patet eo. capi. primo, questione secunda. Et patet in declarat. Nic. 3. art. 5. ubi

ubi dicitur quod ad tale exercitium fratres ex regula inducuntur, non dicit obligantur, sed inducuntur. & communiter concordat omnes expos. quinto cap. Ideo quod dicit Bonaventura in epist. ad magistrum innominatum, quod s. ex ui regulæ. Hoc inquam dictum debet intelligi quod principaliter regula hic non intendit consulere laborem, sed modum laboris corporalis quando fratres alias laborarent: quia s. hic principaliter intendit instruere & agere de modo laborandi quam de ipso labore: presupponens quod alias laborent quando laborandum est corporaliter de consilio aut de præcepto alterius iuris Diuini uel humani, ut proxime dicetur in 3. punto, cum hoc tamen eius dicto bene stat quod minus principaliter & indirecte seu per transitum agat regula, seu beatus pater noster Franciscus de ipso labore corporali consulendo seu admonendo illum, seu ad ipsum inducendo, ut dictum est. Quamvis autem ex ui regulæ non sit obligatorium laborare corporaliter, restat inquirere an sit obligatoriū ex alio iure. pro quo sit tertium punctum subsequens.

¶ Tertium punctum est, quod fratres min. uacantes studio literarum seu prædicationibus uel Diuinis officiis, & ministeriis exequendis, uel qui aliorum fratum licitis officiis aut seruitiis intra, uel extra domum occupantur, uel qui sunt ualde excellentes exercitii orationis & contemplationis, nisi non tenentur corporaliter laborare iure diuino uel naturali, alii autē sic. Probatur hoc, quia secundum Thom. 2. 2. q. 1 87. art. 3. & 4. &c. Ex iure Diuino uel naturali nullus tenetur laborare corporaliter, nisi in casu quo sine tali labore non posset alias licite sibi uel aliis quibus tenetur de necessariis uitæ prouidere: uel in casu quo sine tali labore non posset alias licite expellere ociositatem seu cauere ab alio peccato, ut ibidem late probat. Sed sine tali labore corporali, prædicti religiosi possunt alias licite sibi & aliis quibus tenetur de necessariis uitæ prouidere, utpote de eleemosynis mendicatis, uel sibi liberaliter oblatis, uel alio modo licite acquisitis (ut parebit latius infra 6. cap. q. 13. Et paulo inferius hic dicetur) possunt etiam sine tali labore uitare alias licite ocium & quodcumq; peccatum & refreshere concupiscentiam, &c. per alia exercitia meliora spiritualia & corporalia, utpote per abstinentias disciplinas, &c. huiusmodi per officia humilitatis, &c. ergo non tenentur absolute laborare corporali-

poraliter prædicti religiosi. Et ad hanc rationem reducuntur omnes ferè rationes quæ communiter fiunt à doctoribus & expositoribus, qui omnes cum prædictis concordant, ut patet in Bonaventura in epistola ad magistrum innominatum, & in hoc 5. cap. & Bart. Pif. Hugo, Expos. sine tit. latius hoc prosequitur cap. 5. Et idem Thom. in 7. quolibet. artic. 17. 18. & in apologia defensoria status religionum: & Alex. Hall. 4. parte summæ, q. 10 8. & communiter doct.. Vnde & Gaietanus 2.2. q. 187. art. 4. quæceteris an peccant & quomodo religiosi illi (si qui sunt) qui absq; necessitate & utilitate quam afferant populo Dei uelint ociose uiuere de eleemosynis quæ monasterio dantur, ut sunt layci religiosi, sani & robusti, & scientes manibus laborare. & respondet ibidem quod nullus bonus religiosus excluditur à alicito usu, & uictu eleemosynarum monasterii seu reddituum, si illum talem religiosum licet habet monasterium, & talis non tenetur corporaliter laborare pro suo uictu: quia talis qui uult suam regulam debite seruare & cauet à transgressione præceptorum, & orat ut debite obediens in hiis quæ mandantur ei in ministeriis & seruitiis domus, & aliorum fratrum: iam talis comprehenditur inter afferentes utilitatem ecclesiarum, & ex sacrificio altaris & inter clericos seu sacerdotes quo ad utilitatem quam afferat ex orationum suffragiis & sub studio scripturarum comprehenditur omnis oratio & contemplatio Diuinalaycorum & clericorum. Et sub prædicatoribus comprehenduntur ministri & eis ministrantes in officiis debitiss corporalibus religionis. Ociofi autem qui aliquid prædictorum non faciunt, peccant sicut qui non seruant regulam suam, seu qui desistunt ab auctibus religiosis, & tamen uiuunt de eleemosynis monasterii, (de quibus infra cap. 6. q. 13. &c. latius dicetur quomodo tales peccant, & ad quid tenentur) Vnde si quis uult regulam efficaciter obseruare & cauet à transgressione præceptorum: sed tamē pigritia & inuigilantia in ipso regnante quasi inutilis uiuit in monasterio, peccat quidem, sed non mortaliter uiuendo ex prouentibus seu eleemosynis monasterii, & cogi debet ad aliquid operandum quod deceatuirum religiosum, hæc Gaietanus. Vide ad hoc pulchra dicta Hieronymi, & habetur 2. q. 2. gloria. & 16. q. 1. quo modo: & Augustin. in lib. de operibus monachorum, ut refert Thom. 2. 2. q. 187. art. 4. Et ideo in statutis generalibus habetur

ordinatum quòd fratres exerceantur & cogantur certis temporibus in aliquo exercitio corporali ibi videatur de hoc. Et cum prædictis omnibus expresse concordat declarando dominus Nicol. 3. art. 5. sicut in hoc 3. punto supra dictum & probatum est. Neq; tenemur ad supererogatorie laborandū corporaliter, sicut supererogatorie aliquando & ex causa fecerunt Paulus & alii Apostoli (ut dicit b. Thom. ubi supr. a. & Bonauen. in q. 11. super regulam,) ne simus onerosi ecclesiae, seu ad alendos alios pauperes extra casum necessitatis extremæ: quia & sic omne debitum regimen religionis deperiret, & à melioribus exercitiis impédiremur ut late ibidem probat Bonauen. ut dictum est.

¶ Quartum punctum est, occupationes seu labores in quibus debent laborare fratres corporaliter laborantes, debent esse liciti & honesti ut aiunt communiter doct. & habetur in prima regula ca. 7. Opera autem licita & honesta sunt ea quæ sunt usibus humanis utilia, ut est officium futorum, sarcinorum, ferrariorum, fabrorum, rusticorum, agricolarum, pectorum & huiusmodi, ut ait expos. sine tit. & Florent. tertia parte summæ tit. i. 6. cap. 5. 4. secundum Hieronymum in lib. de opere monachorum, & habetur de consec. dist. 5. nunq. & alia eiusmodi opera. Non autem opera alia distractiva, ut est esse aurigam, mulionem, uenatorem, satellitem, bellatorem: neq; alia officia periculosa aut indecentia statum nostrum, ut est esse dispensatorem, procuratorem, iudicem & eiusmodi, ut habetur in 1. regula. Neq; alia officia inutilia aut dñ nosa aut in honesta, ut esse pictorem rerum tatum uanarum & curiosarum & eiusmodi quibus ut plurimum homines abutuntur. Neq; esse præstigiatores, balneariores, cursores & huiusmodi, & sic patet responsio ad primam quæstionem.

¶ Quo ad illud, Laborēt fideliter & deuote. Ita quòd excluso ocio, &c



V A E S T I O II. Quæritur quomodo sit corporaliter laborandum? Respondeo quòd ex uirgula instruimur seu informamur in nostro labore corporali seruare alias conditiones. Quarum prima est, quòd s. fideliter

f. fideliter laboremus, fideliter quidem quo ad proximos (ut ait Hugo) ita f. quòd sine fraude, sine remissione, sine negligencia, ut ait etiam expos. sine tit.. Secundo (deuote) quoad Deum ita s. quòd propter Deum & cum Diuino affectu & complacencia fiat secundum Hug. & expos. sine tit. uel ut ait Bart. Pis. & ipse etiam Hug. deuote ita f. quòd deuotio sit uoluntatis & rectæ intentionis in mente & discretionis in exequitione. Item 3. Modeste quo ad seipso debent fratres laborare (secundum prædictos expositores) ita s. quòd excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant. i. ita labori insistant, ne ociositas regnet, sed potius excludatur & occidatur, ita etiam ne spiritus extinguitur orationis & deuotionis. i. non tam ignauiter, nec tam sollicite & uehementer laborent, sed discrete, & modeste, ut ociositas tollatur, & spiritus non extinguitur secundum Bonauent. in epist. ad magistrum innominatū. Nam ut ipse ait, cap. non est laborandū principaliter propter cupiditatem recipiendi precium laboris, Sed ad hunc duplēm finem s. ad uitandum ocium nostrum & sentinam uiciorum: ideo ait, Ita quòd excluso ocio animæ inimico. Secundo ad acquirendū spiritum orationis & deuotionis. i. spirituale donum & spiritualem affectum & fauorem: ideo dicitur (sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant) s. sed potius augeant ex tali labore modesto, de uoto, & fideli. Nam spiritualia corporalibus coniunguntur & ad iuuantur: & econtra in hac uita ubi omnia corpori coiuncta est, si modeste omnia fiant, & propter spirituale corporale factum est, & suadetur, ut ait expos. sine tit. Et concordat testamentum beati patris nostri Francisci cum prædictis. Potest tamen minus principaliter, & etiam in casu necessitatis principaliter laborari propter mercedem laboris seu propter stipendum sustentationis, ut operet. Ex quo hoc nullo iure prohibetur, ut patebit infra q. 3. sequenti, tamen principaliter est laborandum generaliter propter duas causas prædictas, ad bonum exemplum, ex quo principaliter religio ad spiritualia exercitia ordinatur. Ideo lequitur (cuis. spiritui orationis & deuotionis debent cætera temporalia deseruire) etiam ipse labor corporalis, ut potius spiritus prædictus augeatur & prædominetur quam minuatur ex labore quocunq;, ut ait expos. sine titulo.

Ideo ait Hug. quod quasi ociosus est religiosus dum se uel actione uel contemplatione (quorum usu religio maxime constat) pro sui status exigentia, non exercet, uel dum non potius miscet utrumque alterum alteri connectens. Ad praedicta notandum quod spiritum extinguere secundum Aug. super Ps. 37. & Glos. i. ad The saloni. 5. cap. ibi, nolite extinguere spiritum, & ipsum absconde, sed secundum uim uocabuli est ipsum totaliter opprimere, occidere & abiicere. Ille enim proprie spiritum extinguit, qui abiecta ratione ea quae sunt carnis & sanguinis mundana sectatur & inquirit, ut ait Hug. & Bart. Pis. & Seren. conscienc. q. 69. & expos. sine tit. cum praedictis concordans, ait etiam quod nomine spiritus potest si. intelligi qui dicitur extingui, non quidem in se, sed in extinctione suorum donorum. & tunc dicitur talis spiritus extingui (secundum 4. magist. Hug. &c. expos.) quando est talis solicitude laboris corporalis aut mechanici per quam impediatur quis ab orationibus deuote & debite prosequendis, sicut alias ex regula uel aliunde tenetur. Non enim religioso solum oratio officii Diuini in regula taxati, sed & requiritur mentalis alia omnino & contemplatio, ut ait expos. sine tit. & seren. conscienc. q. 69. de quo latius infra 10. cap. q. 5. q. 8. &c. dicetur. Per haec tamen non datur ansa excusationis ociosis & ignavis, qui (ut ait Hugo) propter tantuum laborem licitum & honestum, statim dicunt eorum spiritum extingui. Nam tunc tantum per laborem dicendus est spiritus extingui, quando esset tantus labor talisq; solicitude corporalis aut ad negotia temporalia per quam impeditur quis ab orationibus, &c. ut dictum est: uel per quam notabiliter quis distraheret ab oratione mentali & devotione: quia tunc s. ubi est euidens quod tale opus iniunctum est notabile deuotiōis dispendium, dicunt praedicti expos. quod tunc præcipitur contra animam uel regulam, ut inf. c. 10. q. 2. Et quod hoc est unum de quibus non posse regulam specialiter obseruari ipsa regula infra cap. 10. continet: & maxime si hinc opera aut negotia superflua, & non necessaria, seu non pia, urpote si pro superfluis ædificiis construendis, aut pro negotiis secularibus pertractandis, aut quæstibus indebitis procurandis, & huiusmodi fratres occupentur. In quibus tamen omnibus quando non est euidens deuotionis dispendium, standum est iudicio superiorum & eis obediendum, ut ait ex pos.

pos. sine tit. de quibus omnibus latius infra 10. cap. q. 2. &c. & q. 6. latius habetur, ibi videatur. Tandem notandum quod de uotio est pius & humilis affectus in Deum, qui ex compunctione uel ex aliis piis considerationibus generatur, ut ait Bonaventura in epist. ad magistrum in nominatum. & Hug. cap. 5. Reliqua de oratione infra 10. cap. q. 8. &c. tractandasunt: & secundum alios deuotio est affectio latræ ad Deum, & est idem quod feruor.

### ¶ Quo ad id ( de mercede verò laboris.



V A E S T I O III. Quaritur an de nostro labore possimus recipere mercedem, & quid & quomodo?

¶ Respondeo per tria puncta: quorum primum est Quod fratres min. possunt licite de mercede laboris sui recipere necessaria, & ea quibus eagent. Patet, quia Math. 10. dignus est operarius mercede sua. Nam non solum de liberaliter oblatis & humiliter medicatis, sed & de fideliter laboratis licitum est nobis uere, ut ait Nic. 3. art. 2. & hoc hic concessum esse nobis regula ostendit. De mercede uerò laboris, corporis necessaria recipient. i. licite recipere possunt, secundum ius naturale & Diuinum alias. & concordant omnes expos. communiter.

¶ Secundum punctum est, quod fratres de mercede laboris non possunt recipere superflua aut alia indecētia: neq; denarios uel pecuniam, sed ea quibus uti licite possunt ad usus moderatos. patet quod non superflua aut indecentia, quia haec prohibentur infra 6 cap. q. 14. Item quod nō denarios uel pecuniam, patet: quia hoc prohibitum est sup. 4. cap. Ideo quæcumq; pecunia oblata aut procurata pro mercede nostrilaboris, aut pro stipendio, aut pro eleemosyna propter aliquod spirituale aut corporale exercitium, aut laborem nostrum propter missas, propter prædicationē, &c. propter scripturam, agriculturam, &c. non alio modo potest procurari, acceptari aut deponi, seu expendi: nisi ut eleemosyna liberaliter oblata uel legata proportionabiliter, ut dictum est sup. 4. cap pertotum. ideo hic haec recapitulantur in 5. cap. ea quæ sup. 4. c. dictasunt: ne puraret quispiam quod liceret recipere pecunia pro labore oblatam, aut debitam alio modo quam si esset pure, libera liter

liter oblata. Ideo hic nō est aliud obligatorium distinctum à præcepto de pecunia contento in 4. cap. Sed est recapitulatio & instructio admonitoria de præcepto supradicto. ergo solum possunt recipi ea quibus fratres licite alias uti possunt, & ad usus moderatos. Ex quo patet primo quod instrumenta necessaria ad suū officium, ut ferramenta, &c. licite possunt fratres recipere pro mercede laboris, sicut & alia necessaria ad suum statū uel officium suum. Patet secundo, quod materiam quamcūq; appreciabilem seu impreciablem fratres pro mercede sui laboris recipere non possunt eo animo ut ipsam iam persuum artificium alteratam cōmūtent, uendant aut distrahant pro alia quacunq; re: quia est pecunia, ut patet ex dictis sup. cap. 4. q. 1. Ideo non nisi tanq; uera pecunia potest talis quæcunq; res procurari seu acceptari, utpote si quis pro labore suo seu artificio, recipient corium, membrana, ligna, iuincos, uimina, spartum, ut ex eis ipse faciet, seu faciat fieri, calceos, libros, cruces, canistria seu fiscellas ad uendendum, uel distrahendum, &c. Nam tale corium, membrana &c. tali animo recepta sunt pecunia, ut dictum est. & multo magis esset pecunia si talia reciperentur ut ipsa sine alia alteratione seu artificio uendentur, uel distraherentur pro aliis rebus necessariis, ut patet ex dictis ubi supra. Si uero talia reciperentur ut ipsi simet etiam per artificium alteratis fratres uterentur, tunc non esset pecunia, utpote si pro mercede laboris fratres reciperent corium, uimina, &c. ut ex ipsis ipsis fratres facerent, seu facerent per alios artifices calceos, canistria, &c. eiusmodi, quibus ipsis fratres uterentur: tunc talis materia sic recepta tali animo non est pecunia. ideo potest recipi sicut & alia res necessaria qua fratres egent ad usum suum, ut patet ex dictis ubi supra. Et per hæc patet responsio & elucidatio quæstionis & opinionum quæ super hoc mouentur & excitantur per quatuor magistros Hug. Bart. Pis. expos. sine tit. 5. cap. & Serna conscientia q. 71. licet ibi non satis ad punctum respōsum aut resolutum sit. Et quod ibidem dicitur quod fratres in alterius materia solum possunt ut serui seu ut artifices conducti laborare, & pro talibore recipere necessaria uitæ uel officii, & nō alias: nec alio modo. Tu dic quod possunt laborare in quacunque materia, dummodo ipsis fratres non prætendant in ea aliquam proprietatem

tem aut ius: & proprietas talis materiæ acquisitæ per fratres, pertinet ad Papam, sicut & aliae res quibus fratres utuntur, quando dantes non referuauerunt sibi dominium, ut infra sexto cap. quæstione secunda habetur: & possunt uendere talia per syndicū sicut & alias res pertinentes ad dominium Papæ, & de earum prelio suis necessitatibus prouidere possunt, sicut de precio aut pecunia data pro rebus uenditis pertinentibus ad Papam, & non aliter: ut infra cap. sexto, questione 3. &c. dicetur, immo & iam dictum est supra quarto cap. q. 15. &c. ubi de syndico agitur.

¶ Tertium punctum est, quod id omne quocunq; sit quod pro mercede nostri laboris corporalis aut spiritualis cuiuscunq; nobis datur, non potest aliter recipi, nisi eo modo quo liberaliter oblatum procuraretur aut reciperetur ac si nobis non esset debitum polytice seu ciuiliter, & ideo sine ulla exactione uiolenta aut iudiciali sine repetitiōe, sine litigio judiciali potest & debet peti uel acceptari. Neque pro tali re nobis debita aut proinissa possumus per syndicū in iudicio litigare. Ratio horum omnium est, quia ratione paupertatis ad quam tenemur, non possumus prætendere ius aliquod ciuile circa aliquam rem, ut latius infra capite sexto, quæstione prima, &c. quæstione quinta, quæstione undecima, &c. habetur, & hoc est quod hic dicitur (& hoc humiliter sicut decet seruos, &c. i. sicut alias ex uoto paupertatis tenentur, quāmis hic de nouo non imponatur iterum obligatorium, sed recolitur & admonetur id quod est alias obligatorium, ut dictum est. Dixi etiam quod non possunt fratres per syndicū talia repeteret iudicialiter: & ratio est, quia syndicus solum stat & potest agere pro rebus pertinentibus ad ecclesiam Romanam quibus fratres utuntur. Nunc autem merces laboris etiam si sit pecuniaria, quādiu nobis non est tradita ad usum, nondum habemus usum eius, & per consequens nondum transit in dominium Papæ, sicque pro ea syndicus agere potest. Nam Eugenius 4. in sua bulla syndicatus f. 40. approbans alias bullas syndicatus expresse dixit & addidit quod per hanc bullā nullū ius super aliquam re no

nobis acquirebatur, sed antiquum ius si quod habebamus, habebamus aut nullum nobis conseruabatur. Et quamvis talis merces laboris sit nobis debita iure naturali & Diuino, Nos tamen nullum polyticum ius aut ciuile habemus super ea : ut habetur in Seren. conscientia q. penult. litera z. &c. quod quomodo simul compatiatur quod s. sit debitum nobis naturaliter & non ciuiliter, facile patet intuenti, & latius dicetur infra cap. 6. q. 5. q. 11. ubi de exequione legatorum agitur. Ex quo patet, quod eleemosyna nobis debita aut promissa pro missis, exequiis, sermonibus, aut aliis quibuscunq; exercitiis nostris, quod non potest ullo modo iudicialiter peti per syndicu[m] nomine Papae: ex quo ut dictu[m] est nondum pertinet ad Papam, posse in ea nos nil iuris habemus neq; ad hunc usum habemus, quod est uerum nisi sit in testamento nobis relista aut legata, quia omnium legatorum nobis factorum Papa habet dominium uel dispensationem eo ipso quo nobis legata sunt, mortuo ipso legante: ut patet ex dictis supra 4. c. q. 16. &c. & infra cap. 6. q. 11. Ideo pro eleemosynis quibuscunq; legatis, et pecuniariis, modo sint liberaliter o[ne]no & eleemosynaliter legatae, mō sint legatae pro missis, exequiis, &c. & pro quibuscunq; exercitiis bene possumus per syndicu[m] ea petere: dummodo alias caueantur aliae circunstantiae uiciantes, ut dictum est sup. c. 4. q. 16. & cap. 6. q. 11. dicetur: & etiam q. 18. Patet secundo ex dictis, quod non possumus locare operas, seu exercitia nostra quæcunq; corporalia uel spiritualia, quando talis locatio importat pactum ciuile, seu cum p[ro]prio de mercede conuenire. Sed cum non importatur tale pactum polyticu[m], sed solùm est simplex pro missio utrinq; facta, quod iste frater s. laborabit in tali opere: & ille alias bona fide etiam promittit quod dabit mercedem laboris ita quod solùm manet obligatio naturalis non polytica utrinq;: tunc bene possumus locare nostras operas & labores seu exercitia, & sic expectare pure eleemosynaliter mercedem laboris. Ratio horum est, quia ratione paupertatis sumus incapaces cuiuscunque iuris & obligationis seu pacti polytici & ciuilis habendi, danni, aut recipiendi, ut patebit infra 6. cap. Et hoc expresse dicunt 4. magistri, Hugo, Bar. Pis. 5. cap. & Seren. conscient. q. 71. quod si nobis non fuerit data merces debita pro labore, recurramus ad mensam Domini, i.e. ad mendicandum, ut ait beatus pater noster Franciscus

Franciscus in suo testamento, & communiter expositores ubi supra. Patet tertio, quod contra regulam faciunt illi fratres, secundum communiter doctores, qui pro communitate nolunt laborare ex aliquo artificio, nisi eis retribuatur aut recompensetur per prælatos. Ratio, quia ratione obedientiae & paupertatis tenentur obedire, & eorum opera & res omnes quibus utuntur, debent in manibus prælatorum ponи, & omnia ab eis artificiata & elaborata: ideo detestandi sunt fratres qui ista distrahunt ut ipsi uolunt, & multo magis illi, qui scribunt libros ad uendendum, & emunt ut carius uendant, sicut mercatores. Similiter & illi qui faciunt sporas, horologia & alia mechanica, ut pro ipsis accipiunt pecuniam seu ut uendant ea, &c. quod intellige, nisi accipient & uendant ea eo modo quo pecunia potest acceptari, aut quomodo res aliae possunt per syndicu[m] uendi, ut dictum est in secundo puncto præcedente: quia si ut dictum est, fiat receptio & uenditio, certe licitum est ex u[er]i regulæ, scribere libros, & facere horologia, & alia mechanica, dico ex u[er]i regulæ, quia aliunde potest esse licitum: ut potest quia carius iusto uenditur, aut quia cum scandalo aut distractione, aut cum alia quavis circumstantia uiciante, quæ omnia caueda sunt, bonum enim est ex integra causa. Et secundum hoc limita & intellige id quod habetur in Serena conscientia q. 71. ubi secundum Aluarum & Bart. Pisaniu[m] damnat absolute fratres recipientes pecuniam pro mercede laboris, aut qui scribunt libros ad uendendum: quia debet intelligi ut dictum est. Illi autem qui nolunt laborare nisi sibi recompensetur per prælatos omnino sunt in statu damnationis, ut dictum est. Similiter & illi qui sibi tantum usurpant mercedem sui laboris non consentiente prælato, saltem interpretatiue, & multo magis qui id faciunt prælato nolente, aut renitente, quamvis permittente seu tolerante, ut maius malum, & fratum perturbatio caueatur, patet ex prædictis.

r

Quod

**Quod fratres nihil sibi approprient, & de eleemosyna petenda: & de fratribus infirmis.**

 **R**ATres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanq̄ peregrini & ad uenæ ī hoc seculo in paupertate & humilitate Do mino famulantes vadant pro eleemosyna cōfidenter. **N**ec oportet eos verecundari quia Dominus pro nobis se fecit pauperē in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimè paupertatis quę vos charissimos fratres meos hæredes & reges regni cœlorū instituit. pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra quę per ducit in terram viuentium. Cui dilectissimi

mi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cœlo habere uelitis. Et ubi cuncti sunt, & se inuenient fratres, ostendant se domesticos in uicem inter se, & secure manifestet unus alteri necessitatem suam: quia si mater diligit & nutrit filium suum carnalem, quanto diligenter debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatē ceciderit, Alii fratres debent eius seruire, sicut uellent sibi seruire.

## G L O S S.



**V**O ad hoc sextum cap. notandum, quòd illud Fratres nihil sibi appropriet, &c. Sumitur ex Mathe. 8. Vulpes foueas habent, &c. Et illud, sed tanquam peregrini & aduenæ ex Hebt. 11. & 1. Pet. 2 obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, &c. Et illud, uadant pro eleemosyna confidenter: ex exemplo Christi & Pauli, qui licet haberent auctoritatem petendi necessaria, tam ea non usi sunt lāpe, sed eleemosynaliter data recipiebant. Similiter & Apostoli, ut ait Augustinus super Psal. 39. Psal. 30. 8. persecutus est ho. inopem & mendicum, & super Psal. 103. producens sœnum iumentis, &c. Et Bernard. in quadam homilia de puerō Iesu perditō in Hierusalem, quæ ipsi Bernardo ascribitur. Et beatas pater noster Franciscus in prima regula capit. 9. idem dicit. & illud, Se fecit paupere in hoc mundo, ex Math. 8. & Luke 10. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet, &c. & illud, Vos chariss. fratres meos hæredes & reges &c. ex Math. 19. Vos qui reliquistis omnia, &c. centuplum accipietis, & uitam æternam possidebitis. & reges ex Math. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. & Luc. 22. ego dispono uobis regnum, &c. & illud, nihil aliud sub cœlo habere uelitis, ex Math. 10. & Luc. 9. nil tuleritis in uia, &c. & illud, ubique sunt & se inuenient fratres, &c. ex Ioanne 13. in hoc cognoscunt homines quòd discipuli mei estis si dilectionem ad inuicem habeatis. & Luc. 22. & tu aliquando cōuersus, confirma fratres tuos. & illud. & si quis eorum in infirmitatē ceciderit, &c. ex Mat. 10. quæcunq; uultis faciant uobis homines, &c. hæc omnia ex auctore conformitatum. Notandum secundo, quòd ibi, sed tanq;

peregrini & aduenæ, &c. in bulla Honorij 3. quæ habetur in tract. 3. lib. ordinis, fo. 1. Et in bulla Nic. 3. confirmantis ipsam regulâ quæ habetur in 2. tract. fol. 2. legitur sic, s. & tanquam peregrini & aduenæ, &c. non autem sed tanquam peregrini, &c. Similiter legunt Hug. & expos. sanctorum patrum 6. c. Alii autem expositores communiter legunt, sed tanquam peregrini, &c. & sic etiam est iam in usu. ideo sic & nos scripsimus, parum tamen refert quomodo cuncti legatur, quis melius quadrare videatur sensu & cōtextu literarū ut legatur, sed tanq; peregrini & aduenæ, &c.

Tertio notandum, quod in hoc 6. cap. agitur de duobus principaliiter. Primo de paupertate. Secundo de charitate ad proximum. Et sic sunt duo obligatoria ex regula. Primum est, fratres nihil sibi approprient &c. usq; eo, s. (confidenter) in quo includuntur multa obligatoria, s. de non habendo redditus aut aliquid fixum aut certum temporale, ibi, sed tanquam peregrini & aduenæ, &c. Item de mendicationibus, ibi, uadant pro eleemosyna & multa alia, de quibus latius infra in questionibus habetur & quod hoc sit obligatorium, omnes tam declarationes Papales quam expositiones doctorales seu magistrales id afferunt, quod hoc est inhibitorium ex regula, ut sup. cap. 1. q. 1. habetur, & hic etiam dicetur in suis locis. Alterum obligatorium ex regula est (& si quis eorum in infirmitatem ceciderit &c.) quod est æquipollens, ut patet ex declar. Clem. 5. ut habetur supra in cap. 1. q. 1. & concordant omnes expositores. Pro quoru omnium maiore declaratione ponuntur decem & nouem questiones subsequentes.

**Q**uo ad id, fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem.

**Q**VAESTIO I. Quæritur quid sit paupertas euangelica, & quæ sint de eius intrinseca ratione ad quam hic ex uoti paupertatis regulæ obligamur, & an in particulari & in communi ad hanc altissimam paupertatem euangelicam ex ui regulae obligamur?

Respondeo per tria puncta, quorum primum est. Paupertas euangeli-

uangelica ad quam ex ui regulari nos fratres min. obligamur, est uirtus heroica, qua propter Deum renunciat uiator & se abdicat omne ius civile seu polyticum, & omne dominii polyticum, semper uiuens de non suo, tam in communi quam in particulari. Dicitur primo quod est uirtus heroica: quia consulitur in euanglio, & pertinet ad uotum paupertatis religionis, ad charitatis perfectionem acquirendam, dicitur qua propter Deum renunciat uiator omni iure & dominio polytico seu ciuili, quod idem est, quia ad hanc paupertatem euangelicam & heroicam pertinent abdicationes quinq; actuum politicorum, & talium actuum abdicationes sunt de intrinseca ratione & quidditate seu essentia prædictæ paupertatis, & in abdicatione ipsorum ipsa essentialiter consentit. Isti autem s. actus sunt dominium polyticum, possessio polytica, proprietas poly. usufructus poly. & usus iuris. horum tres primi actus spectant ad rem ipsam, alii autem duo ultimi ad usum rei. Et istis quinq; actibus poterat addi sextus, s. ius ciuile seu polyticum: sed quia tale ius polyticum est generale ad omnes illos quinq; actus, & spectat tam ad rem, quam ad usum rei, ideo non ponatur si placet inter illos quinq; actus speciales, sed potius ideo positum est pro genere in prædicta diffinitione. In abdicatione ergo plenissima omnium illorum quinq; actuum & cuiuscunq; iuris politici stat essentia paupertatis euangelicæ, tam quo ad rem, quam quo ad usum rei: & solùm retinet seu includit simplicem usum facti, & ex consequenti abdicat à se redditus, & immobilia omnia quo ad ius omne, semper uiuens de nō suo polytice, & per consequens habet annexam mendicitatem, ut de eleemosynis talis pauper euangelicus ut talis est uiuat. dicitur tam in communi quam in particulari, ut sit s. in supremo gradu huius paupertatis euangelicæ possibili in hac uita. Sunt enim gradus in tali paupertate euangelica: nam altior gradus renunciationis prædictæ est in communi & in particulari, quam in particulari tantum. Quod autem haec omnia sint de ratiōe paupertatis euangelicæ perfectis simæ, quodq; ad hanc nos fratres min. teneamus ex ui regulari, latius patebit infra in 3. puncto huius questionis. Nūc enim solū posita est diffinitio & eius declaratio. & hoc expresse dicitur in tractatu decem plagarum paupertatis, prima parte capite primo, Radio primo & secundo, & quarto, & octauo.

Expresse

Expresse concordant 4. magistri Hug. &c. alii 6. cap. & Bonaventura 6. & 4. cap. ut latius patebit ex dicendis infra iiii 3. puncto secundum Nic. 3. Nunc autem pro maiori declaratione praedictorum & dicendorum, ponantur declarationes illorum 5. actuum iudiciorum.

**E**x Secundum punctum est, ut elicitur ex Florent. parte 4. summarie, tit. 12. cap. 4. s. 6. & ex tract. 10. plag. ubi sup. & ex tract. Ioannis Pirrini super dispensatione fratrum min. in 2. notabili, & ex aliis doctoribus.

Ius ciuale uel polyticum, est potestas ciuilis utendi, uel aliquid aliud faciendi circa aliquam rem uel personam. Seu est potestas ciuilis exercendi aliquem actum licite circa aliquam rem uel personam. ut filius qui potest ciuiliter petere a patre alimenta, & coniux a coniuge debitum conjugale. & si quis potest ciuiliter uendere aliquem librum suum uel alienum, tales dicuntur habere ius ciuale in patrem uel in coniugem ad praedicta, seu ad uendendum librum talem.

Ius autem naturale uel Diuinum est potestas seu facultas a lege naturali uel Diuina concessa ad licite utendum, faciendum seu exercendum aliquid circa aliquam rem uel personam, ut filius qui potest alimenta petere a patre & eis uti, uel alias in necessitate extrema a quocunq; quancunq; rem. Similiter coniux a coniuge debitum conjugale, &c. etiam si nullum ius ciuale sit aut eis suffragetur. Et istud ius naturale uel Diuinum potius dicitur fas. illud autem polyticum proprie dicitur ius, ut patet in cap. Omnes leges. dist. 1. & infra in 3. punto dicetur latius. Istud autem ius polyticum consistit praecipue in duobus, scilicet in faciendo de re in qua quis habet dominium sicut sibi placuerit, donando, uendendo, comutando, &c. huiusmodi. Secundo stat in hoc quod posuit iudiciale ter defensere, petere, & sibi uendicare ipsam suam rem, si alias a domino faciat de ea contra domini uoluntatem accipiendo, detinendo, & usurpando. Ideo dominium est ius habendi, possidendi, fruendi, & utendi, & dispensandi, seu faciendo de aliqua re, puta uendendo, donando aut distrahendo eam sicut sibi placet cum quadam superioritate super eam, uel secundum aliquem modum determinatum a quadam superioritate uel auctoritate seu lege diffinitum, seu per modos iure non improbatos: & talis res dicitur sua talis

talis domini: ut 4. magistri 6. cap. & Zabarella in Clemen. ex iiii 6. 15. Possessio autem addit quod non impediatur ab altero, ut in tract. 10. plag. radio 4. uel ut ait Floren. ubi sup. secundum Hostiens. possessio est corporalis rei retentio corporis & animi iuris administriculo interueniente. Proprietas uero secundum Ioann. Pyrrin. & Flor. ubi sup. est idem sere quod dominium, sed ut habetur in tract. 10. plag. radio 4. proprietas superaddit ad domini um & possessionem, quod dominus non habeat secum parem in possidendo, & per haec patet quid sit appropriare. Actio est ius defendendi, petendi, seu repetendi iudiciale & sibi uendicandi rem aliquam ab illo qui de tali re facit contra uoluntatem domini uel habentis ius in ea. puta accipiendo, detinendo uel usurpando eam. Ususfructus autem est ius rebus alienis utendi & fruendi salua rerum substantia, quia est ius in corpore, quo sublato & ipsum iustollit necesse est. Usus iuris, seu ius utendi, est ius rebus alienis utendi, salua rerum substantia, & sic patet quod usus fructus est pinguior quam usus iuris: quia usufructarius potest pro se fructus accipere, & etiam pro aliis, puta uendendo uel dando: sed usuarius non nisi pro se solo potest fructus accipere. Item usufructarius differt ab E mphiteota: quia ille habet utile dominium, iste autem ius utendi. Simplex usus facti tantum est usus rei concessae sine ullo iure polytico in ipsa re, aut in ipso usu rei quo simplici usu facti tantum quis licite iure naturali aut Diuino utitur re ad talem usum sibi concessa, sicut uolatilia aut iumenta utuntur cibis eis oblatis aut repertis, licet irrationalibus non competit ullum ius naturale, sed solum rationabilibus. Renunciare ergo omni iuri polytico & dominio polytico, nihil aliud est quam non posse res quibus per simplicem usum facti tantum utuntur fratres ministrare, commutare, aut distrahere auctoritate propria, neque eis uti tanquam suis, auctoritatem aut ius aliquod polyticum in eis, aut in earum usu habendo seu exercendo, & si eis auferantur, siue iuste siue iniuste non posse experiri in iudicio, siue repetere aut iudiciale uendicare tanquam tua, aut tanquam sibi aliquo iure polytico debita aut pertinentia. Ideo tales qui sic omni iure polytico per paupertatem praedictam Euangelicam renunciant, non sunt domini, neque possessores, neque proprietarii, neque usufructuarii, neque usuarii polytici talium rerum, quia haec omnia per talem paupertatem

pertatem & renunciationem nobis prohibentur ut dictum est, & solūm nobis remanet simplex usus facti tantum: ut latius patebit in 3. punto sequente. hæc omnia ex dicto tract. 10. plag. & Ioanne Pyrrino, & 4. magistris &c. expositoribus, 4. & 6. cap.

Tertium punctum est, quod fratres min. tenentur ex iure regulæ ad euangelicam & altissimam paupertatem supradictam, tam in communi, quam in particulari, quodcumq; Christus & Apostoli eam seruauerunt, & uerbo & exemplo docuerunt: & prædicti fratres min. solūm possunt habere simplicem usum facti circa quæcumq; quibus utuntur sine ullo iure polytico. Probatur primum, quod s. fratres min. tenentur ad euangelicam paupertatem supradictam &c. quia sic declarat Nic. 3. artic. 2. dicens, Dicimus quod abdicato proprietatis huiusmodi omnium rerum tam in particulari, q; etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta: quam & Christus uiam perfectionis ostendens, uerbo docuit & exemplo firmauit, quamq; primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte hauserant in uolentes perfecte uiuere per doctrinæ ac uitæ ipsorum alueos deriuarunt, & infra: cùm in rebus temporalibus sit confyderare principium, proprietatem, possessionem, usufructum, ius utendi, & simplicem usum facti, & ultimo tanq; necessario egeat, licet primis carere possit uita mortaliuum, nulla potest esse professio quæ à se usum necessariæ sustentationis excludat, uerum condecens fuit ei professioni quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario usu fore contentam. Nec propter hoc quod proprietatem usus & rei cuiuscunque dominium à se abdicasse uidetur, simplici usui omnis rei, renunciatum esse conuincitur, qui inquam usus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantummodo in uento præbet utentibus nihil iuris, &c. hæc ibi. Et Clem. 5. art. 7. idem omnino etiam dicit. Et omnes alii Pontifices prædecessores in suis declarationibus similiter declararunt, quod hoc in communi & in particulari intelligitur, ut patet in declar. Gregorii 9. Quodcumq; solūmodo habemus simplicem usum facti tantum solam iure naturali seu Diuino utentes, rebus immobilibus & mobilibus etiam usu consumptibilibus sine ullo alio iure ciuili circa rem, aut circa usum rei cuiuscunq; sicut uolatilia & iumenta, aut serui utuntur rebus

rebus suorum dominorum sine ullo iure ciuili, patet hoc ex dictis declar. Nic. 3. & Clem. 5. Similiter dicunt omnes expositores 6. & 4. cap. præcipue Bonauentura 6. cap. dicens, quod intentione beati patris Francisci fuit, ut fratres sicut serui propter Deum facti in paupertate & humilitate Domino famulantes utantur rebus in aliena potestate positis: quodcumq; hoc intendit in toto hoc 6. cap. dicente, fratres nihil sibi approprient, &c. Non dicit nullus frater sibi appropriet, hoc enim commune est omni religioni non habere proprium in particulari, sed dicit fratres scilicet in communi nihil sibi approprient: & hoc etiam innuitur ibi, ubi dicitur nec domum nec locum, s. in communi, nec aliquam rem, s. in particulari, ut s. nullam proprietatem, dominium, aut ius ciuile omnino habeat. Quod autem talis paupertas sit altissima, patet: quia nulla maior rerum abdicatio esse potest quam ubi solūm simplex usus facti tantum sine ullo iure polytico relinquitur ad necessarium uitæ sustentationem, tam in communi, quam in particulari. ergo est altissima quæ omnino quantum possibile est, renunciat temporalia omnia. & hoc est quod ait regula in hoc 6. cap. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c. modo interius & exterius corde & opere prædicta paupertas obseruetur. Quod autem prædicta sit euangelica & eius culmen tenens, patet: quia paupertas euangelica est omnia contemnere & relinquere ut patet: quia consilium de heroica uirtute altissimæ paupertatis habetur in euangelio, quæ est lex perfectissima ubi specialiter pauperes euangelizantur, quod in nulla alia lege Diuina, uel naturali, uel humana, tale s. consilium tam specialiter in tali modo habetur ut communiter dicunt docto. Math. 5. Beati pauperes spiritu, &c & Math. 11. Pauperes euangelizantur. & innuitur etiam ibi Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, &c. Et Lucæ 14. cap. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possi. nō potest meus esse discip. Et Math. 19. Ecce nos reliquimus omnia. Et Math. 10. Nolite possidere aurum, &c. ut sic homines ad statum innocentia ut erat possibile Christus reuocaret, in quo statu nulla proprietas contracta fuisset ad communitatem aliquam uel personam, ut ait Chrysostomus: quod dupliciter intelligendum est, secundum Thom. quod s. quatenus erat de iure naturali, uirtute cujus non erat distinctio possessionum licet ex humano condicto

dicto facta distinctio prædicta non repugnaret iuri naturali, aut statui innocentia secundum Thom. 2.2. q. 66. art. ad primam. Secundo autem quia secundum Hadrian. in 4. de restitutione q. 1. in responsione ad 2. argumentum principale. iure naturæ omnia sunt & debent esse coia & sine proprietate pro statu innocentia, ut innuit Chrysostomus, & dictum est. ut de hiis latius & pulchre Bonaventura 4. cap. Sicque patet quod paupertas euangelica est omnia contemnere & relinquere perfecte, & per consequens quod ex quo perfectius quis contemnit & relinquit omnia temporalia, eo magis accedit ad culmen perfectæ paupertatis euangelicæ. Sed nem plus aut perfectius contemnit quantum est ex genere suo, que is qui omnia relinquit & nihil possidet omnino in particulari & in communi, ut Hieronym. in epist. ad Paulinum. Nemo perfectius erogat quam qui nihil sibi omnino (ut possibile est) reseruat. ergo talis paupertas supradicta est in culmine celsitudine euangelicæ paupertatis. Ad prædicta omnia expresse facit Bartholus lib. 1. minoricarum cap. 1. dicens statum fratum min. esse in altissima paupertate fundatum, nec unquam inter seculares aliquem statum reperiri aliquo iure institutionis ob aliquam causam uel delictum huic similem, uel ita pauperrimum: nam homines liberi quorum status est integer habere possunt in proprio & in cõi. Quidam tamen sunt quorum status propter poenam diminutus est ut deportat in insulam, qui licet ea quæ iuris ciuilis sunt perdant, tamen ea quæ iuris gentium sunt retinent, & ex hiis causis possunt sibi acquirere & actiones habere, ut ff. de poenis, l. quidam sunt, cum aliis concordantiis ibi positis. Quidam sunt serui poenæ, & sic eorum status in totum perimitur quod perdunt omnia: tamen pro aliments potest sibi legari & ipsemet patitur per se uel per alios iudicis officium implorare ut sibi soluatur, ut ff. de alimentis ciba, leg. l. sicuti, & l. si seruus. ff. de iis qui pro non scriptis habentur. l. si in metallum. Tamen fratres min. pro nulla re temporali possunt excepti in iudicio, ut infra dicetur. Nullisque aliis usus pecuniae revertitur interdictus. Nulli ergo sunt in tanta paupertate propter poenam, in quanta isti sunt propter uotum. Quidam etiam sunt quos seruos fecit captiuitas uel natiuitas, & istis etiam ex causa alimento potest legari, & in multis causis pro re temporali in iudicio esse possunt, ut ff. de iudiciis. l. lis nulla, & eis usus pecuniae &

non est interdictus, ut ff. de manumissis. l. is cui. Non ergo sunt in tanta extremitate paupertatis quanta sunt fratres prædicti propter Deum. De iis etiam qui in ecclesia Dei militauerunt, nullum genus hominum reperio in tam stricta paupertate. De clericis enim secularibus & religiosis non mendicantibus, non est dubium De aliis uero religiosis mendicantibus constat quod aliqua habet in communi, quoad proprietatem, ut colligitur ex uerbis domini Ioannis 2.2. in extrauaganti, quia quorundam referentis uerba Gregorii noni, dicentis, Fratres min. & prædicatores in altissima paupertate Domino famulari, & tamen constat ipsos prædicatores in communione habere etiam quoad proprietatem aliqua quod eorum statui non repugnat. Fratres autem minores nihil omnino ex uirginali habere possunt ut dictum est, &c. haec ille. Et Cardinalis Zabarella super Clementina exiui, idem expresse dicit in solutione tertii argumenti, quod fratres prædicatores habent aliqua in communi quoad proprietatem licet dicantur mendicantes, quia habent horrea & cellaria. Fratres autem minores in altiori sunt paupertate tam in pecunia & aliis, quam etiam in hoc quod illi possunt agere in iudicio, isti non. Item illi proprie dicuntur domini suarum rerum, isti non: sed tamen impropre, quia s. possunt licite uti talibus rebus ex concessione domini datis ipsas res taliter possidentis. unde hic est fas utendi secundum ius naturale & diuinum: in aliis autem est ius polyticum & ciuilis actio, unde & possunt de suis rebus disponere ad libitum: fratres autem ministrant ad usum simplicem facti, ut dictum est. & idem Panorm. in cap. in praesentia, de probationibus. Et sic patet probatum quod fratres minores ex uirginali tenentur ad paupertatem supradictam euangelicam, & quod tam hoc in communi, quam in particulari, quod solum possumus habere simplicem usum facti sine ullo iure ciuili, quodque talis paupertas est altissima & euangelica, quod autem sit sancta & meritoria, patet ex dictis, & habetur expresse in declaratione Nic. 3. sed an propter haec debeat nostra religio dici simpliciter perfectior aliis, uideatur latius sup. in introduct. q. 2. &c. & an habere in communi minuatur aliquid de perfectione simpliciter, aut de perfectione religionis quae dicitur perfectio secundum quid, &c. Nunc 2. restat probare quod Christus & Apostoli hanc paupertatem supradicte seruauerunt, & uerbo & exemplo docuerunt. Hoc

Hoc autem probatur primo: quia sic habetur in declar. Nic. 3. ubi sup. quæ est approbata solēniter in concilio Viennensi. & per Clemens. 5. in sua declaratione. Et licet dominus Ioann. 2. 2. oppositum decreuerit, tamen adhuc ualet prædicta declaratio Nic. 3. ut latius uidebitur infra, &c. in respons. ad 4. argumentum. Secundo probatur idem: quia ut resert Bonaventura cap. 4. in legenda beati Ioannis Euangelistæ habetur quòd Apostoli dixerunt, Nisi la ratione possumus accipere aurum aut uestes, aut domos, aut prædia, aut seruos, &c. & ad id est Chrysostomus super Math. 10. Nolite possidere aurum, &c. ubi patet renunciatio mobilium & immobilium in Apostolis ex præcepto Christi. Et glos. super illud Ioannis 1. 4. uenit princeps mundi huius & in me non habet, &c. dicit, Noluit dominus habere quod perderet, uenit pauper ne haberet diabolus quod auferret. Tertio probatur, quia Christus & Apostoli fecerunt quicquid docuerunt, aut consuluerunt faciendum pertinens ad uirtutem & uitam euāgelicam, ut patet actu um 1. Cæpit Iesus facere & docere, non enim ut hypocritæ, dicunt & non faciunt. Sed prædicta paupertas altissima & euāglica est ut pater ex dictis, ergo eam uerbo & opere seruauerunt & docuerunt, saltem ad tempus, & ut personæ particulares in seipsis uiam perfectionis aliis ostendentes: quod dico, quia pro aliquo tempore hanc paupertatem non seruauerunt, ut dicetur in respōs. ad 3. argumen. Neq; ut personæ cōmunes & prælati ecclesiæ, ut proxime dicetur in quarta probatione subseqüente. Quarto probatur, seu potius ad maiorem declarationem omnium prædictarum probationum pro hac difficultate, s. quomodo Christus & Apostoli seruauerunt & consuluerunt prædictam paupertatem euāglicam. Notandum ut habetur in tract. 10. plag. paupertatis, in argumento 3. partis, quòd Nicolaus Glafberger in sua chronica dicit, quòd frater Vbertinus de Cassali qui dudum tempore Clemens. 5. ordinem Carthusiens. intrarat propter tribulationem quam in concilio Viennensi passus fuerat anno Domini 1313. requisitus de mandato domini Papæ Ioannis 2. 2. qui nuper dixerat in sua decretali, Cùm inter nonnullos: Paupertatem euāglicam non carere dominio in cōmuni, quòdq; Christus & Apostoli haberunt aliquid proprium in cōmuni, tamen postea habens ordinem prædicatorum ex sua parte ad disquirendam hanc materiā &

& fratres min. ex altera, fecit præfatum mandatum ipsi Vbertino ut breuiter responderet circa hæc quid sibi uideretur. Qui respondit, quòd simpliciter nil est negandum seu affirmandum, sed potius distinguendum sic, Primo Christus & Apostoli fuerunt in duplice statu: fuerunt enim uniuersalis ecclesiæ prælati noui testameti, & hoc modo habuerunt aliquid quoad distributiōis & dispensationis auctoritatem pro dando pauperibus & ministris ecclesiæ sicut de Apostolis dicitur, & hoc negare est hæreticum, & ex hac prælationis auctoritate Christus habuit loculos quod nullus negat. Secundo possunt Christus & Apostoli considerari in alio statu, s. ut personæ singulares in fundamenta perfectionis religiosæ & perfectæ mundi contemptores, & gloriam mundi conculantes, & Christi consilia desuper erogatione perfectionis in seipsis obseruantes, & dictæ perfectionis exemplum tribuentes, uolenti bus ea obseruare: & si queratur an isto modo habuerint propriū, Distinguo de duplice modo habendi, s. ciuiliter & polytice, seu mundane, quemadmodum habendi diffiniunt leges Imperiales, duas eius partes ostendentes hiis uerbis ( ea haberi dicimus in nostris bonis in quibus habitis defensionem, & in non habitis repetitionem habemus ) & sic patet quòd qui hoc modo ciuiliter aliquid habet, potest sua defendere ab inuatore, & repetrere à retenitore in iudicio per iudicem temporalem, & isto modo dicere Christum & Apostolos habuisse rem mundanam est hæreticum: quia est contra euāgeliū, ibi, Et qui uult in iudicio tecum contendere & tunicam tollere, præbe ei & pallium, &c. Item ab eo qui auferret tibi uestimentum noli prohibere, &c. quod & ipse Christus fecit: quia fecit quod & docuit, Actuum 1. s. prohibuit defensionem habitu & deperdi repetitionem, & iste modus habendi proprie dicit in re proprietatem & dominium ciuile habere, & quia Christus & Apostoli hoc mō non habuerunt, ideo dicitur Math. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c. quia hoc modo non habuerunt dominium nec proprietatem in particula, neq; in cōmuni, & isto modo credo quòd uolunt dicere fratres min. licet non satis distinxerint diuersos modos habendi. Alio modo possunt haberi res temporales quo ad ius naturale, uel quo ad ius charitatis fraternalę, s. ad sustentationem naturae & status, repellendo diuitias, ne aliquid male saperet uel recolerent uel

uel mundi pomparam nutrient, & hoc modo Christus & Apostoli habuerunt bona temporalia, ut panem, uinum, pisces & uestes, & cætera necessaria uitæ: quia hoc non prohibuit Christus, & aliter dicere est hæreticum: & hoc modo fratres min. habent aliquam rem, & sic credo quod uolunt dicere fratres prædicatores, hæc Vbertinus. Hæc eius responsio fuit lecta in consistorio summi Pontificis, & à Papa & ab utraq; parte contraria approbata est, quod factū est anno Dom. 1330. du. 27. Septembris. Addens ipse Vber tinus quod erat paratus reddere rationem de prædictis, & ostendere falsa & hæretica alia in contrarium asserta. quibus auditis do minus Papa Ioan. 22. fuit nostro ordini recōciliatus, reuocās quæ dixerat in contrarium, hæc in prædicto tract. 10. plag. Et cum prædictis concordant Bonauentura 4. & 6. cap. addens quod prædictam perfectionē paupertatis euangelicæ ad tempus seruauerunt Apostoli: & ad tempus ex causa imminēte Christi passione, & post per paululum temporis ex dispensatione Domini eam nō seruauerunt cū aliis discipulis & fidelibus, ut Act. 4. habetur, & post ad priorem formā paupertatis euangelicæ redierunt, ut hoc inf. in respon. ad 3. argument. patebit. Nos ergo fratres min. ex regula ad illā perfectionem euangelicæ paupertatis supradictam, quam Christus & Apostoli ut particulares personæ aliquando & pro maiori tempore uitæ Apostolicæ tenuerunt, obligamur ut dictum est, ut ait Bonauen. cap. 2. in 3. trac. libri Monumenta minorum, & id ē sæpe replicat 4. & 6. cap. Et sic pater probatio totius 3. pñcti principialis ex omni eius parte.

¶ Contra prædicta omnia multi doctores oppositū tenentes, præsertim omnes fere de ordine prædicatorum, Signanter Floren. in 4. parte summæ tituli 1. 2. cap. 4. per totum latius arguit, maxime probando tria (quæ in prædictis supponuntur) esse falsa. Nam in tota hac q. præsupponitur 1. quod in rebus aliquibus possit esse aliquis simplex usus facti tantum sine ullo iure aut dominio in re aut in usu ipsius rei habito. Secundo præsupponitur quod in rebus usu consumptibilibus potest separari aut distingui unus ipsius rei à dominio, uel à iure ipsius rei. Tertio præsupponitur quod in euangeliō habetur talis paupertas qualis supra in primo puncto diffinita est, qualis in hoc 3. puncto probata est, quodq; Christus & Apostoli seruauerunt & consuluerunt eam. Contra hæc tria dicta arguit

guis Floren. ubi sup. Et primo contra primam sic: quia si quis habet simplicem tantum usum rei sine ullo dominio aut iure. ergo iā utitur talis re aliena sine ullo iure, & per consequens sine iure & in iuste & illicite, & hanc rationem multiplici auctoritate & ratione probare nititur & roborare. Sed hæc ratio nil ualet: nam ad eā respōdeo quod sine ullo dominio aut iure polytico utimur talibus rebus, non tamen sine iure Diuino aut naturali, sicut aues & iumenta, aut potius serui utuntur rebus dominorum suorum, ut dictum est: & sic nos licite utimur eis. Ideo ut habetur in tab. 19. Vic. gen. in rebus quibus utimur non habemus ius utendi, s. polyticum, bene tamen habemus fas utendi, quod est ius naturale uel Diuinum patet ex dictis. Faciunt ea quæ notantur in cap. Omnes leges dist. & in glos, ibidem. quod cum dicitur quod nō potest esse usus simplex licitus sine iure aliquo uel proprietate. Respōdeo quod hoc est uerum lege ciuili & humana, non tamen lege Diuina: quia est fas, id est, æquum. Vnde dicitur in cap. Omnes leges, fas lex Diuina est: ius lex humana: transire per agrū alienum fas est, ius non est. Iure Diuino licitum est comedere uvas in necessitate in agro alterius, sed non exportare: conteri etiam spicas & comedere licet tum est, ut dicitur 7. q. 3. cap. primo. Sed non mittere falcam, ut dicitur de consecra. dist. 5. cap. discipulos. Sed licet sit æquum lege Diuina, quia est fas, non tamen est ius. i. ius non dat ciuilē actionem, hæc glos. & addit, ubi enim aliquid mihi prodest & tibi nō nocet. i. tu non habes pro nocumēto: immo tibi placet & tu concedis, æquum est ut mihi non prohibeas, licet ius tibi (alias & melius mihi, deficiat. ut ff. de aqua pluuiā, arcenda, l. in summa 5. Itē uarie hæc glos. Sic ad propositum possum in rebus quibusq; etiā usu consumptibilibus habere usum simplicem faci tantum. i. eis uti ad meam necessitatē lege Diuina, quia fas mihi est. i. æquum te concedente ad meam necessitatē talem usum, licet in eis ius non habeam. i. ciuilem actionem aut dominium non habeā: quia s. lex ciuilis uel humana hoc non mihi concedit: & per hæc solū tur oēs auctoritates & rationes quæ adduci possunt in oppositum. Et concordat Nicol. 3. articul. secundo addens. Nec hiis obuiare dignoscitur quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humane constituit, uidelicet non posse usum uel usum fructum à dominio perpetuo separari, quod ne dominiū dominis (semper abscedente usu) red-

redderetur inutile temporalem utilitatem tantum in constituen-  
do prospiciens ista decreuit: retentio namqz dominii talium rerum  
cum concessione usus facta pauperibus meritoria est, & professio-  
ni pauperum oportuna, &c. hec ille. & sic patet responsio ad pri-  
mum.

¶ Contra secundum s. quod in rebus usu cōsumptibilis potest  
distingui & separatim haberi & concedi usus simplex facti tantum  
a dominio & iure ciuli ipsius rei uel usus rei. Arguit floren. & a-  
lii sic s. In rebus cuius usus non est sine proprietatis cōsumptione,  
impossibile est esse omne ius in usu sine iure in proprietate, aut ha-  
berelicte usum sine proprietate, quod patet: quia ex quo confu-  
mitur proprietas per talem usum, iam ipse usus non esset licitus ni-  
si possit licite consumere proprietatem annexam: proprietatem  
autem talem non possem licite consumere, nisi haberem eam, aut  
nisi haberem ius ad eam consumendam. ergo patet prae dicta ma-  
ior, quod s. in rebus cuius usus non est sine proprietatis consum-  
ptione, impossibile est habere licite usum sine proprietate, aut sine  
iure in proprietate consumenda. Sed in rebus usu consumptibili-  
bus, ut pote in pane, & uino, &c. quae comeduntur, aut quando  
comeduntur non est usus commestionis aut consumptionis ea-  
rum sine proprietatis simul. ergo in talibus non po-  
test usus earum ab earum dominio & proprietate seu iure sepa-  
ri. & hec est potissima ratio circa hoc, sed nihil concludit, nam fa-  
cilius est responsio.

¶ Respondeo ergo ad hoc negando ma-  
iore: Nam in talibus rebus licet non possit haberi ius in earum  
usu sine iure in earum proprietate, de quo ego non curro, ex quo  
ut dictum est, nullum ius nos habemus in rebus, aut in earum usu  
quaesungz sint illae res, tamen bene potest haberi licite usus talium  
rerum usu consumptibilem sine quod habeatur proprietas, aut  
ius aliquod in eis aut in earum proprietate aut usu: quamuis sit in  
separabilis proprietas aut ius ab earum usu cū quo simul perit pro-  
prietas & ius: & potest quis licite habere usum nudum simplicem  
facti, & per talem usum consumere ius & proprietatem annexam,  
uel inseparabilem, liceat non habeat ipse ipsam proprietatem aut  
ius prae dictum in re aut in usu rei: quia cui conceditur principale.  
i. cōsumptio rei per nudum usum eius, conceditur & accessorie  
annexum, etiam inseparabiliter, s. cōsumptio iuris & proprie-  
tis

tis cuiuscunqz talis rei annexae ad quemcumqz pertineat tale ius, ta-  
lisqz proprietas: sicqz concedo quod dominium & proprietas ta-  
lium rerum transit i. perit cum usu earum, sicut lo ann. dicitur  
quod transit, i. perit mundus, & concupiscentia eius. Non tamen  
transit dominium in aliquem, pura in consumentem seu utentem  
talire, neqz efficit aut denominat illum dominum illius rei aut iu-  
ris eius, quando non est cipax talis dominii aut iuris ciuilis. Hec  
omnia patent clare: quia uolatilia & iumenta dominorum habet  
usum simplicem rerum eis a dominis concessarum, utpote panis,  
uini, &c. Non tamen habent dominium proprietatem aut ius cui  
le in eis aut in earum usu, quia non sunt capacia talium dominio-  
rum aut iurium, aut quia non conceditur nisi tam simplex usus  
earum, ut seruis conceditur a suis dominis: & quamuis cū tali sim-  
plici usu rerum consumptibilem pereat & consumatur a prae di-  
ctis uolatilibus & iumentis dominium & ius earum, non tamen  
sequitur ex hoc quod sicut habebant usum earum, quod ergo ha-  
beant dominium & ius earum: sicqz patet quod per usum simplicem  
facti tantum possunt licite consumere tales res & dominium & ius  
eis inseparabiliter annexum, cuiuscunqz sit tale dominium & ius,  
sine hoc quod habeant aut dicantur habere polytice dominium aut  
ius polyticum talium rerum aut in earum usu, sicqz patet haberi u-  
sus simplex: quamuis dominium annexum non habeatur polytic-  
e licet habeatur realiter. i. licet habeatur tanquam res annexa rei  
ipsi consumptibili, non tamen tale dominium habetur, tanquam  
dominium aut tanquam ius polyticum, sed ut consumatur cum  
ipsa re quae per usum consumitur seu consumenda est. Et cum hi-  
is concordat expresse Cardinalis Zabarella in Clementina exiui,  
dicens. quod potius uidetur hic esse disputatio de uerbis quam de  
rebus, rebus autem & non uerbis legem imponimus, ut l. 2. C. de  
legatis, & de liberis prae teritis, l. 3. Nunquam enim interpretatio  
uocabuli tantum ualeat ut melior sensu existat: ideo stando in re,  
semper saluat ur status nostri perfectio supradicta de paupertate,  
& de simplici usu facti tantum. Nam ut ait idem doct. in solut. pri-  
mi & secundi argumenti, ubi supra fratres min. habent usum rerum  
consumptibilem, licitum tamen, qui tamen aliquando est & po-  
test dici usus iuris: nec propterea dicitur non esse simplex usus fa-  
cti: quia in hiis in quibus usus separatur a dominio, habent tan-  
quam

tum usum licitum, in aliis autem usu consumptilibus dum consumuntur, si dicis quod habent proprietatem, dico quod non habent eam tanquam proprietatem, sed in consequentiam usus. Si autem dicatur quod non habent proprietatem, sed est cōdecentis donec iam usi fuerint & donec consumperint talem rem puta pa nem, uinum, &c. tunc iam cessat ratio in contrarium, & licet extra uagans domini loan. 22. approbent primum dictum seu modum s. quod habeat proprietatem seu ius propter inseparabilitatem, non tamen multum in hoc refert, ex quo non habent eam ut proprietate aut ius ut prae dixi, quodcumq; teneatur. hæc ille: Zabar. qui expresse cōcordat cum prædicta nostra respons. faciunt & ad hocea omnia quæ ad 1. argum. dicta sunt, applicentur ut oportet.

¶ Contra tertium, quod 1. in euangelio habetur nostra prædicta paupertas, quodq; Christus & Apostoli eam seruauerunt ut particulares personæ, & consuluerunt. sic arguit Flor. ubi sup. & alii quia loan. 12. & 13. legitur dominus loculos habuisse, unde necessaria pro se & Apostolis & pauperibus emebantur & prouidebantur: ut etiam patet loan. 4. ergo uidetur pecunias saltem habuisse quo ad dominium & ius seu auctoritatem dispensandi, &c. salte in communi. Item Act. 4. dicitur quod erant illis omnia communia, & Augustinus in sua regula dicit quod talis erat uita Apostolica habere in communi proprium seu dominium: & quod conformiter ad id ipse suam instituit religionem. Sufficit ergo discipulo si sit sicut eius magister Christus: & sicut eius magistri Apostoli suerunt, Math. 10. Item quia si in cōmuni & particulari prædictam paupertatem Apostoliseruauerunt, ergo episcopi eis succedentes similiter tenerentur seruare, & per consequens saltem à tempore beati Siluestri quando possessiones rerum temporalium uenerunt in ecclesiam episcopi essent in statu damnationis, ut dicebant Manichæi, quod absit: quia ut habetur 12. q. 1. c. expedit, & cap. illi autem, ubi sic habetur, expedit facultates ecclesiæ possideri & proprias perfectionis amore contemni: neq; enim repugnat perfecti oni habere in coī dominiū seu proprietatem, ergo. Respondeo ad 1. ex loan. 12. 13. & 4. &c. Respondeo secundum Bonauen. c. 4. quod Christus habuit loculos dupliciter. Vno modo ut persona coīs, s. ut prælatus ecclesiæ, ut sic dispensaret pauperibus & aliis si bi commissis, utpote Apostolis & aliis discipulis ut ait Chrysost.

super loan. omel. 8. & Aug. super loan. omil. 60. habebat loculos à fidelibus oblata reseruantes & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiæ pecunia forma introducta est, hæc August. & sic hoc modo ut prælatus ecclesiæ habuit Christus dominium & proprietatem polytice aliquarum rerum, saltem quoad autoritatem dispensandi subditis & pauperibus, ut sup. dictum est secundum Vbertinum. Et similiter hoc modo Apostoli ut prælati ecclesiæ habuerunt sicut & Christus. & similiter episcopi ecclesiæ succedentes, Apostolis in hac dignitate prælationis habent & habere possunt, ut innuitur ex August. ubi sup. ad prouidendum pauperibus & subditis, & sic habere nō minuit perfectionem simpliciter, ut dictum est sup. in introduct. q. 2. quia & sic conueniunt cum Christo in habendo & in habendi ratione. Alio modo Christus habuit loculos dispensatiue, s. pro instructione seu consolatione infirmorum & imperfectorum in hoc quis. habent loculos pro seipsis: qui & si sint perfecti respectu aliorum habetum propria uel multa & magna, cum ipsi habeat pauca. Sunt tamen imperfecti in hoc respectu illorum qui nihil omnino habent in hoc mundo. ut ergo non putarent homines esse illi citum habere loculos, ideo Christus dispensatiue propter imperfectos instruendos, quod non est illicitum, eos habuit. Et hoc ait Chrysost. ubi sup. dicens: multa enim ad nostram dispensans doctrinam agebat Christus. Et Hug. super Ps. 10. dicit, Habebat Iesus loculos conformans se imperfectis. Nam in numero imperfectorum inueniri uoluit, ne præsumerent non accipientes, & confunderentur accipientes, & concordat Augustin. super illud Ps. 103. Producens scenum iumentis &c. dicens. Cum uideret Christus Paulum aliquando ista nō quæsiturum, præuidit ne dānaret quæsitorum, & præbuit exemplum infirmo. & concord. expresse Nic. art. 2. dicens. Neq; hiis obstat quod interdum dicitur Christus loculos habuisse. Nam sic ipse Christus cuius perfecta sunt opera in suis actibus uiam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum personam Christus suscepit in loculis, &c. Ex quibus expresse patet, quod nihil ualeat glossa quam dat Floren. in 4. parte sum. tit. 12. cap. 4. 6. 21. quod habuit loculos pro infirmitate carnis infirmis cōdescendēs. i. & pro nōtāte & necessitatibus & egentibus

ex carnis infirmitate condescēdens, quæ glof. facile refellitur per hoc quod s̄a p̄e dicitur quod in perfectis mente Christus condescēdens egit s̄a p̄e opera nostræ imperfectioni conformia, &c. ut ad literam patet ibidem. Sed notandum quod ut bene ait Gaietanus 2. 2. q. i 88. art. 7. & sumptum est ex Bonauen. 4. cap. supra dicto, portare seu habere loculos dicitur & est imperfectior moraliter ad hunc sensum, respectu sui oppositi, quia s. non est tam perfectum opus ex se sicut est suum oppositum, s. non habere loculos. Sicut comedere aut fugere mortem, non est tam perfectum opus ex suo genere aut statim nominatum, sicut est abstinere & fortiter expectare mortem seu aggredi, &c. Et sic intelligitur quod Christus egit opera in perfectis conformia, fugiendo & portando loculos aliquando: quamvis respectu ipsius Christi, & cum circu stantiis cum quibus Christus illa faciebat perfectius & sublimius siebant à Christo, & erant perfectiora opera quam quæcunq; alia etiam heroica aliorū, quia perfectius Christus comedebat, quam Baptista abstinebat, &c. ut Nic. 3. ibidem dicit. Nos ergo fratres min. non imitamur Christum in habendo loculos aut propri um primo modo, ex quo non succedimus in dignitate episcopali. Neq; in secundo modo quo dispensatiue habuit pro infirmis aut imperfectis. Sed in eo modo quo consuluit uiam perfectionis, ut à loculis & proprio quocunq; in communi & particulari renunci aremus cū ipso Christo & Apostolis ut personæ particulares per fectionis uiam uerbo & opere ostendentes erant, ut supra probatum est: quod & innuitur Math. 17. quando ad proprios usus nō soluit didrachma de loculis quos habebat pro necessitatibus pau perum & sibi commissorum, sed miraculo de pecunia inuēta in ore piscis, & late supra probatum est. Sicq; discipulus non est supra magistrum aut magistros, in eo quod tanq; exemplum perse ctionis imitandum dictum est. Non enim contentari debet discipulus in hiis quæ dispensatiue pro imperfectis magister agit, sed ad imitandum eum in perfectioribus ut oportet & decet conandum est, ut ait Bonauenura 4. cap. quanto magis quod hoc s. sufficit discipulo, ut sit sicut magister, potius dictum est pro solatio tribulationis, ut s. in magistri exemplo, in tribulationum sufferentia uiriliter perseveraremus, quam ut in dispensatiuis condescensi onibus pro imperfectis eum imitemur. Ad aliud autem ex Act.

4. Respon. secundum eum Bonauenura cap. 4. & 6. & 2. quod illa erat uita seu regula constituta sub Apostolis, non pro ipsis Apostolis, prout erant personæ particulares, sed pro aliis fidelibus simul. & pro ipsis prout erant prælati, & sic diuersimode. Nā pro aliis omnibus inter quos erat multitudo neophitorum uirorū & mulierum quibus subita egestas forsan non conueniebat, erat illa regula sub Apostolis instituta tunc ut uiuerent sine proprio in particuli, sed haberent proprium in communi: ita ut nullus eorum egeret quo ad usum. Apostoli autem ut personæ cōmunes & prælati habebant auctoritatem dispensandi precium rerum uenditum, & habebant loculos ut supra dictum est: sedut personæ singularares ipsi & aliqui discipuli alii habebant usum tantum illarum rerum communem cum aliis sine dominio polytico sicut in statu innocentiae fuisset, ut innuitur 1. 2. q. 1. c. dilectissimi. Sed postea ipsi Apostoli prædictam dispensatiuam auctoritatem eis ratione prælationis competentem super illis bonis temporalibus illius multitudinis tanquam impeditiuam uerbi Dei dimiserunt committentes eam aliis 7. diaconibus, ut habetur Actuum 6. & ipsi Apostoli ad primariam nuditatem & paupertatem eis à Christo iniunctam a prædicandum missis: quam etiam ante passionem Domini seruauerunt, redierunt ut personæ particulares carentes loculis, & omni dominio & iure polytico cuiuscunq; rei, ut supradictum est Ita quod Apostoli quadrupliciter in hoc se habuerunt, & aliqui alii discipuli. Nam primo ut personæ particulares perfectionem euangelicam seruantes & uerbo & exemplo docentes, caruerunt loculis missi ad prædicandum, & omni dominio & iure polytico rerum temporalium omnium. Secundo imminentे passione Christi de speciali eius dispensatione propter necessitatem per fectionis, tunc & post paululum temporis à passione Christi imminentem loculos habuerunt pro seipsis etiam ut personæ particulares. Tertio ipsi ut prælati ecclesiæ bona multitudinis credentium ad tempus dispensauerunt & habuerunt auctoritatem circa ea, ut Actuum 4. Quarto illam dispensationem tanquam impeditiuam uerbi Dei dimittentes eamq; aliis committentes, ut Actuum 6. ad primariam reuersi nuditatem ut personæ particulares loculis & proprio & iure aut domino quocunq; polytico caruerunt in supradicta altissima & euangelica paupertate uiuentes

Et secundum prædictam distinctionem debent intelligi multi textus iuris Canonici & doctorum qui uidentur dicere quòd illa regula Actuum 4. erat cois Apostolis & aliis uiuendo sine proprio in particulari habendo illud in communi: quia intelligitur ac commode ut dictum est, quòd s. alii habebant in communi ut erat personæ particulares: Apostoli autem ut erant prælati habentes proprium in communi, sed tantum usum illorum bonorum communium, ut dictum est. Sicq; patet quòd aliae religiones sequuntur illam uitam sub Apostolis institutā pro illa multitudine fidelium modo prædicto Act. 4. habentes in communi proprium uel dominum. Nos autem fratres min. aliam per se etiorem regulā paupertatis quam ipsi Apostoli ut personæ particulares aliquādo seruauerunt profitemur, ut dictum est. ut magis à temporalibus elogati, & à periculis temporalium ad Diuina confidentius subleuemur: hæc ex Bonauen. ubi sup. Et per hæc patet quòd impugnations & rationes facit Flor. ubi sup. §. 22. quo ad hoc uolens oppositum probare, nil ualent, neq; canones aut auctoritates quas adducit, concludunt pro eo contra nos, quia accommode ut dictum est, sunt omnia intelligenda & concordanda.

Ad aliud, quòd ergo episcopitenerētur seruare præfatam paupertatem euangelicam. Respondeo secundum Bonauenturam c. 4. quòd Apostolis non est imposta talis paupertas euāgelica, ut prælati, sed ut personis particularibus missis ad prædicandū uerbo & exemplo talem perfectionem & legem Christi, episcopi autem non succedunt illis nisi ut erant prælati in dignitate & auctoritate prælationis Apostolicæ, non in forma illius paupertatis, ut patet 12. q. 1. cap. 8. uidentes. Ideo ergo ad illam uitam paupertatis non tenentur, sed illi tantum qui ad hoc sponte se obligat propter Christum, ut sunt fratres min. ex quo indifferenter talis uita omnibus uolentibus eam imitari proponitur: ut etiā innuit Hieronymus ad Elbediadēm, Si uis perfecta esse, fac quod fecerunt Apostoli, &c. Vede omnia quæ habes, &c. Et quod additur, quia habere in communi nō minuit statum perfectionis simpliciter uerum est: minuit tamen statum perfectionis religionis quæ est status perfectionis secundum quid, ut latius supra in introduct. q. 2. &c. habetur. Et quod etiam additur quòd expedit habere in cōi, &c. dico quòd expedit quidem aliquibus & ecclesiæ: sed etiam ali-

qui-

quibus aliis expedit & conueniens est nihil habere polyticę, neq; in cōi, neq; in particulari, ut ait Bonauen. ubi sup. id quod nos fratres min. tanquam expedientissimum ad salutem & perfectionē religionis amplectens de auctoritate euangelica apostolica & ecclasiastica profitemur. & sic patet responsio ad tertium.

¶ Quarto contra omnia tria puncta & præsupposita in hoc 3. pūcto principali huius quæstionis, & in tota hac q. arguitur, quia do minus loan. 22. in suis extrauagan. expresse oppositum decreuit, dicens hæreticum esse tenere quod dictum est. Nam in extrauagāti quæ incipit, Cūm inter nonnullos, declarat quòd est hæreticum dicere quòd Christus & Apostoli nihil habuerint proprium, nec in communi, neq; in particulari. & in alia extrauagan. ad condito rem. declarat quòd in rebus usu consumptibilibus non potest separari neq; haberi nudus usus facti sine dominio & proprietate. quòdq; in quibuscumq; rebus nō potest licite haberi usus simplex facti tantum sine usu in re aut in usu rei ipsius: quòdq; dominium rerum usu consumptibilem nō pertinet ad ecclesiam Ro. quòdq; concessio syndicorum ad tractandum res quibus utuntur fratres &c. alia secundum Nic. 3. & Martin. 4. quòd nihil ualeat & reuocat illam ne deinceps talibus syndicis utamur, &c. & in alia extrauagan. quia quorundam iterum ea omnia confirmat & decreuit hæreticum esse asserere contrarium ad prædict. extrauagan. ergo per hæc uidetur falsum oē quod supradictum est secundū Nic. 3. &c. in tota hac q. Respondeo quòd quo ad hanc materiā de hiis extrauagan. loan. 22. & de declar. domini Nic. 3. & Clem. 5. sunt 4. præcipui modi respondendi, quorū duo primi sunt in fauorem dom. Nic. 3. & contra oīa supradicta in hac quæst. Tertius modus est in fauorem Nic. 3. & oīum dictorum in hac q. contra dominū loan. 22. Quartus modus est pro concordia & pro saluanda ueritate omnium extrauagant loan. 22. & declarat. Nic. 3. & Clem. 5. & omnium prædictorum. Et in hoc tandem standum censeo ut uidebitur. Est ergo primus modus respondendi aliquorum ut refert Floren. 4. parte summæ tit. 12. cap. 4. §. 23. quod declaratio domini Nic. 3. e & Clm. 5. quo ad hæc omnia supradicta est reuocata per extrauagantem domini loan 22. tanquam falsa aut tanq; dubia. Sed certe hic modus dicendi est impius, ideo facile repellitur à domino Florentino ibidem.

Et

Secundus modus dicendi est ipsius Flor. ibidem, quod s. dominus Iohann. 22. in predictis extrauagan. declarauit & limitauit quomodo deberet intelligi predicta declaratio domini Nic. 3. sicq; non contradicunt sibi inuicem. Sed dominus Nicolaus 3. debet intelligi & limitari secundum extrauagan. domini Iohann. 22. quia si Papa potest declarare & limitare sacram scripturam. ergo a fortiori scripta & decretales aliorum pontificum, & quod siccipse Iohann. 22. dicit in predict. extrauagan. saepe quod sic intellexit Nic. 3. sicut ipse ibi decernit: & per consequens omnia supradicta in hac questione essent falsa, nisi secundum extrauagant. Iohannis 22. limitentur in oppositum sensum. & concordat Gaietanus in 1. quo lib. in 2. parte apologiae de auctoritate Papae ca. 13. quamvis alia uia nitatur euadere, sed pueriliter ut patet intuenti. Sed certe iste modus dicendi nil ualeat, quia ipsa declaratio Nic. 3. apertissime reclamat, quod intelligatur alio modo quam expresse saepius sonat: maxime quia in fine ipsius declarationis habetur quod Nic. 3. uult intelligi ad literam ut sonat, quodq; sic intellexit ipse. ergo dicere quod intelligit oppositum quam expresse sonat sapientius, non est declarare, sed peruertere sensum illius: maxime quia omnes tam Pontifices subsequentes, quam doctores intelligunt illam ut sonant in extrauagan. Iohann. 22. habetur, sed alitei. Tertius modulus dicendi est, quod uerè dominus Iohann. 22. contradixit in suis extrauagant. declarationi domini Nicolai 3. & per consequens quod ipse Iohann. 22. errauit, & quod in morte se retractauit de his: quod contradicat patet ex uerbis ipsarum extrauagā. suprapos. & ex uerbis ipsius declarationis Nic. 3. ut supra dictum est, & omnes fere doctores sic intelligunt esse, s. inuicem contraria. Quod ergo dominus Iohann. 22. errauerit in hoc, probatur, supposito quod Papa potest errare decernendo ea quae sunt fidei & morum: maxime si non faciat quod in se est, ut communiter tenetur ab ipsis Thomistis cum predicta limitatione. hoc ergo supposito, probatur quod Iohann. 22. in hoc potius errauit, quia declaratio Nic. 3. facta est sine passione & præuia magna examinatione & multitudine doctorum interueniente, ut habetur in eadem declaratione, & in summario Pontificali ordinis, fo. 7. & 8. Item est solemniter approbata per Clem. 5. in concilio Viennensi, ut patet in lib. 6. & Clem. tit. de uerb. sign. & per alios eius successores confirmata,

ut

ut patet infra in fine huius questionis. Item quia antecessores omnes de hoc loquentes Pontifices etiam cum predicta declara. Nic. 3. concordant. Item quia auctoritas scripturæ & rationes ex ipso euangelio sumptæ, magis faciunt pro ea ut pater ex omnibus supradictis. Extrauagans autem domini Iohann. 22. nihil horum uel non sic habet, ut patet: quia ex indignatione contra nostrum ordinem illas edidit, ut patet in summario ubi supra: & ut habetur in summa de Turre cremata, lib. 4. parte 1. cap. 9. quia eo viuentefuit Petrus de Corbario de ordine nostro minorum electus in Papam, & inde habuit indignationem. & quia non consensit ei noster ordo in quibusdam dispensationibus contra regulam, ut latius habetur in dialogis Okami, praesertim in 6. parte dialogorum. & non cum tanta examinatione doctoriū eis edidit: neq; sunt per ecclesiam sic approbatae, & omnes successores Pontifices potius pro Nic. 3. quam pro domino Iohann. 22. in hoc sunt ut patebit. Maxime etiam quia dominus Iohann. 22. dicitur alias haeticasse circa aliam, ut non solum Okam, ubi sup. Sed & episcopus Abu lensis alias Tostado, refert & dicit in suis defensionibus 2. parte, c. 30. Ergo ex hiis uidetur quod declaratio Nic. 3. sit maioris auctoritatis, & quod habet priores causas ueritatis, & per consequens, quod sententia contraria domini Iohann. 22. an sit falsa, aut non debet esse uera saltem probabiliter. Quod autem in morte se retractauit, hoc habetur declaratum in tab. 19. Vic. gen. anno Domini 1499. in cap. gen. Meclinenf. celebrati, ubi sic habetur: Capitulum generale declarauit quod Papa Iohann. 22. reuocauit ante mortem suam quicquid dixerat seu fecerat contrarium ecclesie & determinationi Romanorum Pontificum. sicq; eius extrauagant. contra Nic. 3. & Clem. 5. nullius sunt roboris uel momenti, haec ibi: Et similiter dixit Nic. Glasberger in sua chronica, ut dictum est supra. & ex illa chronica credo quod dixit seu declarauit hoc predictum capitulum generale: & propter hanc reuocationem non est dicendus haeticus dominus Papa Iohann. 22. Ecce ista tria dicit iste tertius modulus dicendi. Sed certe quamvis pro foro conscientia forte possit tute teneri iste tertius modulus respondendi, dico forte propter ea quae proxime dicentur, tamen pro foro exteriori ecclesiastico, non est tutus, sed temerarius, & grauiter puniretur qui sic dogmatizaret: tum quia non sufficienter constat quod

u

domi

dominus Papa Ioan. 22. contradicat prædictæ declarationi domini Nic. 3. aut concilii Viennæ. approbationi: ut patebit, quia possunt concordari. tum quia per consequens non constat suffici enter quod dominus Ioannes 22. in prædictis extrauagan. errauerit (modo alias errauerit, modo non) Similiter non constat sufficienter de prædicta sua retractatione: constat autem de prædictarum extrauagant. auctoritate: quia inter alias extrauagantes habentur coiter à docto. & ab ecclesia approbantur. ergo propter hoc non uidetur satis tutus ille tertius modus. Ideo Enchyridion fratrum min. dub. 2. fol. 67. uidetur temere sic respondisse secundum hunc 3. modum. Deo 4. modus saluo semper meliori iudicio, mihi ex supra dictis uidetur posse elici pro concordia & ueritate omnium hinc inde saluanda, & pro respōsione quæ satis faciat. Iste aut̄ modus stat in duobus dictis, quorum priūm est, quod dom. Ioann. 22. non contradicit dom. Nicolao 3. & quod uterque uere locutus est, sed & quiuoce ad suum quinq; sensum. Sic s. quod quando dom. Ioan. 22. in extrauagant. cùm inter nonnullos dicit quod hæreticum est dicere, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in cōmuni seu particulari, certe uerum dicit, quia ex quo eius contradictoria affirmatiua est uera & Catholica. hæc s. quod Christus & Apostoli nihil habuerunt aliquid proprium seu dominium in cōi. quod patet, quia ut personæ communes & prælati ecclesiæ habuerunt aliquid proprium, ut supra probatum est. Ios. secundum distinctionem factam per Vbertinum, siq; si aliquo modo ut persona communis habuit proprium Christus & Apostoli, iam illa affirmatiua uerificatur quod habuerunt proprium. Sicut si quis aliquo modo currit uerum est quod currit: ad ueritatem enim affirmatiua sufficit quod pro aliqua parte seu pro aliqua singulari seu aliquo modo uerificetur ut patet. Si ergo illa affirmatiua est uera & Catholica, ergo eius contradictoria est falsa & hæretica. hæc s. Christus & Apostoli nihil habuerunt in cōi. Nam negatio totum negat stādo in rigore, quia significat quod nec ut persona particularis, neq; ut cōis, neq; ut prælati aliquid habuerunt in communi ullo modo, quod est hæreticum, ut patet ex dictis. Ideo dom. Ioan. 22. illam negatiuā decernit hæreticam & bene & affirmatiuam Nic. 3. decernit catholicam ad sensum supradictum quod s. ut personæ cōes & prælati habuerint proprium seu dominium

nium aliquarū rerū in cōi: saltem quo ad auctoritatē dispensatiuā ut supra. Dominus aut̄ Nic. 3. cùm dicit quod Christus & Apostoli seruauerūt paupertatem Euangelicam supradictam & uerbo & exemplo docuerūt: loquitur de ipsis ut personæ particulares ostendentes uia perfectionis, ut patet expresse ex suis uerbis supra allegatis, &c. quia ut personæ particulares nihil habuerunt proprium & ideo cauissime ipse dom. Nic. loquutus est semper: quia nunq; dicitur absolute quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in cōi neq; in tota sua declaratiōe habetur illa propositio negatiua quæ in rigore probata est falsa & hæretica. Sed caute loquēs dicit hæc affirmatiuā, s. quod Christus & Apostoli prædictam paupertatem Euangelicā seu abrenūciationem perfec̄tissimam uerbo & opere docuerunt & seruauerunt, quæ & quia uel huic propositioni modificatae, s. Christus & Apostoli ut personæ particulares ostendentes uia perfectionis, nihil habuerunt proprium in cōi, &c. & ideo nos in tota hac quæstione caute loquuti sumus, nō dicentes illam negatiuam absolute, quæ est hæretica: sed sicut dom. Nic. 3. quod Christus & Apostoli seruauerunt prædictam paupertatē Euangelicā, seu cum modificatione expressa, quod Christus & Apostoli prout erant personæ particulares nihil habuerunt in cōi: sed neque in particulari, de quo non est dubiu. Sicq; oīa concordantur & saluantur in ueritate, quodq; sic intellexerunt prædicti oēs Pontifices facilime pōt ostendi ex uerbis & rationibus ipsarum declarationū & extrauagan. Notandum tamen quod licet Christus ut hō habuerit ex dono patris speciali ab instanti incarnationis domini um omnes super oēm creaturā super regna, &c. secund. Thom. & ueritatē. Tamē noluit habere exequitionē huius dominii quoad temporalia usq; ad resurrectionē &c. & ideo dicitur quod ut particularis persona nō habuit dominium polyticum, &c. i. quod nō luit habere exequitionem domini sui, quod in oī foro poterat exercere si uellet, aut si expediret nobis: quāuis etiam sine litigio & sine hoc quod auctoritati humanæ se subiiceret id posset licite & ualide in omniforo exercere, ut dictum est.

Ad aliud quod habetur in extrauagan. ad conditorem. Respōdeo quod utrobiq; dicitur uerum, sed & quiuoce. Ideo dico quod dom. Ioan. 22. intelligit quod nunquam potest licite haberi nudus & simplex usus factitiantū in quibuscunq; rebus cōsumptibili

aut inconsumptibilibus sine dominio aut iure aliquo, quod est uerum de iure aut dominio tantum naturali seu Diuino, quod dicitur fas seu æquitas ad utendum tali re, quia sine tali iure aut domino nunquam quis licite utitur re aliqua, uel sine dominio aut iure polytico. Nunc autem sufficit ad licite utendum re aliqua quod utens habeat ius Diuinum uel naturale, seu fas utedi, ut patet: quia in extrema necessitate licite iure naturali quis utitur re aliena super qua non habet ius polyticum. Dominus autem Nicolaus 3. dicit quod sine dominio & iure quocunq; s. ciuili seu polytico potest quis licite habere usum nudum simplicem factit tantum in re qua cunq; etiam usu consumptibili, ut patet ex supradictis, & sic concordantur omnia. quod autem sic intellexerunt, certe ex ipsorum uerbis & rationibus facile haberi potest si bene inspiciantur omnia. Ad aliud autem quod dominus Ioan. 22. in prædicta extra uagan, ad conditorem: dicit quod dominium rerum aliquarum, præcipue usu consumptibilium, non recipit ipse, neq; pertinet ad ecclesiam Rom. & quod hoc modo non utamur syndicis, &c. dico quod ista sunt instituta pure humana: & sicut unus Papa instituit uno modo, potest alius destituere, & alius restituere: sicq; in hoc non est contrarietas, sed uariatio aut mutatio institutorum secundum cuiusq; uidere aut uoluntatem. Ideo sicut dominus Nic. 3. & Martinus 4. illud instituerunt: dominus Ioannes 22. alia causa motus destituit: sed alii Pontifices successores restituerunt ut proxime dicetur subsequenter in 2. dicto huius 4. modi respondendi Secundo dico pro complemento istius 4. modi respondendi ad hoc 4. argumentum, quod modo dominus Ioan. 22. concordet cum Nicolao 3. ut dictum est, modo non, modo errauerit, modo non, tamen standum est declarationi domini Nic. 3. & Clem. 5. in hoc art; tāgente paupertatis: & ratio est, quia est prædicta declaratio, postea per successores domini Ioan. 22. confirmata saepius, ut patet in cap. 1. constitutionum Martini 5. ubi sic habetur, Quo ad uotum paupertatis statuimus & ordinamus illud incōcussente nendum quod fālicis recordationis Nic. 3. declarauit in sua decreta tali extra de uerborum signif. exiit qui seminat. à s. porro successione & seriatim usq; ad s. uerum, quia expresse continentur in regula, &c. hæc ibi, ubi patet quod ab articulo 2. usq; ad articulo 5. inclusive confirmat prædicta declaratio ubi continentur omnia supra dicta

dicta. & ipse Cardinalis fecit prædictas constitutiones de speciali auctoritate & commissione domini Martini 5. quæ cōmissio habetur fff. 84. & postea ipse Martinus 5. confirmauit ipsas constitutiones, & oīa in ipsis contenta, ut patet in priuil. per uigilis mōrefo. 38. & ff. 36. Item Alex. 6. in priuil. uberes fructus, fff. 75 approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere uoluit literas Martini 4. & 5. & Eugenius 4. Calixtus 3. & Sixtus 4. & Pauli 2. Romanorum Pontificum, per quas literas huiusmodi Pontifices concesserunt fratribus min. quod usum bonorum eis & dicto ordini relictoriū cum puritate suæ regulæ percipere & habere possint: proprietate seu dominio corundem bonorum apud ecclesiā Rom. remanente, hæc ibi, ut de hoc late habetur infra q. 2. in hoc fol. De syndicis autem quomodo possumus eis uti nomine ecclesiæ Romanae non obstante extrauagan. domini Ioann. 22. late habentur sup. 4. cap. q. 16. &c. Et sic patet respōsio ad omnia objecta: quæ omnia correctioni sanctæ matris ecclesiæ & cuiuslibet inclius sentientes iudicio humiliiter subiicio. Sed an usus pauper moderatus seu arctus includatur in prædicta paupertate euangelica an potius non, & quomodo ad eum pertinet, & quomodo ad tales usus teneamur, latius agendum est infra q. 14. q. 16. ibi uideatur, hæc enim sufficienter pro præsenti quæstione.



V A E S T I O 11. Quæritur ad quem pertineat dominium seu proprietas rerum & locorum quibus utimur nos fratres min?

Respondeo per duo puncta: quorum primum est, Dominium omnium rerum mobilium quorum usum facti, ordini uel nobis licet habere: proprietasq; eorum perrinet ad Papam & ad ecclesiam Rom. & hoc nisi donatores in se retinuerint in toto uel in parte, patet: quia sic declarauit & statuit dominus Nicolaus 3. art. 2. s. ad hæc cum fratres, conformiter ad suum prædecessorem Innocent. 4. Et de immobilibus, utpote de domibus & hortis (alia enim immobilia nos habere non possumus) idem fore dicit quām uis addat aliquid distinctionem; quæ ut plenius sciatur summatim subsequitur, quod s. similiter pertinet ad Papam & ad ecclesiam Romanam dominium & proprietas locorum emporum & fratribus seu concessionum aut donatorum eisdem à quibuslibet seu diuersis

uersis personis seu coitatis, seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habentibus. Nisi aliud in tali donatione concessione seu emptione fuerit explicatum seu ipsis donantibus seu concedentibus referuatum. Dicit etiam quod loca praedictis fratribus donata de uoluntate dantis fratres inhabitent, qua uolunta te mutata & fratribus patescata libere ea relinquant praececclesiam, oratoria, & cemiteria ad ecclesiā destinata, quæ oīa in ius & proprietatem Papæ & ecclesiæ Romanæ recipiuntur, dummodo ex eius assensu uel ecclesiæ Romanæ fuerit specialiter accepta. Tamē si dans in dando uel concedendo referuauerit sibi tale dominium tunc ad ipsum dantem, & non ad ecclesiā Romanam pertinet talium dominium, hæc ibi.

Et quāmuis dominus Ioannes 22. in extraugant. ad conditorem hoc reuocauerit: tamen iam alii Pontifices successores praedictam declarationem Nic. 3. quo ad hoc reualidauerunt & confirmauerunt, & reuocauerunt extraugant. dom. Ioan. 22. ut patet in constitut. Martini 5. cap. 1. & in priuil. iphius Martini 5. Per uigilis more, fol. 38. & ff. 3 6. ut sup. q. 1. dictum est in fine. Alii omnes Pontifices in bullis de syndico id fecerunt, ut patet sup. 4. cap. q. 16. &c. Et in super Nic. 5. in quadam bulla quæ habetur Val lisoleti sub plumbo, ut refert Spec. fff. 13. idem fecit quod Nic. 3. & 4. in priuilegio Quia nonnulli, fo. 28. id quod Benedictus 11. in priuil. inter ceteros. fo. 28. ff. 108. fecerat, late omnia confimās. Et tandem Alex. 6. in priuil. Dum fructus uberes, fff. 75. cōfirma uit literas suorum prædecessorum Martini 4. & 5. & Eug. 4. & Ca lixti 3. & Sixti 4. & Pauli 2. super hoc, ut sup. q. 1. in calce habetur Et Leo 10. in priuil. Merentur, fff. 13. iterum facit id quod Nic. 3. in sua declaratione prædicta, de quibus oībus potest etiam uideri in compendio tit. exemptio. ubi alia adduntur quo ad exemptionem pertinentia.

¶ Secundum punctum est, quod dominus Nic. 3. ubi supra, & alii Pontifices non recipiunt in suum dominium pecunias seu res pecuniarias, seu ad pecuniam reducibilia, ut arma, equi, &c. patet ex dictis, quia non recipiunt nisi res quarū usum facti possumus habere. Sed qui utuntur syndico secundum bullam Martini 4. &c. vide quod omnia legata nobis facta, etiam pecuniaria, pertinent ad

ad sedem Apostolicam seu ecclesiam Romanam, salte quo ad authoritatem dispensandi ea, ex quo nomine ecclesiæ & eius auctoritate syndicus Papæ ea potest recipere, petere & expendere, ut supra capite quarto, quæstione 16. &c. late dictum est. Similiter qui utuntur syndico secundum constitutionem Martini 5. tunc tales pecuniae pertinent ad ecclesiam Romanam, ut etiam dictum est supra.

Sed an dominium rerum preciosarum, curiosarum, superfluarumq; quibus fratres de facto utuntur, pertineat ad ecclesiam Romanam. dicit Spec. fff. 7. quod non. Ratio eius est, quia Nic. 3. &c. aiii de hoc loquentes, non recipiunt ad dominium ecclesiæ nisi res quarū usum facti licite fratres habere possunt. Sed talium rerum superfluarum &c. usum facti non possunt fratres licite habere: quia contra regulam uterentur eis, ut patebit infra quæstione decimaquarta, ergo. Sed certe mihi saluo meliori iudicio uidetur dicendum quod dominium talium rerū pertinet ad Papam sicut & aliarum rerum utilium non superfluarum, & ratio est, quia talium rerum usus est nobis licitus ratione materiæ (ut dictum est supra cap. 4. quæstione septima, & dicetur infra hoc sexto capite quæstione decima quarta. &c.) quāmuis sit illicitus ratione circumstantiæ, scilicet ratione qualitatis quantitatis, Sicut & potest ratione alterius circumstantiæ esse illicitus, scilicet ratione modi & finis & temporis, utpote quia non modo debito, aut nō tempore seu fine debito ipsis uteremur: Nunc autem Papa quando dicit quod accipit dominium rerum quibus licite uti possumus ratione materiæ: utpote quia non sunt prohibitæ, sicut usus pecuniarum, armorum &c. nobis ratione materiæ cōuenire possunt personæ statui aut officiis nostris: quod autem sic intellexerit Nic. 3. &c. patet, quia alias si res oīnes quibus non nisi illicite utimus, aut uti possumus ex quacunque circumstantia non pertinerent ad Papam, sequeretur quod quando quis malo animo: seu sine, seu malo modo seu non oportuno tempore uteretur habitibus aut lisbris quos haberet ad usum, quia tunc iam illorum dominium nō pertineret ad Papā, uel

uel saltem sequeretur, quod si quis conuentus aut prouincia haberet multos libros aut habitus, aut calices superfluos aut duplicatos, aut curiosos, quod iam non pertinerent ad Papam, quod non quadrat cōmuni omnīm intellectui. Nam ex quo potest aliquādo seu ab aliquibus fratribus haberi licite usus illorum uestimentorum, librorum, in toto uel in parte si distribuantur, iam usus eorum potest aliquo modo esse licitus aliquibus intra ordinem, & per consequens semper pertinent ad dominium Papæ, licet pro aliquo tempore respectu aliquorum, seu aliquo modo sit illicitus talis usus ratione talis circūstantiæ superfluitatis uel preciositatis. Neq; dicendum est quod quando talis usus est superfluus aut illicitus respectu aliquorum, tunc non pertinet ad Papam dominium eorum. Sed quando usus non est superfluus aut illicitus, quia hoc nulla ratione fundatur, igitur dicanus quod dominium omnium rerum quarum usus potest aliquo modo esse licitus in sua materia nostro ordini seu fratribus in generali pertinet ad Papam, quāuis respectu aliquorum seu aliquo modo, seu aliquando sit superfluus, aut preciosus, aut illicitus aliunde. Et forte hic intellexit Speculum ubi sup. & econtra dominium rerum quarum cunq;, quarum usus nullo modo potest esse licitus ratione materiae fratribus non pertinet ad Papam: patet ex dictis, ut est usus armorum, &c. huiusmodi. Ad prædicta etiam facit Leo 10. in priuilegiis merentur, fff. 15. qui concessit nobis aliquarum rerum preciosarum usum, utpote domorum, & rerum ad cultum Diuinum cum quibusdam limitationibus: & talem usum declarauit nobis licitum esse, & ea sum rerum dominium pertinere ad ecclesiam Romanam, ut supra de quibus etiam infra q. 14. latius habetur.

**Q**VAE STIO III. Quæritur ex quo fratres nullum ius aut dominium habere possunt, an possit uendere & emere & quomodo?

Respondeo per duo puncta, quorum primum est, Emere secundum 4. magist. & Hug. 6. cap. stat tripliciter. Primo modo emere est de precio rei mendacē conuenire. Secundo modo est solutionem rei emptæ uel emendacē procurare. Et hiis duobus modis possunt fratres min. aliquid emere, dummodo in prædicta conuentione de precio non se obligent uero uel falso, sed solu. bona fide

fide promittant quod premium rei procurabunt, ut supra 4: cap. q. 8. conditione 1. De mutuis dictum est secundum Nic. 3. non enim possunt fratres se ullo modo proprie & polytice se obligare ratione paupertatis, ut infra quæst. 5. habetur, & dummodo seruentur alia conditiones requisita circa procreationem pecuniae & solutionem, ut sup. 4. cap. dictum est. Et similiter istis omnibus seruatis, possunt fratres alicui seculari committere seu rogarer ut ipse auctoritate ipsiusmet aliquid emat pro ipsis fratribus, ut ait Hug. 6. cap. Tertio modo emere est pecuniam seu premium pro re empta dare, & hoc modo non potest emere, nisi qui habet dominium aut usum pecuniae, & per consequens fratres min. qui nihil proprium habent, neq; usum pecuniarum non possunt emere. & iste tertius modus emptionis dicitur proprie emptio. Ideo hoc modo proprie fratres emere non possunt neq; ad hoc auctoritatem pecuniae quam non habent aliis dare possunt (ut ait Hug. 6. cap.)

¶ Secundum punctum est, secundū eosdem 4. magistros & Hu. ubi supra. Vendere etiam stat tripliciter. Primo modo est, re propriam in alienum dominium pro precio transferre, & hoc modo dominus uendit qui habet proprium. ideo hoc modo fratres qui proprium non habent, non possunt uendere. Secundo modo uendere est de re aliqua premium accipere, & hoc modo fratres uendere possunt tametsi secundum eorum professionem sit turpe & inhonestum, haec illi. Et quidem hoc modo accipere premium id est, pecuniam est turpe & illicitum, etiamsi de auctoritate ementi fiat seu alterius, quia est contra fratrum professionem & regulam prohibentem pecuniae acceptationem, & ex hac parte est illicitum uendere illo secundo modo quāuis non sit contra uotum paupertatis fiat de uolūtate & auctoritate domini talis rei quæ uenit, sicut seruus uendit rem domini sui hoc modo. Vnde si daretur modus quo modo illa turpiter acceptationis precii seu pecuniae uitaretur, tunc certe de licetia domini talis rei fratres eam uendere possunt, quomodo autem hoc fieri possit, proxime dicetur. Tertio modo uendere (secundum Hug. 6. cap.) est rem aliquam alteri omnino relinquare & loco eius alioq; aliquo dominio ueli iure ad solūm simplicem usum facti aliam accipere, & hoc modo bene possumus uendere, hæc Hugo. Sed certe hoc mo-

modo uendere dicitur ualde improprie, ex quo ibi nulla est æstimatione neq; precium,, & potius est & dicitur commutare , de commutationibus autē infra q. 4. dicetur. Iḡitur hiis præmissis agendum est quod modo fratres possunt uendere cauendo omnem turpitudinem pecuniae & proprietatis. Dico ergo quòd in hoc standum est Nic. 3. art. 3. 5. quia uero. ibi de hiis agens sic ait. Quia uero dominium librorum & aliorum mobilium quibus tamordo quam fratres utuntur , quæ tamen non sunt dominii aliorum ad præfatam ecclesiā specialiter spectare dignoscitur: quæ libros & mobilia interdum contigit seu expedit uendi , uel etiam cōmutari fratrum utilitatibus & eorum conscientiæ prouidere uolentes, eadem auctoritate concedimus ut commutatio talium rerum & ad eas res quarum usum fratribus licet habere de generalis & prouin. ministrorum in suis administrationibus coniunctim uel diuisim auctoritate procedat, quibus etiam de dispositione usus talium rerum concedimus ordinare. Si uero res huiusmodi æstimatio precio uendi cōtingat cum fratribus ipsis per se uel per aliū recipere pecuniam regula prohibente nō licet. Ordinamus & uolumus quòd talis pecunia seu precium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius usum fratribus licet habere per procuratorem à præfata sede uel à Cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis depurandum iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis & ingruētibus ordinatum, hæc ibi. Ex quibus uerbis eliciuntur 5. conditiones requisitæ ad licite uendendum.

**Prima conditio.** quòd si res uendenda pertinet ad Papam, tunc de licentia min. gen. uel prouin. secundum Nic. 3. ubi supra: & etiam per extensionem Martini 4. in priuil. Exultantes, ubi de syndico agit, ut habetur supra 4. cap. q. 16. &c. de licentia custodum & aliorum fratrum quibus ipsis prælati prædicti commiserint, & sic uidetur quòd de licentia guardianorū potest uendi, ex quo guardiani ratione sui officii habent præfamat commissionem in generali commissione eis concessa à suis min. & custo. in sua dictione uirtute consuetudinis aut statutorū, aut etiam alias, ut patet in litera guardianatus, quod est uerum , nisi ipsis guardianis specialiter per prælatos superiores , aut per statuta, aut per consuetudinem quæ æquualet lege quæ est optimale gum interpres, hoc prohiberetur aut denegaretur quo ad aliquid aut

aut quo ad omnia uendenda. Secunda conditio quòd sint mobilia: quia solum hæc mobilia pertinentia ad Papam concessit ipse Papa posse uendi ubi supra. Sed forte per prædictū priuil. Martini 4. etiam conceditur posse uendi immobilia, licet hoc non clare ibi exprimatur, uidetur tamen id concedi in generali concessione ibi facta sine immobilium exceptione. ideo dixi forte quia etiā per communicationem priuil. monialium & aliorum religiosorum quibus concessum est posse uendere immobilia, id quoq; lictum forte nobis est. De quo uideatur in compendio priuil. tit. alienatio, tit. ædificare, tit. bona. Tertia conditio quòd si precium rei uenditæ pertinentis ad Papam est pecunia , non potest accipi nec expendi, nisi per syndicu[m] Papæ, ut pecunia ad Papam pertinens. ut de hoc supra 4. cap. q. 16. &c. latius habetur, uide ibi : secus si non esset pecunia, tunc enim possunt fratres recipere per se talem rem ad utendum ea, ut patet.

**Quarta conditio,** qua contractus ipsius uenditionis & cōuentio seu æstimatione precii seu rei uendendæ eiusq; dominii translatio ibi interueniens est necessario facienda per syndicu[m] Papæ, cuius est ipsa res quæ uenditur, non autem per fratres neq; per aliū auctoritate fratrum interpositum , & hoc est uerum quando talis res quæ uenditur, fuit pecuniario modo accepta, id est, eo animo, ut uenderetur seu distraheretur pro alia re. Eratio huius est, quia cùm talis res tali animo accepta ad uendēdum sit uere pecunia, ut patet ex supradictis cap. 4. q. 1. ergo non potest nisi ut pecunia per syndicu[m] quando pertinet ad Papam, aut per amicum spiritualem quādū eius dominium pertinet ad aliū distrahi aut alienari, quānū possit per fratres ipsos recipi & transportari, ut supra cap. 4. q. 4. in 3. eius punc̄to dictum est. Et in hoc omnes doctores concordant & statuta de hiis agentia, de quo nō est dubium. Sed dubium est utrum similiter necessario debeat talis contractus aut conuentio seu æstimatione precii interueniens fieri per syndicu[m], quando res pertinet ad Papam, aut per amicum spiritualem, quando res uendenda pertinet ad aliū: an etiam possit fieri per ipsosmet fratres personaliter, quando talis res uendenda non fuit pecuniario modo accepta, id est , eo animo ut uendetur aut distracta retur, sed principalius fuit accepta animo utendi illa in suis usibus, & post si contingat

cam fieri inutilem, aut de ea aliquid superfluere, aut iam non esse necessariam, ita quod expedite eam uendere habent animum minus principaliter eam uendendi. Respondeo quod Spec. fratrum min. & cum eo communiter doct. omnes fere de hoc loquentes dicunt quod nullo modo licet fratribus personaliter talem rem uendere modo praedicto, scilicet faciendo contractum & conuentionem & precii aestimationem, neque tradere talem item in potestatem ementis, sed quod syndicus nomine Papæ, aut amicus spiritualis nomine alterius domini talis rei, potest & debet hoc facere, & non aliud. Sed certe ego non video rationem sufficientem ad dogmatizandum tam stricte, neque ulla auctoritas ad id cogit. Ideo salvo meliori iudicio dico, quod in casu dubiis praefati rem non pecuniario modo accepta, bene licet fratribus ipsis personaliter uendere de licentia prælatorum & domini talis rei, & contractu uenditionis facere, & conuentionem, seu aestimationem precii dummodo caueatur scandalum aut alia occasio peccati, & omnis alia prava circumstantia alias uitians, seu inficiens talem actum. Ratio quia nullus Pontifex neque declaratio id prohibet, ut patet, quia Nic. 3. ubi sup. de hoc agens, hoc certe non prohibet, quia solum dicit quod premium rei uenditæ accipiat per syndicum & de contractu uenditionis nil prohibet nobis. immo generaliter loquens sine exceptione concedere uideretur quod de licentia prælatorum potest fieri personaliter per fratres, etiam quando precii aestimatio interuenit, neque alius Papa inuenitur id prohibere. Neque per regulam est illicitum, patet quia non ratione voti paupertatis probatur, quia in praedicta uenditione sunt multi actus quorum unus est aestimatio precii, & haec certe non prohibetur nobis, sicut in re alterius agere de ualore rei. Quid enim detrahitur paupertati propter hoc, quod ego de hac uel illa re cuiuscunq; sit, dicā quod ualeat tantum uel tantum? Item alius actus est traditio uel translatione rei in potestatem ementis, & acceptatio precii talis uel talis: quae duo faciunt conuentionem & contractum perfectum: certe de licentia domini talis rei, ut seruus domini nil iuris habet in re: non uideretur quare non possit licite id facere auctoritate domini Papæ aut alterius domini talis rei, quia & Nic. 3. ubi supra expressum uideretur huic suffragari. Neque hic interuenit pecunia acceptio ex quo ut supponitur, premium pecuniarium debet per syndicum aut:

aut per amicum spiritualem, ut pecunia accipi, & non per fratres ut supra dictum est, ergo de se non est contra regulam quod talis uenditio fiat per fratres ipsos. Dico notanter de se, & duimmodo caueatur scandalum &c. quia quatenus est de rigore regulæ & de claracionum quo ad hoc non uidetur illicitu uendere modo praedicto simpliciter sine strepitu & solemnitate iudicali & iuridica, aut ciuili obligatione, &c. Secus autem si aliunde proueniat scandalum, aut prava circumstantia: tunc enim uenditio de se licita fieret illicita ratione talis circumstantie, sic ut & quodlibet bonum opus potest sic infici. ideo si in tali uenditione interueniat aliqua obligatio ciuilis, aut si iuridice fieret uel in iudicio, aut si etiam ex hoc agendum in iudicio, iam tunc non liceret fratribus personaliter si uendere rem quamcunq; sed per syndicatum nomine Papæ, secundum priuile. Martini 4. & Nic. 3. quia haec omnia sic prohibita sunt fieri alias ex regula, aut per Papam, aut ratione scandali & huiusmodi (ut in suis locis de singulis agendum est in hoc 6. cap. Et quidem quamuis sit purius & honestius quod id fiat per syndicatum, non tamen uidetur dogmatizandum quod sit necessarium: maxime cum oppositum communiter practizetur, possitq; frater min. peccare contra conscientiam praedicto modo uendendo per se, si ei dicatur esse illicitum: in quo tamen non peccaret si ei ueritas diceretur. Non enim sunt fratribus plures laquei ordiendi, q; ex sua professione tenentur: utinam uel sufficienter ea seruentur, ad quae ex regula & professione tenentur & non augeantur neque minuantur uota nostra. Quod si contra hoc arguatur quod Martinus 4. in priuile. Exultantes concedit syndicatum ut uedat res omnes pertinentes ad Papam (ut patet supra 4. cap. q. 16. &c.) ergo uidetur quod id non licet fratribus personaliter agere, patet quia alioquin non esset necessaria talis concessio. Item in tab. 19. Vic. generalis habetur hoc modo, Declaratur quod res uendenda, comitanda, aut extra ordinem alienanda, de consensu min. prouincialis tradantur amicis spiritualibus, qui auctoritate Apostolica Martini 4. & 5. secundum bonam conscientiam commutent, uendant seu alienent: ita quod per fratres talium rerum premium nullatenus aestimetur, haec ibi, quod expresse uidetur contra præstatam nostram singularem opinionem. Respondeo ad illud Martinus 4. quod illa concessio facta est tamquam necessaria pro rebus pecuniariis

pecuniario modo acceptis ad uendendum (ut supra dictum est) aut quia etiam res uendenda solemniter seu iuridice cum obliga tione ciuili, &c. huiusmodi, tunc enim ratione huius circumstan tiae non posset uendi, nisi per syndicum, ut supra etiam nos dixi mus & exceperimus, & sic intelligitur illud priuilegium quo ad hoc alioquin illud priuilegium non esset nobis fauorabile, si per id pro hiberetur quod non est prohibitum per regulam & declaratio nem Nic. 3. in suo rigore uiuentibus non acceptatibus dictum pri uil. Martini 4. ergo. Ad aliud de tab. 19. Vic. gen. Respondeo similiiter quod intelligitur de rebus pecuniario modo acceptis ad uendendum, uel quando etiam res uendenda solemniter &c. Di co etiam 3. quod hoc solum habet uim statuti declarantis & statu entis id quod purius & honestius est, etiam quando res non pecuniario modo accepta esset uendenda simpliciter. Multa enim statuantur propter maiorem puritatem, aut propter uitandas oc casiones peccatorum communiter apud simplices emergentes ex tali actu: & tale est huiusmodi statutum seu declaratio, quod patet, quia declarat quod de licentia min. prouin. possit res uendi per syndicum, secundum priuil. Martini 4. & 5. (cum tamen id licet de licentia etiam custodis. ut supra in prima conditione dictum est) ergo salua ueritate, sic teneatur probabiliter, ut dictum est, quo ad hanc quartam conditionem.

¶ Quinta conditio est, quod si res uendenda pertinet ad domini um alterius à Papa, tunc de uoluntate & auctoritate ipsius domini potest uendi per fratres, per seipso, aut per alium amicum spiritualem modo supradicto, dummodo precium si fuerit pecunia recipiatur per aliquem amicum spiritualem nomine ipsius domini rei uenditæ: sicut & alia pecunia ab eo donata & eius dominium pertinens secundum Nic. 3. uel potest recipi talis pecunia per syndicum nomine Papæ sicut & de aliis eleemosynis pecuniariis dictum est sup. 4. cap. q. 16. &c. secundum priuil. Martini 4. & 5. de syndico, & sic limito & intelligo quod habetur in seren. conscientia q. 74. ubi dicitur quod non solum per syndicum licet fratribus uendere, & eæteros contractus facere, sed etiam per ipsos ministratores rerum, uel pecuniarum, uel per ipsos dantes. Quomodo autem possunt uendi uel dari habitus pro defunctis, uideatur sup. 4. cap. q. 15. &c. de rebus etiam à nobis elaboratis quomo do.

do possunt uendi uideatur sup. 5. cap. q. 3. Et notandum quod qui aliter uendiderit quam dictum est, peccaret contra uotum paupertatis: ut etiam habetur in Seren. conscientia q. 74. uel etiam peccaret contra prohibitionem de pecunia, patet ex dictis.



V A E S T I O 1 1 1 1 . Quæritur an fratres min. possint commutare, distrahere seu alienare res quibus utuntur & quomodo?

¶ Respondeo per duo puncta, quorum primum est. Fratribus min. non licet auctoritate sua rem aliquam pro alia commutare, distractare, seu alienare, sed solum auctoritate domini talis rei: & eo modo quo ipse uult & nomine suo: & ad hoc sufficit auctoritas seu uoluntas eius probabiliter præsumpta, quando commode non potest haberri expressa. Hæc omnia patent ex questionibus precedentibus in hoc 6. cap. quia ex quo fratres nullum ius aut dominium in talis re habent. ergo non possunt de ea disponere, nisi siut dictum est: & concordant 4. magistri cap. 4. & 6. In quo notandum, quod commutatio est quando species unius rei pro specie alterius datur, modo interueniat precii æstimatio, modo non, secundum 4. magistros, ubi supra. Et notandum quod hic species capitur iuridice, id est, prout includit indiuiduum, more iuristarum. Nam iuristæ sæpe uocant idem specie, id quod est idem etiam numero. Et econtra diuersum specie id quod solum numero differt ab alio, ut unus equus dicitur ab eis quod differt specie ab alio equo. Et idem genere uocant quod est eiusdem speciei logicæ aut phisice. Et diuersum genere quo d solum est alterius speciei logice aut phisice: utpote duos equos dicunt esse eiusdem generis, sed diuersæ speciei, id est, diuersos numero, & unum equum dicunt esse alterius generis à boue. In natura autem iuristica qualis est hæc de qua nunc agitur quæ habet suos terminos & uocabula, est hoc aduertendum ne quis decipiatur (ut de hoc late Cōradus de contractibus. question. 18. ut dicit iurisconsultus l. 2. ff. si certum petatur: & sic loquuntur quatuor magistri. ut supra, docentes quod commutatio est quando species unius rei pro specie alterius datur, id est, quando una res quæcunque sit pro alia qualcumque datur, ut quando unus asinus pro alio, dummodo aliqua illa rum rerum

serum non detur pro precio alterius rei aestimatae, quia tunc esset uenditio & emptio proprie, non autem commutatio, ut patet ex dictis supra q. 3.

¶ Secundum punctum est, quod ad licite commutandum res pertinentes ad Papam, quibus iam utitur ordo, requiruntur 3. conditiones. Prima quod fiat de licentia min. prouin. & custodis, ut supra q. 3. condit. 1. Secunda conditio, quod sit res mobilis, ut sup. q. 3. condit. 2. habetur. Tertia, quod si mediante aestimatione precii, commutantur aut distrahantur pro aliis rebus, tunc non nisi per syndicu fieri potest secundum communiter doct. & habetur in seren. conscientia q. 8 i. & in Spec. &c. Sed ut mihi uidetur, hoc non est necessarium, propter rationes tactas, ubi supra q. 3. condit. 4. ibi uideatur, & omnino ad propositum applicentur cum limitationibus ibi positis & responsionibus ad argumenta, quando s. non fuit accepta talis res modo pecuniario, s. ad commutandum eam pro alia, ut ibi dictum est. Si autem talis res mobilis pertinens ad Papam qua fratres utuntur est commutanda sine precii aestimatione, sed simpliciter pro aliare, tunc dicit Nic. 3. ubi sup. art. 3. s. quia uero, quod potest commutari pro aliis rebus quarum usum fratres licite habere posunt, & hoc tecum dispositionem min. gen. uel prouin. coniunctim uel separati, de cuius uel quorū auctoritate procedat, haec ibi: ut habetur supra q. 3. ex quo inferiur (ait Spec. frarum min.) quod postquam in ea sem declar. Nic. 3. quam sine additione & diminutione servare debemus non inuenitur expresse prohibitum uel declaratum, quod scilicet ipsi fratres personaliter sine syndico non possint facere præfatam commutationem, quando interuenit pecunia aut precii aestimatio. quod ergo ipsi fratres possunt personaliter eam facere, nisi aliunde proueniat scandium, aut alia circumstantia uel cians, quamvis purius & honestius fieret per syndicu: maxime quia uix fit aliqua commutatio quiu interueniat aliqua aestimatio precii aut rei commutandæ, &c. haec Speculum. & ius dictum & ratio militat pro nobis, etiam si interueniat precii aestimatio, ut supra dictum est. Quod si contra hoc arguatur, quia in tab. 19. Vic. gen. habetur sic. Declaratur quod prælati nostri per amicos spirituales possunt commutare rem pro re, putare dare duo corria & ouina pilosa pro uno raso parato pro calciamentis & huius-

fino

smodi, haec ibi. Ex quo uidetur quod commutatio rei non interueniente aestimatione precii iam paulo ante in eadem tabula dictum fuit, quod non nisi per amicos spirituales, ut supra q. 3. in 4. conditione habetur. Respondeo hoc est statutum declarans & statuens id quod purius & honestius est, nō autem quod necessarium sub regulæ transgressione est faciendum, ut sup. q. 3. dictum est. Si autem res commutanda pertinet ad dominium alterius à Papa, tunc quomodo & per quem ipse uoluerit & eius nomine & auctoritate, & non aliter potest commutari, modo interuenient aestimatio precii, modo non, & id de licentia prælatorum qui possunt concedere usum rei, ut infra q. 7. habetur. Et sic limito quod habetur in seren. conscient. q. 7. ubi dicitur quod non solùm per syndicu licet fratribus uendere, & ceteros contractus facere, sed etiam per ipsos ministratores rerum uel pecuniarum, & peripos dantes.



V A E S T I O V. Quæritur an fratribus min. liceat dare & recipere commodatum, pignora, conuentiones, pacta, seu obligationes facere, aut recipere seu contraherre debita intra & extra ordinem, & quomodo?

Respondeo per quinq; puncta: quorum primum quo ad obligationes, pacta, conuentiones est, quod fratres min. nō possunt se ciuiliter alicui obligare aliquo modo uerbo, literis aut facto, pro quacunq; re seu causa. Ratio, quia sunt incapaces iuris seu actionis cuiuscunq; temporalis, ut sup. q. 1. dictum est: & qui nihil habet, non potest obligari pro temporali: quia esset inanis & illusoria talis obligatio. Nam secundū ius inanis est actio quā inopia debitoris excludit. Obligari autem improprie non ciuiliter bene possunt sub conditione, sic s. quod possunt fratres de licentia suis superioris promittere bona fide quod laborabunt fideliter ut possunt satisfacere super tali re, seu negocio, seu facere tale quid. alias nō possunt sine licentia sui prælati sic promittere, quia quin non est suus, nō potest ullo modo alteri obligare aut promittere. Et cum hiis expresse concordat Nic. 3. art. 3. ut sup. 4. c. q. 8. condit. 1. dictum est quomodo possunt fratres mutuum cōtrahere, quomodo non. Et Hug. 4. cap. 1. & habetur in Seren. cōscient. q. 8. & 4. magistri in 4. cap. ut sup. 5. cap. q. 3. habetur.

y

Quomo

Quomodo autem quis se obligat ciuiliter uerbo aut literis cōstat quomodo autem factō hoc potest constare ex circūstantiis & cōsuetudine seu natura talis facti &c. huiusmodi. Ut si quis emat rem eo ipso se obligat ad solutionem, nisi aliter exprimat seu apparet, ut ait Hug. 6. cap. Et ait Hug. 6. cap. quōd cauere debet fratres ne in contractibus aut in alijs actibus, in quibus ipso factō est obligatio annexa, ne in qua in putent uerbum aut actum talem obligatorium excusari ab obligatione seu à culpa per quandam uerborum inuolutionem quam homines cum quibus trātatur, non intelligunt. Non enim sola intentio sufficit ad hoc quōd per tales actus non obligentur fratres de factō, aut ad hoc quōd per tales actus non teneantur crimine fraudulentē obligatiōnis. So- la quippe intentio nō potest facere licitum aut nō obligatorium actum de se illicitum aut obligatorium. Ideo talis obligatio à tali bus actibus expresse excludenda est, alias fraudulentē fratres se haberent: & ideo de hiis habentur multa in constitutionibus generalibus quomodo fratres se habere debeant. Vnde & ex dictis patet, quōd cōtra nos nulla est actio pro temporalibus bonis in iudicio, neq; pro seculo iudiciale: sicut neq; nos possumus eam habere contra alium, ut Zabarell. in Clementina exiui, §. 13.

Quomodo autem hiis non obstantibus liceat nobis facere pacta & conuentiones personales, seu pro aliquo faciendo, videatur la- tius in compendio titulo concordia, titulo conuentiones.

Secundum punctum est, quo ad debita contrahenda: & dico quōd non possumus ea contrahere proprie & ciuiliter ut dictum est, sicut non possumus obligari. Impropiet autem sic bona fide promittendo, patet ex dictis in i. punto, & ideo in constitutio- nibus generalibus habetur circa hoc prouisum.

Tertium punctum, quomodo possunt nobis alii obligari, aut esse debitores nobis, & dico (ut habetur in Seren. conscientia q. penultima litera z secundum Barthol. in lib. minoricarum) quōd proprie loquendo, nullus potest nobis esse obligatus aut debitor ciuiliter pro aliqua re temporali, sicut nec nos possumus obligari hoc modo alicui, aut habere ius seu actionem in aliquem, quia propria & ciuilis obligatio dicit hæc duo correlatiue, scilicet quōd u- quis tenetur obligatus ciuiliter alicui, & alius e contra tenet & ha- bes.

bet prædictam obligationem seu ius, ut si de exceptione. I. priuina Sed loquendo impropre, prout obligatio accipitur pro quadam æquitate qua quis in seipso tenetur lege aliqua ad dandum uel sa- ciendum: licet ad hoc à nemine teneatur ciuiliter obligatus, & ra- lis obligatio quæ potest dici naturalis æquitas, parit officium iū- dicis, ut l. quintus, de annuis legatis, & l. hæreditas, de pen. hæ- red. Et isto modo bene potest quis esse obligatus fratribus min. sicut & ipsi alii, ut dictum est: & similiter debitores.

Quartum punctum, quo ad impignorationes dico quōd (se- cundum quatuor magistros & Bart. Pis. cap. 6.) fratres possunt impignorare res quibus utuntur, & hoc auctoritate & nomine eorum ad quos talium rerum dominium pertinet. Impignorare autem in proposito est res sibi ad usum concessas pro magis neces- sariis ad tempus obligare alicui & tradere, hæc illi. Pro quo no- tandum, quōd quis contractus impignorationis est contractus proprietatis, & habet aliquam obligationem annexam. Ideo fra- tres minores non possunt per se auctoritate propria ciuiliter aut judicialiter talem contractum facere nomine suo: neq; nomine al- terius tanquam actores illius: quia sich haberent auctoritatem mi- nisterialem in sic dispensando seu contrahendo, seu obligando se- uel alium ciuiliter, cuius actus non sunt capaces, quia sunt actus proprietatis. Igitur solū possunt impignorare large seu proprie- sic s. quōd alius faciat contra eum ciualem nomine & auctorita- te domini talis rei. & ipsi fratres tradant eam, uel ipsimet fratres possunt bona fide promittendo quōd fideliter procurabunt satis facere & tradere talem rem alicui, & hoc habita auctorita- te dominicalis rei expressa uel probabilitate præsumpta: quia talis impignoratio nō est proprie ciuilis, neq; habet obligationem ciualem annexam. Notandum quōd obligatio ciuilis appellatur hic ea quæ est iudiciale uel iuridica, pro qua oportet agere in iu- dicio. Ideo si talis res in pignoranda ciuiliter & proprie pertinet ad Papam: tunc syndicus eius, & non alius, debet facere talem contractum & obligationem ciuilē nomine Papæ, & fratres pos- suit tradere talem rem. Si autem pertinet ad alium, tunc ipse uel alius eius nomine & auctoritate quicunque ipse uoluerit, ipse dominus faciat, potest facere p̄dictum contractum ciualem

contractum ciuilem impignorationis, & fratres non nisi solū trare talem rem impignorandam. Quòd si talis res non est impignoranda proprie & ciuiliter, sed impropre aut large, s. promittendo tantum quòd bona fide procurabunt, &c. tunc ex quo nō est proprie contractus ciuilis aut actus proprietatis, aut obligatio ciuilis, bene possunt fratres per seipso de licentia dòmini talis rei, quicunq; ille sit, ut dictum est eam impignorare sicut & uendere, & quando interuenit pecunia, uideatur supra 4. cap. q. 8. conditione 1. & q. 16. Et ad prædicta omnia requiritur licentia prælatorum ordinis: & credo quòd sufficit licentia min. prouincialis, & cust. & etiam guardianorum, nisi in constit. gen. aut prouincia libus aliud circa hoc habeatur, aut nisi guardiani à suis min. & custod. circa hoc prohibeantur, ut dictum est sup. q. 3. Et secundū prædicta credo intelligendum esse quod supra secundum 4. magistros & Bart. Pif. dictum est. Sed an liceat uasa sacra impingonare, uideatur in summistis tit. uasa sacra. Similiter an nos possimus recipere pignora aliorum pro aliquibus rebus commodatis dic quòd eo modo quo possumus dare pignora: sic econtra recipere sine obligatione ciuili nobis applicata. Similiter an possimus accipere pignora pro rebus uenditis aut pro habitibus datis pro defunctis, aut pro aliis debitibus quibuscunq;: dic quòd pro rebus aut pro precio earum, aut pro legatis seu pecuniis, aut pro debitibus quibuscunq; quorum dominium aut dispensatio pertinet ad Papam uel ecclesiam Romanam, possumus similiter recipere pignora, dummodo contractus aut obligatio ciuilis impignorationis non fiat nobis seu à nobis: sed syndico & assyndico, ut supra dictum, uel illi seu ab illo, seu per alium illius nomine & auctoritate, ad cuius dominium talia pertinent, pro quibus tale pignus datur, & dummodo caueatur scandalum & species mali & alia circumstantia uicians quomodo cunq;, quod dico pro tanto, quia male sonat quòd nos quomodo cunq; pignora accipiamus pro qua cunq; re aut debito, maxime apud eos qui nostrum statū & obligationem nondum perfecte norunt: neq; aliud sciunt aut de nobis aëstimant, quam id quod uident, s. pignora per nos recipi aut detineri pro habitibus aut aliis quibuscunq; rebus, aut debitibus. Ideo melius & securius est quòd per syndicum recipientur, ut dictum est, uel per alium nomine & auctoritate aliorum non fratum

fratum, & postea nos possumus ea recipere à syndico ad custodiendum illa. Pro pecunia autem non pertinente ad Papam, &c. non possumus recipere ullo modo per nos, necq; per syndicum neque per alium pignora aliqua, quantumcunq; sit nobis alias debita, aut promissa pro missis, pro sermonibus, pro quocunq; labore seu exercitio corporali seu spirituali. ex quo talis pecunia humiliter sicut & pure liberaliter oblata sine alio iure aut actione super eam recipienda est, eo modo quo supra 4. cap. & latius q. 15. & cap. 5. q. 3. dictum est: ibi uideatur ut oportet.

¶ Quintum punctum quo admodum data est, quòd commoda-re proprie importat obligationem ciuilem in commodatario ad restituendum non commodatam, & hoc modo fratres non possunt esse commodatarii, i. non possunt rem commodatam accipere, sicut non possunt se ciuiliter obligare, ut dictum est in 1. & 2. punto, &c. Improptie autem sine tali obligatione ciuili, sed solū bona fide promittendo restitutionem rei, bene possunt accipere commodatum (ut aiunt quatuor magistri 6. cap.) Et notandum quòd commodare est rem aliquam eandem numero restituēdam alterius fidei committere ad aliquem usum ad tempus, ut uestes, libros, iumenta, &c. huiusmodi. Nam mutuare est rem non eandem numero, sed in alio æquivalenti restituendam alteri tradere, ut pecunias, panem, uinum, &c. huiusmodi, de quibus mutuis supra 4. cap. q. 8. condit. 1. habetur. Commodatum autem dicitur res ipsa commodata. Commodator est ille qui rem dat commodata. Commodityarius autem est is qui eam recipit commodata, ut dictum est, quomodo fratres possunt aut non possunt esse commodatarii. Commodare autem animi obligatione nobis facta de restituendo, nos non possumus ut dictum est, quòd non possumus impignorare, uid. ibi, quia eo modo possumus commodare sicut & impignorare, & non aliter, ut in 4. punto habetur, s. quod est uerum de se nisi per prælatos nobis prohibeatur aliquid circa hoc: quod ideo dico, quia in statutis gen. habetur, quòd fratres non commoden uasa aurea uel argentea, &c. secularibus aut extra ordinem propter lites & obligationum pericula cauenda: ideo sic est faciendum. Intra ordinem bene possunt inuicem fratres sibi commodare & accipere commodata: etiam sine expressa licentia prælatorum, dum non prohibetur, quia est actus

actus charitatis, & est licentia probabiliter præsumpta, dum non prohibentur aliqui specialiter in aliquo casu, ut ait Hug. & Bart. Pif. 6. cap. immo & id suadetur faciendum, & oppositum caudum in tab. 3. Vic. gen. ibi uideatur si placet. Alias si quis renite retur nolens commodeare res quibus utitur sine rationabili causa sicutur aliqualiter sibi usum talis rei appropriare, ut de hoc infra q. 9. habetur.

### V A E S T I O VI . Quæritur, An licet nobis aliquid donare intra aut extra ordinem & donata recipere, & quomodo?

Respondeo per duo puncta, Quorum primum est, quod fratres min. non possunt donare aliquid alicui intra uel extra ordinem, nisi de licentia habita, uel probabiliter præsumpta ipsorum dominorum talium rerum. Ratio, quia donare est actus proprietatis, cuius sunt incapaces fratres, nihil proprium habentes, ut patet ex dictis sup. q. 1. & concordant quatuor magistri, & communiter omnes expositores 6. cap. Vnde notandum quod petere aliquid ad donandum auctoritate nostra alicui alteri cuius cura nos non habemus, non possumus, quia est actus proprietatis, ut dictum est, sine licentia dantis. Si autem sit pecuniaria res quæ sic pertinet ad dandum alteri, etiam à fortiori non possumus: tum quia actus proprietatis, tum quia ex quo est pecunia debet seruari modificationes circa pecuniam, ut de hiis latius habetur sup. cap. 4. q. 7. ibi uide. Si autem talis res sit iam habita in nostro usu & eius dominium non pertinet ad Papam, sed ad alium quemque, tunc de uoluntate & licentia ipsius fratres possunt eam donare intra & extra ordinem, & sufficit uoluntas probabiliter præsumpta, quando commode non potest haberi expressa à domino talis rei. Si uero talis res pertinet ad dominium Papæ, tunc non potest donari, nisi ut ipse Papa disponit. Si quæras quomodo ergo dominus Papa disponit de talibus rebus ad suum dominium pertinentibus? Respondeo quod sic, scilicet ut habetur in declarat. Nic. 3. artic. 3. s. de uilibus autem mobilibus, ubi sic habetur. De uilibus autem mobilibus quorum dominium pertinet ad sedem apostolicam, licet fratribus elargiri intra uel extra ordinem causa ieiunationis, uel alia causa iusta de licentia suorum superiorum quemadmo

admodum quo ad ipsos dantes licentiam, & quo ad ipsas res uiles & parum ualentes, & earum precium ab ipsis fratribus in cap. gen. uel provinciali fuerit ordinatum, hæc ibi. Ex quibus uerbis ait Spec. fiff. 9. quod eliciuntur 5. conditiones requisitæ ad hoc, quod fratres possint aliquid donare de talibus rebus pertinentibus a 3 Papam. Quarum 1. est, quod talis res iā sit in usu fratrum & in dominio Papæ. Nam non possunt fratres petere aliquid uident alii, neq; ualorem unius oboli, nisi de uoluntate dantis, nisiam dictum est, & habetur supra 4. cap. ubi sup. quottatū est.

Secunda conditio est, quod sit res uiles secundum quod de huiusmodi uilitate capitulum generale uel provincialle determinauit, ut dicit Nic. 3. Sed Leo 10. fiff. 5 9. concessit ut non solùm in cap. generali uel provinciali, uel etiam custo. possit min. gen. & prouin. & custos, Sed & quod extra prædicta capitula possint prædicti omnes prælati, simul & per se & eorum generales commissarii arbitrii quæ res debeant uiles & parui ualoris reputari, ad hoc quod possint per fratres donari intra uel extra ordinem.

Tertia conditio est, quod fiat de licentia superioris sui, secundum Nic. 3. Sed quis est superior qui hanc licentiam concedere potest? dico quod Nic. 3. non assignat aliquem, sed dicit quod illi intelliguntur superiores quo ad hoc qui in cap. gen. uel provinciali fuerint assignati.

Sed Leo 10. ubi supra etiam cōcessit quod non solùm min. generalis uel provincialis, sed & custos, & eorum generales commissarii, ut dictum est, extra sua capitula possint suis subditis concedere licentiam ad dandum uel recipiēdum præfatas res uiles mobiles intra & extra ordinem. Vnde inferitur quod guardiani ex uo officii non possunt præfata licentiam concedere nisi eis à præfatis prælatis committatur. Committitur autem semper fere iam eo ipso quo guardiani instituuntur, ut patet in literis guardianatus: Sicq; ex tali commissione possunt ad hoc licentiarie, nisi specialiter prohibeantur: quia & sic uidetur esse in consuetudine, quæ & habet uim legis, & sæpe præstat iuris dictio potestatem, uel auctoritatem superioritatis.

Sine præfata auctoritate non possunt fratres esse inter se inuenient quantum ad uilem rem donare aut recipere, ut ait Hug. 6. capite, quia licet res sint communes ad usum, tamen earum dispensatio uel dispositio solùm conceditur prælatis prædictis.

Et concord. Seren. conscient. q. 81. secundum Aluarum, & auct. Conform. & August. Et tandem in tab. 19. Vic. gen. habetur de claratum quod fratres nullo modo possunt aliqua quantumcumq; uilia, aliis fratribus aut secularibus, sine licentia superiorum donare, hæc ibi. Sed in tab. cap. g. Rapistanii anno Domini 1511. celebrati, habetur sic. Declaratur quod patres prouinciales custodes & guardiani possunt dare intra & extra ordinem aliquas par uas res uiles seu parum ualentes intuitu pietatis & charitatis, non autem subditi, nisi de licentia suorum prælatorum prædictorum expressa uel probabiliter & iuste præsumpta, hæc ibi. Et sic patet quod guardiani iam id possunt ex officio, quia eis sic concessum declaratur. Tamen prædictis non obstantibus (ait Hug. & Bart. Pisan. 6. cap.) quod pro penna, acu, filo & acubus, & huiusmodi uilissimis & saepe necessariis, uidetur quod sufficiat licentia generalis, uel quod prælatus sciens non contradicat, sed libenter permittatur: quia tunc uidetur licentia interpretativa & sufficiens quando de eius contraria uoluntate probabiliter non præsumitur, qui enim tacet cum libere contradicere possit & teneatur, iam consentire uidetur & censetur. quod pro tanto dico, quia alii quando prælati tolerant aut permitunt aliqua que nollent fieri neq; concedere licentiam uellent: sed tacent non prohibendo, ne sequatur aliud malum, aut propter uitandam proteruiam subditorum, qui scandalose resisterent si eis aperte prohiberetur, & talis tolerantia prælatorum, non ualeat pro licentia, neq; excusat subditos cum talis tolerantia facientes prædicta. ut dicetur in 2. punto.

Quarta conditio est, quod sit res mobilis, & ideo rem immobilem, ut pura de horto, uel de alia parte loci uel domus non possunt fratres donare neq; passum pedis, & si dederint non ualeat donation, & taliter dantes exercent actum proprietarii & furti. Sed quo ad hoc uideatur compendium tit. alienatio & alibi secundū subiectam materiam.

Quinta conditio est, quod res donanda non sit pecunia, quia uero habetur ex declarationibus Apostolicis, etiam min. gen. cum toto cap. generali, & cum toto ordine non potest donare, nec unum quidem denarium amore Dei: quia non sumus nec esse possumus domini administratores, aut dispensatores pecuniarum.

Nec

Nec possumus de tali pecunia emere aliquid ad dandum aliis, & multominus exenia aut munusculatis. His tamen non obstantibus, bene possunt fratres rogare, seu intercedere apud aliquem pro aliquo, ut ei aliqua pecunia donetur, ut latius de hiis omnibus dictum est supra 4. cap. q. 7. condition. 5. &c. & q. 9. per totum ibi uideatur, &c. Vnde circa prædicta potest queri aut dubitari, utrum si quis legauit fratribus decem, mortuo ipso eius haeres rogat fratres (quia forte est pauper) ut dimittant medietatem aut aliquam partem, an possint fratres hoc facere? Respondeo, dicit Spec. fff. 9. quod clarum est quod non, quia cum sint domini ergo non possunt dare neq; remittere, ut dictum est. Immo si forte ipsi fratres non indigeat aut nolint tale legatum acceptare, tunc prædictus haeres, non potest sibi retinere, sed tenetur expendere tale legatum in similes causas pias, ut supra 4. cap. q. 8. & latius infra q. 11. secundum Spec. fff. 21. Sed nunquid syndicus poterit facere tales remissiones? Respondeo quod Salmantica fuit hoc quæsumum ab eximio quodam doctore Villasandino, & respondit quod non: non obstant. quod in bulla syndicatus ut supra 4. cap. q. 16. contineatur quod lyndicus habet potestatem remittendi, refutandi, &c. quia illud intelligitur quando tale quid sit in utilitatem fratrum, uel quia est dubium, aut sequitur litigium, uel solutio, multum differretur, ita quod sit melius pro necessitatibus fratrum facere aliquam remissionem: & tunc non fratres, quia nullo modo possunt: sed syndicus debet facere præfata remissionem, haec in præfato Spec. Sed licet ita sit maxime quo ad haeredem, qui non posset licite possidere quod sibi esset remissum per fratres aut per syndicatum, ut dictum est. Tamen quo ad nos, uidetur quod licite possemus & permittere & rogare syndicatum quod remittat illi, & hoc quando si non remitteretur esset scandolum contra nos, ut pote quia ille haeres uel alius ignorans nostrum statum & obligationem in hoc non crederet nobis, sed quod potius fingimus talia ex auaricia ne fiat talis remissio, quia utilius nobis prouidetur in hoc cauendo scandalum, quam scilicet scandalum totum legatu haberemus sine ulla remissione. Papa autem & ecclesia non obligat nos ad aliquid cum scando faciendum, uel committendum: & etiam innuit Nic. 3. art. 3. de legatis agens, ut patebit infra q. 11. Ideo uidetur quod licite procuraremus tam remissionem

remissionem fieri per syndicū, quanta requiriatur ad cauendum scandalum, & aliud omne peccatum ex parte nostra, quāvis quando immineret tale scandalum si non fieret praedicta remissio securius, & melius esset omnino cauere ab illo legato, ut dictum est, & dicetur infra q. 11. ipse autem cui fit talis remissio, nō licite posse debet, ut dictum est.

Secundum punctum est, quod nullo modo licitum est nobis aliquid quantumcunq; parui ualoris, petere, recipere aut habere in usu à quoconque detur, sine licentia expressa uel probabilitate præsumpta nostrorum prælatorum qui ad id possunt licentiare.

Responsio patet ex dictis, quia qui nihil habere potest, & qui non est suus, non potest disponere dando aut recipiendo aliquid sine debita licentia superioris, ut dictum est: & expresse omnes expositores concordant in hoc, ut patet in Hug. & Bart. Pil. 6. cap. & Seren. conscientia q. 8. alias esset sine merito obedientiae, & aliquando proprietatis crimen incurret, de quo latius agendum est proxime in q. 7. ibi videatur.

Ex dictis patet quod res alii donata extra ordinem est obnoxia restitutioni, quousq; prælatus consentiat in detentione, quia dominus Papa non aliter concedit eam posse donari. ignorantia tamen probabilis aut in uincibilis potest interim eam detinentem excusare à peccato, dum durat talis ignorantia probabilis.

**Q** UESTIO VII. Quare iuriu quomodo fratres possunt recipere aliqua ad usum, & à quibus & de quorum licentia Similiter & uti talibus rebus, & an eis possit concedi ulus peculiis?

Respondeo per tria puncta, quorum primum est. Recipere aliquid nullus frater potest sine iuorum prælatorum licentia à quoconq; potente donare: patet ex q. præcedente in 2. punto. Sed notandum hic duo, primum quod eo ipso quo quis habet licentiam seu potestatem ad donandum aliquid alicui fratri, non tamen potest talis frater recipere, nisi habeat aliquam licentiam, sicutem interpretatiuam ad hoc, ut patet: quia licet mihi donetur à seculari potente donare aliquid, uel à prælato alterius iurisdictionis, non tamen ego possum recipere, nisi meus mihi prælatus dedit licentiam, uel nisi prælatus qui dedit illi licentiam ad donandum, sit etiam prælatus meus, intendens mihi dare licentiam ad recipien-

recipiendum id quod datum fuerit per illum cui dedit licentia ad donandum mihi: quod non conceditur communiter, nisi quando exspecificatur persona cui est dandum. Ideo simpliciter dico, quando generaliter quis habet licentiam uel potestatem ad recipiendum, nisi specialiter talis frater cui talis erat donanda fuisset exspecificatus seu nominatus, utpote si mihi cōcederet prælatus meus quod possem dare talem rem Ioanni, aut cuilibet subditō etiam iphius: quia tunc ego possem dare & ille recipere, alias non ut dicitum est. Secundo notandum, quod sicut ad donandum possunt licentiare prælati supradicti in q. præcedente, in 3. conditione, s. min. gen. prouin. & cust. & habentes commissionem eorum & non alii, ita ad habendum usum utensilium & aliarum rerum, requiritur & sufficit licentia expressa uel interpretatiua, seu probabilitate præsumpta ministrorum seu custodij, uel aliorū qui bus ipsi comiserint seu ordinauerint, hoc patet ex Nic. 3. art. 2. ibi insuper nec utensilia, &c. ubi consequenter dicit quod hæc, s. utensilia & cæteras res secundum exigentiam personarum & locorum, ministri & custod. cum discretione disponant: cum de talibus interdum personarum qualitas, temporum uarietas, locorum conditio, & nonnullæ aliae circūstantiæ plus minusve ac aliter prouidere requirunt. Prædicta tamen sic faciant quod semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat, prout eis ex eorum regula uidetur iudicata, hæc ibi. Super quo ait Spec. fff. 8. quod hic sunt duo aduertenda. Primum quod disponere de usu rerum ad solos min. & cust. pertinet, ut patet ex dicta declaratione, uel ad habentes auctoritatem ab ipsis, & non ad guardianos, ratione sui officii. Quāvis aliqui expos. antiqui prædictam declarationem aliud dixerint, quia antiquitus guardiani uocabantur aliquādo ministri, aliquando custodes. Sed nunc standum est prædictæ declarationi ubi & uocabula ministrorum custodum & guardianorum distincte pro diuersis utsonant, accipiūtur, & aliqui etiam expos. moderni non attendentes ad prædicta, sed secuti expos. antiquos, similiter cum ipsis dixerunt in aduertentes, ut patet in Hug. & Bart. Pil. 6. c. & Seren. consc. q. 81. q. 13. Nunc autem secundum Nic. 3. dicendū est ut diximus, hæc Spec. & sic patet quod guardiani ex ut sui officii nō possunt licentiare ad retinendū usum rerū particularē ad ipsis, ultra id quod requiritur ad usum regulz. ii. larē uictus & uestitus

Et sic ad habendum usum tunicarum, habitum librorum, & aliorum utensilium, præter habitum & tunicam & chordam unam, & præter requisita femoralia regulariter portanda requiritur licentia Min. prouincialis, custod. uel habentiū auctoritatem seu commisionem ab eis, quo ad hæc uideantur aliqua particulariter statuta in tab. Vic. gen. & in statutis gen. & supra 4. cap. q. 9. & saepe prædicti min. & cust. concedunt hanc suam auctoritatem in toto uel in parte, ut libet guardianis: ideo ab ipsis requiratur si habent hanc auctoritatem & ex literis guardianatus variatur, & consuetudine, potest etiam id quando oportuerit inquiri, dum ad aliud non uacauerit in aliquo casu: & forte iam possunt guardiani licentiae suos subditos ad hoc sicut & ad donandum ut declaratum est in tab. cap. gen. Rapistanii, anno Domini 1511. celebra ti, ut habetur supra q. 6. ibi uideatur si forte ualeat ad propositum

Secundum aduertendum est in prædictis uerbis Nic. 3. ut ait Spec. ubi supra, quod solūm concedit dominus Papa facultatem prædictis prælatiis communicandi usum rerum suis subditis, cum certa limitatione, scilicet quod semper reluceat paupertas, &c. Ideo si aliter attentarent concedere, nihil ualeret sua concessio uel dispensatio contra uoluntatem superioris eorum, qualis est dominus Pa pa. Ideo pro maiori horum declaratione ponitur secundum punctum subsequenter.

¶ Secundum punctum est, quo ad usum peculii. Pro quo notandum primo, quod peculium quantum attinet ad propositum, dicitur pusilla substantia seu pecunia specialiter applicata, non ad dominium sed ad usum alicuius fratri, ut faciat de ea ad libitum, distrahendo uel donando, ut elicitur ex summis tit. peculium. uideatur Gerson. parte sum. alphab. 23. litera g, &c. Nunc ergo dicit Ioan. Pyrrin. in tract. de dispensatione fratrum min. conclusio. 2. corrol. 2. quod si usus peculii aut rei cuiuscunq; sit certus, uel securus, quod non possit per prælatum reuocari. Non potest concedi religioso cuiq; & multo minus fratribus min. etiam per dispensationem, quia in tali usu irreuocabilis est ius & proprietas contra uotum paupertatis, nunc autem abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec Papa possit indulgere monacho existenti monacho, ut habetur extra de statu monachoru, cum ad monasterium.

Si

Si autem talis usus est reuocabilis, sed indeterminatus & indifferens, sic scilicet quod prælatus relinquit religiosum in sua libertate faciendi de peculio prædicto quod uoluerit, uel quod bonum sibi uisum fuerit, modo illud per suas operas uel sermones uel &c. huiusmodi, modo aliunde seu alia quacunq; uia, etiam lito modo conquerierit, prout faciunt aliqui mendicantes & fratres non reformati per diuersas uias & modos prædicando bullas & huiusmodi sibi prouidentes de necessariis. Et iste talis usus cuiuscunq; rei, non potest fratribus minori concedi, tum quia occasio propinqua multarum transgressionum. Nam occasione talis usus, immo & abusus, multi habent habitus, tunicas multiplicatas superfluas curiosas preciosas, cellasq; multiplicibus suppelletilibus munitas contra regulam. Et etiam causa thesaurizationis contra regulam. & saepe proprietarii deuotionis intrinsecæ, & saepius extrinsicæ: quamvis ipsi dicunt quod parati sunt semper totum in manibus sui prælati resignare. quod tamen raro uel uix sufficienter fit: quia allegant licentias superiorum prælatorum, & renituntur ualede, ut experientia quotidiana testatur: & ad hoc dicunt pro sua excusatione se habere a prælatiis superioribus licentias quas & uocant gratias. Verum tamen ut dictum est, semper est peccatum in fidelitatis, uel iniustitia in ipso prælato concedente seu dispensante: cum abutitur potestate ei tradita in ædificationem, & ipse tam facit in destructionem, in ipso autem fratre dispensato est peccatum auariciae & uiscositatis, & causa aliorum prædictorum dictorum eiusmodi subsequentium. Item est contra prædictam declarationem Nic. 3. art. 3. qui non concessit posse usum talium rerum concedi, nisi cum limitationibus prædictis secundum Deum & regulam, ut in 1. punto proprie dictum est, & speculum fiff. 3. annotauit. Et multo magis sine ulla excusatione aut colore est contra regulam, si talis usus peculii quo ad pecunias concedatur indifferenter alicui, ut scilicet ipse procuret per uias, etiam licitas pecunias, & ut sibi bonu uisum fuerit sibi prouideat. Hoc enim solūm ex regula & ex declar. conceditur sic indifferenter & generaliter posse fieri per prælatos, aliis autem fratribus non potest concedi, sic generaliter pro suis necessitatibus, nisi in casu seu pro casibus determinatis, uel pro cōuentuum necessitatibus generaliter dum modo caueantur omnes circumstantiæ & sequellæ uiciantes, ut su pra

pra late dictum est 4. cap. q. 6. & etiam hic proxime dicetur. Vnde & in Seren. conscientia q. 15. habetur secundum Aluarū quod mortaliter peccant prælati & prævaricatores regulæ sunt & occasio peccati mortalis subditorum, si aliter quam in prædictis declarationibus Nic. 3. & Clem. 5. continetur, licentiam dant subditis quod pro eis aliqua pecunia procuretur aut deponatur, ideo enim sine licentia prælatorum non potest per subditos pecunia procurari secundum regulam & declarationes: quia ipsi prælati debent scire determinare pure & fideliter pro quibus ueris necessitatibus fratrum ipsorum pecunia secundum reg. & declar. procuretur uel deponatur, & prælati se aliter habentes in hoc dupliciter peccant, tum quia dant licentiam fratribus: adde & tu, uel occasione propinquam habendi pecuniam contra regulam & eius declarationes: tu quia in peculio pro eis dispensatur praeue, quod nec prælati religiosorum qui in communione uiuunt, facere possunt c. 2. & c. cum ad monasterium, de statu monachorum hæc in Seren. conscientia. Et addit Ioan. Pirrin. ubi sup. quod prælati & guardiani non faciunt ut fratres, uiuunt in communione tali peculio supradicto in differenter concessio, de quibuscunque rebus pertantur esse in statu periculo, quia suæ destructioni religionis: Nam ut habetur in Gerson. 1. parte summa, alphab. 23. litera s, secundum Gerardum. Peculium habere non est habere principale dominium in re ipsa: sed minus quam dominum, sicut habet seruus sub domino, filius sub patre ex libertate ipsorum sub quibus sunt, seu facultatem pro tempore mutandi, distrahendi, uel administrandi, &c. & hoc adhuc non libere, sed limitate sub alio id possunt, & in prædicto c. ad monasterium, hoc prohibetur posse concedi omnibus monachis, nisi pro adiunctio officio administracionis communis, ergo. De his uid. Gerson. ini. parte summa, alpha. 23. litera g. quia late cum prædictis concordat à quo cunque illetra status æditus sit: & Siluest. tit. relig. 8. f. 5. & tit. abbas, q. 3. pulchre de hoc agit. Vnde & in quadam litera Reuerend. patris r. racis de Augelis, min. gen. anno Domini 1523. uehementer prohibebatur tanq; illicitum contra regulam: ne s. guardiani darent missas fratribus dicendas pro intentione ipsorum, ut de earum eleemosyna sibi prouiderent ipsi subditi de suis necessitatibus, & uicariis monialium & scholasticis quibuscunque id prohibebatur, ne sibi

fisi prouiderent indifferenter de eleemosynis missarum, & in statutis ordinis idem sibi prouideretur tanq; illicitum, ut patet in tab. ca. g. Burdegalen. anno domini 1520. celebrati, ubi sic habetur. Mā datur oībus fratribus per sanctam obedientiam, & sub pena careeris, ne habeant recursum ad pecuniā, neq; eandem apud quamcunque personā retineant absq; licentia specialis sui prælati, quā nulli concedat, nisi in casu manifestæ necessitatis præsentis uel imminentis, & in re particulari. Nec possint præfati fratres nisi à suis ministri, prouin. absolui aut restitui, aut ab illis quibus ipsi duxerint committeddum, hæc ibi. Et in constit. g. similiter habetur ad propositum, ibi videatur. Si uero præfatus usus peculii rerū utibilium sit reuocabilis pariter & determinatus persuum prælatum, ut pote si prælatus concedat suo religioso librū, tunicam, aut huiusmodi determinata pro suo usu licito & honesto, aut alia necessaria suo officio statui seu personæ, cum facultate reuocandi quando & quotiens ei placuerit, semper enim uoluntas religiosi debet esse subdita prælatis suis, ut s. resignet quandocunque ipsi prælati uoluerint. Et tunc iste talis usus peculii talium rerum utibilium potest licite concedi & haberri, & de hoc loquitur Nic. 3. art. 2. ubi supra, in i. punto, qui prælati possunt cōcedere talem usum ibi dictum est, quāmvis in Seren. conscient. q. 42. & in litera c. uideatur contineri quod b. pater noster Franciscus nolebat aliquam rem, nisi brevia tria haberi ad usum specialem alicuius fratris, & Bart. Pif. 5. ca. id etiam dicat. Tamen id est consilium, non tamen est obligatorium. Potest enim haberi usus particularis rerum, ut dictum est secund. Nic. 3. & secund. Ioann. Pirrin. ubi supra dictum est, quod potest haberri usus reuocabilis & determinatus simul, alias non. Res autem concessæ per aliquem secularem ad usum alicuius fratris, si frater non indiget, est conuertenda in usus aliorum fratrum, si dans in dando non reseruauit sibi dominii & dispensationem talis rei, ut sup. q. 2. dictum est. quia pertinet ad Papam. Similiter si ipse frater moriatur, ut habetur in Seren. conscient. q. 82. Si autem pertinet ad dantem ipsi est restituenda talis res, uel ad eius libitum concedenda, uel dispensanda per prælatos. Si autem sit pecunia aut legatum, quomodo possit uel non possit in alios usus conuerti, uideatur sup. 4. cap. q. 9. &c. Et sic patet usus rerū aut peculii quomodo potest concedi & haberri & quomodo non.

¶ Tertium punctum est, qui sine licentia expresa aut probabiliter præsumpta prælatorum prædictorum recipit aut retinet usum alicuius rei, aliquando non peccat, aliquando peccat uenialiter, aliquando mortaliter. Pro cuius declaratione notandum quod Prælato nolente seu contradicente seu renidente recipere rem aliquam, aut usum eius retinere est expresse mortalis transgressio contra uotum inobedientiae & paupertatis. Qui autem recipit aut retinet aliquam rem Prælato nesciente, & per consequens non consentiente, aut sine eius consensu qui non scit aliquid de tali re: & cum tali animo talis subditus eam recipit, aut tenet ut prælatus omnino nesciat, & peccat mortaliter crimine proprietarii contra uotum paupertatis. Et similiter illi qui tales res abscondunt ne uidantur aut capiantur a suis prælatis, peccant crimine proprietarii, & sartue tales res accipiunt & retinent: quia dispensant aut dispensunt de usu rerum & domini earum, aut contra uoluntatem Papæ aut prælatorum suorum ad quos pertinet rerum ad usum dispensatio & dispositio, ut dictum est. Qui uero sciente prælato, non tamen renidente aut contradicente, sed neque concedente aut consentiente, sed solùm sciente prælato & permittente, seu tollerante aut dissimulante propter cauedum aliquid malum seuurbationem fratri, uel fratum recipit aut retinet usum alicuius rei, hic est quidem sine merito obedientiae in hoc, & forte non peccat nisi uenialiter tantum: peccaret autem forte mortaliter, si de contraria prælatorum uoluntate præsumeret, sicque tali re uteretur. ergo si quis licite recipiat & utatur aliqua re, requiritur quod prælato sciente & consentiente expresse uel interpretative aut probabiliter: ita quod probabiliter & iuste de eius uoluntate & beneplacito præsumens utatur uel recipiat talém rem, & non sufficit eius permisso aut tollerantia pura, nisi de eius beneplacito, ut dictum est, præsumatur, ut ait tract. 10. plagarum, plag. 5. cum prædictis concordans. Notandum tamen quod quando prælatus scit aut uidet & libere sine ullo timore alicuius mali spiritualis aut temporalis facit non resistens, tunc consentire uidetur & censendus est complacere & uelle secundum reg. iur. Secus quando ex timore mali alicuius aut deteriorationis &c. non audet resistere aut prohibere, & ideo tacet. Talis enim permisso non excusat aliquando a mortali, aliquando a ueniali peccato, ut dictum est.

Quæstio

 Q V A E S T I O V I I I . Q uæritur, An possumus habere priuilegium aliquod?

Respondeo quod priuilegia pro temporalibus bonis ad litigandum uel ad habendum ius aliquod pro sepulturis, pro canonica portione & huiusmodi, nullo modo possumus habere. ratio, quia per uotum paupertatis euangelicæ, sumus incapaces cuiuscunq; dominii, iuris uel actionis pro quibuscunq; temporalibus, ut dictum est supra q. 1. Et hoc expresse dicunt communiter doct. ut patet, in expos. sanctorum patrum 6. cap. Et Seren. conscientia q. 14. secundum Aluarum, dicitur quod nulla maior proprietas est fratribus minoribus, quam tale priuilegium ad temporalia habere. Priuilegium enim dicitur lex priuata, uel ius priuatū ad aliquid dist. 3. cap. priuilegii. Et concordans tract. 10. plag. plaga 7. dicit quod non licet fratribus min. personaliter assistere curiis & processibus pro funeralibus & huiusmodi temporalibus, etiā ex priuilegio, etiam ex dispensatione Papæ. Nam sicut Papa non potest dispensare cum fratre ut habeat proprium manente religioso: ita non potest dispensare ut habeamus priuilegium, aut ius priuilegii quod est ius priuatum, quia ex uir nostræ professionis sumus incapaces omnis iuris cui formaliter repugnat habere ius quocunque. Et tolerabilius esset dispensare nobiscum ut acciperemus uel ut tangeremus pecunias, quam ut haberemus priuilegium ad habendum ius sepulturæ uel canonica portionis, & huiusmodi temporalium bonorum. Neque ut credo inueniuntur concessa fratribus huiusmodi priuilegia, sed ordinatum à Papa quod Episcopi, uel alii quibus hoc committitur, habeant facere quod fratres non priuentur eleemosynis & canonica portione non danda & huiusmodi: sed fratres ex auaricia successu temporis usurparunt sibi officium episcoporum, & ipsi litigant & alsistunt curiis, & in propria persona prosequuntur ius suum (ut ipsi dicunt) cum in ueritate nullum ius habeant, sive transgredivit suum statum haec ibi. Sed an nomine Papæ syndicus ad requisitionem fratrum possint ius priuilegii allegare & defendere & agere pro funeris, &c. eiusmodi, agentes non ius fratrum, sed ecclesiæ Romanæ allegantes, uideatur supra cap. 4. q. 16. &c. cum limitationibus ibi positis forte licebit.

¶ Secundo dico, quod habere priuilegia, non quidem pro tempore

AA

ralibus

ralibus bonis, sed pro exemptione à jurisdictione & subiectione ordinariorum, & pro aliis exemptionibus non est cōtra nostram professionem, neq; contra aliam legem dire cōte & per consequēs de se non est illicitum. Ratio, quia dispositio subiectionum & jurisdictionū est de lege humana positiva, & Papa potest in hoc disponere (ut patet) ergo isti uel illi subiiciuntur h̄is uel illis, pendet ex prædicta dispositione. gitur cūm ex regula uel ex alio iure Diuino, uel naturali non teneamur esse subiecti istis uel illis ordinariis non magis quam alii ecclesiastici aut religiosi. ergo possumus per priuilegia eximi licite sicut & alii. & tale ius priuilegii nō repugnat paupertati nostræ, quia non est respectu bonorum temporalium. Tamen ex aliqua circumstantia uiciante, potest aliquando esse illicitum, sicut & omne aliud opus de genere bonum, potest per aliquam circumstantiā uiciari, quod in nobis ratione professionis nostræ facilius accedere potest. Nam ex quo nostra professio est fratrum min. in magna humilitate fundata, certe nisi causa rationabilis adsit & appareat talis exemptionis, diffonna erit talis exemptio nomini nostro minorum, & secundum hoc limito & intelligo Aluarum apud seren. conscienc. q. 14. dicentem. Cū fratres min. tanquam Euangelici uiri debeant esse subiecti omni humanæ creaturæ propter Deum, & maxime prælatis, extra de maiori. & obedientia, cap. .solite : quid ergo faciunt in mundo fratres min. maiores iam per priuilegia facti? Vere ergo contra eorum nomen & professionem sunt omnia priuilegia, excepto priuilegio confirmationis regulæ, hæc ibi : quæ lib. ita ut dictum est, alias enim nihil concludit neq; ualer hoc dictū Aluari, nisi sic lūnitetur. Maxime cūm ecclesia tales exemptiōes approbet in conciliis, ut patet in compendio ex emptio. Non ergo illicite utimur eis, & causæ rationabiles multæ sæpe sunt talium exemptionum, ut in ipsis literis exemptionum continetur : quamvis aliquæ & ali quandoquoad aliqua non sint tam rationabiles causæ. In facto enim sæpe potest errari etiā per Papam & ecclesiam : maxime ex defectu relationis, ergo.

Tertio dico, quod priuilegia respectu bonorum spiritualiū & gratiarum quæ dicuntur bullæ, seu indulgentiæ, seu concessiones. Pro absolutionibus à peccatis, à censuris & pro aliis actibus spiritualibus bene possunt haberi & impetrari ad præfata regulæ obseruan-

diam & conscientiæ serenitatem & profectum spiritualem, dūmo do alias modo licito & per eos quibus conuenit habeatur seu im patientur secundum leges Diuinas & humanas, & secundum statuta religionis, ad bonitatē enim operis requiritur integritas circumstantiarum, quod ideo dico, quia prohibitum est in statutis ordinis & alibi, Ne s. quis impetreret, aut concessis bullis utatur ad hoc sñelicentia talium uel talium prælatorum, aut nisi tali modo de quo uideatur inf. cap. 7. q. 3. & in cōpendio tit. cruciata, & tit. priuilegia, & in aliis tit. secundum subiectam materiam. Dispensationes aut super regulam quomodo liceat haberi & uti, inf. 10. c. q. 4. dicendum est, ibi uideatur.

 **V A E S T I O I X** Quæritur qui sunt actus proprietatis? Aut quæ sunt signa exteriora per quæ quis in foro exteriō ri potest censeri proprietarius seu agere contra uotum paupertatis, saltem ex ipso genere actus? Respondeo quod sunt 1. quæ sequuntur, secundum sanctum Bernardinum, ut etiam refert Spec. fff. ultimo: & habetur in seren. conscienc. q. 8i. secundum Aluarum. Quorum primum est, couertere rem communem aliis fratribus in usum specialem absq; licentia.

Secundo rem aliquam accipere uel donare sine licentia.

Tertio per dies aliquot cundo extra loca claves cellarum uel scriniorum scienter prælato non assignare, sed secum deferre uel alibi deponere sine licentia.

Quarto, claves quorumcunq; repositoriorum ubi fratres habent supellectilia, ut libros & huiusmodi, ne fratres illis debite utantur non assignare. Adde semper nisi ad hoc habeant debitam licentiā prælatorum.

Quinto, librum uel aliam rem cuius fratres communem usum habere debent: cum re illa quis non utitur nec in brevi utinecessē est fratribus petentibus non præstare, nam hoc est usum appropriare. Et cum hoc concordat expresse Hugo 6. cap. & tab. 3. Vic. gen. quod intellige quando sine rationabili causa talem rem quis non communicat alteri, alias non. ut pote quia ille est dilapidator rerum sibi præstitarum, & ocioe uult laboribus aliorum uti, & ipse nō uult cōseruare aut inundare uestes tales sibi præstitas, &c.

Sexto rem quancunque Prælato celare, uel eo iubente non as signare, & tales in constit. ordinis puniuntur ut proprietarii. sicut & uere sunt proprietarii.

Septimo habere libros duplicitos eiusdē tenoris sine necessita te: sed hoc nō est uicium proprietatis, sed superfluitatis quo adsum.

Octavo, de rebus communibus plusquam uellet prælatus uel eius officiali tollere.

Nono, si Prælatus tollat alicui usum alicuius rei ipse frater mur murat, & turbatur, & coram prælato superiori conqueritur, hic uere est proprietarius: quia prælatus potestatem & usum habet tollendi & dandi sicut uult.

Decimo, si coram superioribus prælati suis de re aliqua cū aliquo fratre cōtendit: sed debet dicere prælato, fac de hac re quod uolueris, & maxime sunt damnabiles cōtendentes super pecunia, & suum ius allegans: & hii sunt uere proprietarii, & tanquam tales puniri possunt.

Vndecimo, promissionem alicui facere de re sibi facienda sine licentia prælati, saltem probabilitate præsumpta. sed hoc magis uidetur contra uotum obedientiarum, & proprietas uoluntatis aut personæ, quam rerum, aut quam contra uotum paupertatis.

Duodecimo, quodcumq; uotū sine licentia prælati facere, quia qui non est suus, non potest de se uouere: aut alicui se obligare: sed & hoc potius est contra uotum obedientiarum, quam paupertatis.

Decimotertio, quando frater propria uoluntate & importunitate multis annis in loco uel colla permaneret, de quo habetur in constit. antiquis Farineris cap. 3. quod appropriates locorum inde pellantur, & quod appropriatores locorum, etiam illi sunt qui obedientiam datam ad recedendum ad alium locum procurant per preces secularium reuocari.

Decimoquarto, rem in usum concessam in aliam, sine debita licentia commutare aut distrahere, & panem eleemosynarium, uinum & huiusmodi, in aliam rem esibilem distrahere, nisi per medium procuratoris. Adde quod hic potest etiam esse transgressio contra articulum de pecunia, ut supra 4. cap. &c.

Decimoquinto, eleemosynam pro ingruenti necessitate depositam, non statim expendere, uel in aliam necessitatem expendere. Sed & hic potest esse contra articulum de pecunia.

Decim-

Decimosexto, facere sibi de eleemosyna conuentus prouideri cūm habeat ipse frater alias eleemosynas specialiter pro suis necessitatibus depositas: nam constat fratres infirmos habentes pro suis necessitatibus speciales eleemosynas depositas, & non eas expendentes: sed de conuentu necessaria recipientes esse proprietarios: adde quod etiam hic potest peccari contra articulum de pecunia.

Decimoseptimo, eleemosynā sibi primo assignatam pro aliis futuris necessitatibus conseruari facere: sed & hoc potius est contra articulum de pecunia. hæc in seren. conscientia, q. 81. Et notwithstanding quod sæpe est mortale in casibus prædictis, & sæpe uenia le, maxime ubi uel ignoranter, uel non animo malo aut proprietario aliquo de prædictis fuit, secundum exigentiam & circumstantias casuum est iudicandum.

**¶** Quo ad id, Sed tanquam peregrini & aduenæ &c. vadant pro eleemosyna confidenter, &c.

**¶** V A E S T I O X. Quæritur utrum nobis liceat habere redditus & possessiones, agros, uineas, greges pecorum, &c. huiusmodi.

Respondeo per quatuor puncta: quorum primum est, quod ex ui uoti prædictæ nostræ paupertatis non possumus habere possessiones, nec redditus quoscumq; Neq; usum reddituum, neque id quod ad speciem aut naturam reddituum aut possessionum appro pinquat. Ratio horum omnium est, quia in prædictis omnibus ali quod ius annexum seu aliqua thesaurizatio in futurum, seu prouiso, ut patet. Nunc autem ratione paupertatis repugnat omne ius polyticum nobis, ut supra q. 1. Et insuper tenemur ad mendicitatem, ut patebit infra q. 13. cui repugnat thesaurizatio & proutatio in futurum, ut infra q. 12. dicetur. ergo patet quod nobis prædicta non licent. Et sic expresse declarauit Clem. 5. in sua declaratione art. 7. ut proxime dicetur de singulis, & omnes communiter doct. & expos. 6. cap. concordant expresse signanter 4. magistri & Bonavent. & Ioan. de Pechano, & expos. sanctorū pa- tuum

erum & alii, S. tract. 10. plaq. plaq. 6. dicens, quod pauper euangelicus non potest habere aliquid fixum aut firmum ex parte rei habitæ, utpote quia talis res non potest auferri habentii, ut sunt possessio[n]es agrorum & eiusmodi rerū immobilium. Neq[ue] aliquid firmum ex parte habentis, utpote quia non potest ciuiliter impecdiri habens quin habeat, utatur vel donet aliquam rem, quia talis pauper qualis est omnis frater min. & totus ordo non habet aliquod ius civile in aliqua re. Et hoc est quod ait regula, Sed tanq[ue] peregrini & aduenæ in hoc sæculo, &c. ut ait expos. sine tit. 6. cap. ut per hoc innuatur nihil nobis habendum esse commune cū mundo, respectu temporis præsentis, futuri & præteriti. Respectu inquam temporis præteriti uel futuri, & ideo dicitur, tanquam peregrini, s. tanquam à nostra patria in hoc mundo præsentiarum distantes, & s[ic] iuturum ad eam ut uictores peregrini in via peregrinationis huius anhelantes, sentientes hanc terram peregrinationis pro nunc & in futurum extraneam. Respectu autem temporis præteriti dicitur (& aduenæ) s. tanquam aduenæ trahentes originem aliunde, & tanq[ue] aduentitii qui tentiunt terram in quam deuenerunt non esse sibi naturale in, & per hoc sentiant eam sibi extraneam: sic nos sumus tanquam peregrini & aduenæ, dicitur (in hoc seculo) ad excludendum errorem illorum qui dicebant nos non debere nec posse alicubi ad tempus commorari, quamuis etiam præciperetur à prælatis, sed tanquam peregrines uagabundos nos uagari hinc inde semper debere. Contra quorum esse rem sauis pulchre Bonauentura ad magistrum innotinatum, & Hug. 6. cap. & præfata expos. sine tit. 6. cap. disputant & conueniunt. Nam dicitur in regula quod tanquam peregrini & aduenæ simus, non quidem respectu huius uel illius loci, aut domus, uel prouinciæ, uel terræ specialis, sed respectu totius huius mundi, & potius animo quam corpore simus ut aduenæ & peregrini: ideo dicitur in hoc seculo, quod potius ad animum & sp. ritualiter referunt, quam ad habitationem corporalem, ut si sic simus in mundo, quod non simus de mundo, & hoc specialiter præ ceteris Christianis, per prædictam paupertatem & abrenunciationem reddituum & possessionum, ut dictum est, & cum prædictis concordas Hug. 6. cap. dicit quod instabiles a Juuenæ & peregrini in hoc seculo cum Apostolis illi sunt qui uel fixum uel immobile possiden-

tes, de loco ad locum pro maiorum arbitrio transeunt nusquam perpetuam aut propriam ut alii regulares stabilem mansionem habentes. Et sic patet primum punctum. ideo de singulis ibi contentis particulariter dicendum est sub sequenter.

Secundum punctum quo ad redditus & possessiones notandum secundum trat. 10. plagarum, plaga 6. quod redditus est duplex, scilicet formalis & proprie captus, & virtualis seu habens speciem redditus, seu ad naturam redditus appropinquans. Redditus formalis est ius seu actio ad aliquid percipiendum annuatim. Et talis redditus expresse nobis est prohibitus ratione paupertatis ut dictum est: & hoc expresse dicit dominus Clem. 5. art 7. s. cuncti annui redditus intra mobilia censeantur à iure, ac huiusmodi redditus obtineri paupertati & mendicitati repugnet, Nulla dubitatio est quod prædictis fratribus redditus quocunq[ue], sicut & possessiones, uel eorum etiam usum (cum eis non recipiatur concessus) recipere uel habere eorum conditione considerata non licet: hæc ibi. de virtuali autem redditu proxime dicitur in 3. punto. Et quamvis summa Ang. tit. alienatio, s. 8. limitet quomodo redditus computantur inter immobilia ex iure communii, tamen quoad nos in præsenti materia standum est dictis domini Clem. 5. Quo ad possessiones autem patet similiter ex dictis, & in Clemen. 5. ibidem quod non licet ideo nobis habere hortos, uineas, & huiusmodi ut colantur & olera & alia hortalicia seu fructus ex precio distrahantur: quia sic declarat dominus Clem. 5. art. 7. s. licet uero, dicens quod hoc repugnat nostræ regulæ & ordinis puritati, secundum quod etiam dom. Nic. 3. art. 3. s. ad hæc declarauit & ordinauit quod. talia ac usus proxime dictos, utputa agrum uel uineam, ad colendum domum, ad locandum, & consumilia fratribus legeretur, per omnem modum fratres à receptione talium abstinerent, cū etiam præmissa habere ut precium fructuum suis temporibus habeat ad naturam & formam prouentuum appropinquent, hæc Clem. 5. & notandum quod possessio[n]es dicuntur quæ successive fructificant, ut uineæ, agri, armenta ouium, uaccarum, &c. Ideo in tab. cap. gen. Assisi anno Domini 1526, celebrati, habetur ordinatum quod nullus guardianus uel uicarius, aut aliis quicunque præsidens uedere præsumat per se uel per syndicū apud procuratorem do-

domus, ligna, seu scenum, uel alia quæ nascuntur in hortis & huiusmodi: nec pascua aut ortos ipsos quo quis modo locare. Habere tamen ortos, areasq; competentes, ad recollectionem uel recreationem, & ad habenda necessaria ortalia, pro nobis bene est licitum & proueniens, ut dicit dominus Clem. s. ubi supra, & Petrus Ancharr. & Zabarella super eadem Clement. dummodo tales horti seu uiridaria sunt competentia, prout decent paupertatem nostram & nostrum usum moderatum ad quen tenemur: ut dicit Clem. s. ubi supra, quod sint competentia, alias peccaretur uicio superfluitatis, uel alio peccato. Ideo (ut habetur in Seren. conscientia q. 10. secundum Aluarū) non licet nobis habere præfata uiridaria magna, magno uel plures hortos, superfluas officinas, aluearia & piscinas, quia uicum superfluitatis est. Ideo habere vineas ad colligendum uinum pro sua prouisione ad bibendum illicitum est: quia appropinquat ad redditus uel ad usum reddituum seu possessionum, ut proxime dicetur in 3. puncto. sed habere vineam solum ad comedendum uvas, non credo illicitum sicut neq; est illicitum habere arbores fructuosas ad comedendum fructus suo tempore: aut sicut hortalia ad tempus, quia in hoc parum fit contra mendicitatem, uel nihil, ut patet.

¶ Tertium punctum, quoad usum reddituum & possessionum, & quoad habentia speciem seu appropinquantia ad redditus uel possessiones, quæ omnia dicuntur redditus virtuales, ut habetur in tractat. decem plagarum, plaga 6. dico quod predictos omnes redditus, seu quod appropinquat ad naturam uel speciem reddituum uel possessionum, non possumus habere. ut patet ex predictis declarat. Clem. s. & Nic. 3. ubi sup. Nam & ideo dicitur in cap. religionum de religios. domin. lib. 6. quod debet esse incerta mendicitas quæ uictum præbeat mendicantibus religiosis. super quo ait Ioann. Andr. & Dominicus de sancto Gemin, quod conceditur incerta mendicitas, quia s. non habet quid certum unde uictum sumat: Sed talis mendicitas dicitur amene quod est defectus, quasi defectum rerum dicens, cui quandoq; ex misericordia alterius subuenitur, quandoq; nō, & sic improprie est incertum mendici suffragium. Ideo habetur in tract. 10. plag. plagi. ubi supra. quod si aliquæ personæ uellent ordinare redditum perpetuum quo in aliquo loco sustentarentur fratres, ita quod aliqua

aliqua proprietas apud ipsos fratres non residere, sed apud alios: uel si relinquetur eis aliqua territoria uel agri seu uineæ de quibus per culturam & industriam suam uel aliorum prouideretur si bi de necessariis ad sustentationem, ita quod proprietas penes alium resideret, ut sicut habent hortos ad olera & fructus ita habent, uineas, agros ad sustentationem: quod non licet fratribus talia habere, quia hoc habere est habere usum reddituum seu uel spe ciem seu naturam reddituum seu possessionum: & per consequēs redditus virtuales, quod nullo modo licet, ut dictum. Et ideo in tab. cap. gen. Burgen. anno Dom. 1523, celebrati, habetur quod omnes uineæ ex quibus fratres colligunt uinum pro sua prouisione ad bibendum tollantur, destruantur, & eradicentur. Et cū prædictis expresse concordant 4. magistri 6. cap. Similiter est illicitū habere legata perpetua, de quibus infra q. 11. latius agendum est. Similiter & propter tandem rationem est illicitum facere congregations in futurum, de quibus etiam particulariter, & latius agendum est infra q. 12. Similiter & propter eandem rationem est illicitum habere agnos, oues, successiue succedentes, ut semper fratres habeant carnes recentes, seu abundantes, & gallinas, apes, porcos, uaccas, columbas & huiusmodi. super quo tamen habetur in predict. tract. 10. plagarum, plag. 6. quod quo ad agnos, non uidetur quod in huiusmodi animalibus nutrientis fratres sint tuti in conscientia, siue illa ipsi nutriant, siue dent secularibus nutrienda in locis secularium: nisi forte quando talis necessitas & talis exemplaritas & talis discretio guardianorum esset quæ moderate talia iuste iudicarent esse congreganda, ut de hoc latius habetur infra q. 12. quæ requiruntur ad congregations seu prouisiones rerum ad uictum opportunarum faciendas, secundum Nic. 3. & Clem. s. & Ioann. 22. ibi uideatur de hoc quando & quomodo possunt predictæ congregations fieri, frumenti, uini, & agnorum, &c. huiusmodi. Nutrire tam unum uel duos porcos pro reueamine aliquo, uel gallinas pro infirmis nō uidetur illicitum contra paupertatem, dummodo alias caueatur scandalum, & alias circumstantiae uiciantes, quia parum derogant hæc mendicitatem uel nihil, & aliquando expedit hæc, moderate tamen & ex causa nutrire, tum pro infirmis, tum pro aliqua recreatione fratum, tum pro aliquali reueamine necessitatū ne simus tam im-

tuni aut fastidiosi aliquando secularibus : dico semper dum modo & caute & moderate non superflue aut relaxate, hæc & alia huiusmodi fiant. nam propter abusiones quæ hic fieri solent ab aliquibus indiscretis, cauetur sæpe & prohibetur per prælatos & per statuta ne nutriantur gallinæ, porci, & huiusmodi, & ne seratur ordeum, nisi pro farragine tantum, &c. huiusmodi.

**¶ Quartum punctum :** Ex dictis sequitur quod fratres non possunt petere aut recipere eleemosinas frumenti, vini &c. huiusmodi & multo minus eleemosinam pecuniariam quas aliqui domini seu magna tes seu coitates aut cōfraternitates solent facere quotannis habentes eas scriptas in suis libris inter salario famulorum, seu inter sumptus seu eleemosinas alias quas ipsi solent aut debet facere, seu soluere alii modos sint tales eleemosinæ liberaliter assignatae, modo sint promissis, exequiis, aut pro sermonibus: quia non licet eis petere aut accipere quod tales eleemosinæ sic se habent, aut tali modo sunt in libris scriptæ seu assignatae, quod per viam obligationis polytice essent soluendæ: ita. quod ciuiliter in iudicio essent repetende. Ratio patet ex dictis, quia tales eleemosinæ appropinquant ad naturam redditu, & sunt certe ciuiliter seu habent obligationem ciuilem annexam, ut supponitur, cuius nos sumus incapaces, ut etiam sup. q. 5. dictum est. Et quia solum per viam eleemosinæ possumus humiliter recipere aut petere aliquid, de ratione autem eleemosinæ & mendicitatis, est quod res quæ sic eleemosinaliter petitur, accipitur aut datur, sit incerta ciuiliter, ut sup. ca. religioni, de religio domin. li. 6. aut quod non habeat obligationem ciuilem annexam ut dictum est, & late Gers. 3. parte sum. alph. 5. 6. litera q. & alph. 6. 8. litera c. & i. parte alpha; ergo non possumus petere aut recipere tale eleemosinam certam ciuiliter, seu habentem obligationem ciuilem annexam, ut dñs est, modo sit data aut oblata per dantes uiuentes, modo in testamento legata: nisi fratres quod eam petunt aut recipiunt, expresse protestentur quod pure eleemosinaliter eam petunt & recipiunt, sicut de legatis perpetuis dicitur inf. q. 1. ibi uideatur. Quod si tales eleemosinæ non sic haberent talem certitudinem seu obligationem ciuilem annexam sed sic promittuntur aut in libris scribuntur aut assigantur quod ciuiliter contra eos non est agendum, sed solum est promissio aut & debitum naturale pro missis aut sermonibus, aut alia quæ cunctæ causa, tunc licite possunt fratres eam eleemosinam petere & recipere

recipere per viam eleemosinæ, quia talis eleemosina est incerta ciui litter quæcumque sit certa moraliter tamen sic, s. quod probabiliter creditur quod dabitur, nunc autem licitum est nobis petere seu mendicare eleemosinam ab eo qui probabilius creditur datus ex qua cunctæ causa alias licita, dummodo non sit annexa certitudo, aut obligatio ciuilis seu polityca, ut dictum est: & hoc modo credo quod sunt omnes fere eleemosinæ quas domini & communites regnum Hispaniæ solent facere & relinquere in testamento monasteriorum aut fratribus pure, liberaliter, aut pro sermonibus, & licet eas habent in suis libris scriptas & assignatas: & ideo sic licite recipiuntur, quantum est ex vi paupertatis, nisi aliunde adueniat alia praua circumstantia, ut pote superfluitas uel alia eiusmodi, cum supradictis hiis concordat expresse Silvestr. tit. legatum. 2. q. 4. ibi uide latius.



**V A E S T I O    XI.** Quæritur an possumus recipere hæreditates aliquas, aut legata, & quomodo, & in quanta quantitate, & quomodo possunt talia legata peti?

**¶ Respondeo** per quatuor puncta, quorum primum est, quoad hæreditates. Et dico quod nullo modo possumus esse uel institui heredes aut successores defunctorum quorumcunque, directe nec indirecte, nec iure directo, nec iure fideicommissi.

Secundo, quia hæreditas est successio iuris defuncti, non habetur in summis titulo hæreditas. Nunc autem nos fratres min. ratione paupertatis, sumus incapaces cuiuscunque iuris ciuilis, ut supra q. 1. dictum est, ergo. Et hoc expresse declarauit Clem. 5. art. 7. s. quia igitur, dicens sic: quia igitur in successionibus transit non solum usus rei, sed & dominium suo tempore in hæredes, fratres autem præfati, nihil sibi in speciali acquirere uel eorum ordini possunt, etiam in communi. Declarando dicimus, quod successionum huiusmodi, quæ etiam ex sua natura indifferenter ad pecuniam & etiam ad immobilia se extendunt, considerata puritate sui uoti, nullatenus sunt capaces, hæc ibi. Et licet Sextus 4. in priuili. dum fructus uberes, fo. 6. 2. contrarium concessisse uideatur, tamen id etiam revocando de conuentualibus intelligentibus postea declarauit, in priuili, licet nos dudum, fo. 2. 2.

Et sicut patet quod non possumus institui hæredes simpliciter, neq; adiecta clausula quando s. instituit quis nos hæredes talis hæreditatis, ut in nostris necessitatibus hæreditas cōuertatur: nec nos nec nostra loca, aut ecclesiæ, nec altaria, ut ait Petrus Ancharran. & Baldus, licet Bartholus oppositum senserit, ut habetur latius in Seren. conscient. q. 17. Neq; etiam indirecte, utpote si quis testatus fuerit sic, s. Si hæres meus decesserit, hæreditas mea deueniat ad fratres seu ad eorum ecclesiam, altare, imagines, &c. huiusmodi. Ratio patet ex dictis, & Clem. 5. ubi supra, & Seren. conscientia q. 17. Neq; etiam si hæreditas iure fideicommissi fratribus relinquatur, ut habetur in Seren. Conscientia ubi sup. Nouicium autem nostriante professionem tacitam uel expressam bene possunt esse hæredes, etiam ab intestato, quorum hæreditas ab ipsis expirat per professionem, ut latius Petrus Ancharr. & Zabarel. super Clemencina exiui: & summistæ tit. hæreditas, tit. religio, tit. nouicium, ibi uideatur, ut oportet. Sed talis hæreditas fratribus inualide relicta ad quem deueniat & quomodo, ex quo fratres sunt incapaces, latius habetur in Seren. conscientia q. 17. & in summistis: ubi supra uideatur, ad nos enim nihil attinet. Quod si frater min. post professionem uenerit ad talem statum in quo posset habere proprium, ut ad episcopatum, an possit esse hæres & recuperare bona sua ad similitudinem restitui: uideatur Barthol. in sua minioria, & summistæ ubi supra, & alibi ut oportet: Nihil enim ad nos de hiis quæ iam foris sunt: de hiis uideatur compendium tit. hæreditas, s. 5. & 6. Quod si fratres non instituuntur hæredes, sed hæreditas ipsa relinquatur alicui cum hac cōditione quod ipsam uendar, & quod eius ualorem in fratum necessitates expendat, an fratres possint acceptare talem ualorem hæreditatis. Respondeo, si acceptarent, non facerent contra uotum pauperratis, sicut nec facerent contra paupertatem, acceptando aliud legatum in magna quantitate, ex quo non succedunt in aliquo iure defuncti, neque sunt ex hoc hæredes ut patet. & sic credo quod intellexit & locutus est Zabarella, ut proxime dicetur. Peccarent tamen contra aliud ius si acceptarent, quia contra ius naturale & Diuinum, si tale legatum fieret in fraudem hæreditatis, aut propter scandalum & contra declarationem & prohibitionem domini Clem. 5. art. 7. ubi supra, sic dicentis. Nec licet eis ualorem hæreditatum talium

talium uel tantam earum partem quod præsumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo & forma legati dimitti sibi facere, uel sic dimissa recipere, quin petius ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus, hæc ibi. Et quamvis Zabarella super Clem. exiui. s. 13. prius dixerit quod pie potest sustentari quod fratres licite possunt recipere talem ualorem hæreditatis, modo dicto relictæ: tamen postea ipse Zabarella. paulo inferius agens de legatis, dixit quod non possunt fratres licite recipere, & quidem ita est quod non possunt, ut dictum est: quia & expresse Clem. 5. prohibuit, ut paulo inferius in 2. & 3. puncto sequenti, ubi de legatis agitur, latius habetur.

Secundum punctum, quoad legata, est supponendum prius quid sit legatum: & dico quod legatum est donatio uel eleemosyna quædam à testatore relicta, & ab hærede seu exequitoribus præstanta post mortem testatoris. Et sic differt ab hæreditate, quia cum hæreditate transit ius successionis: ideo fratres possunt esse legatarii: id est, recipere legata eis facta, ut proxime dicetur. Fideicommissum autem hodie est idem fere quod legatum: sed in fideicommisso est aliquid iuris: Nam fideicommissum dictum est, quia olim pendebat ex fide hæredum. & nunc etiam dicuntur fideicommissarii, illi quorum fidei legata soluenda committuntur, qui etiam dicuntur testamentorum exequatores. Et quia in tali fideicommisso est aliquid iuris, ideo fratres min. non possunt esse fideicommissarii hæreditatum, ut dictum est: neq; exequatores testamentorum, ut dicetur latius infra q. 18. Prædicta habentur ex summistis tit. legatum, tit. hæreditas, &c. Nunc ergo hiis suppositis, dico quod nos fratres min. bene possumus esse legatarii, id est, recipere eleemosynas nobis in testamento relictas, dummodo talia legata non relinquuntur modo incongruo nostro statui aut pauperati, & in quantitate moderata sine fraude. Probatur primum quod scilicet sit licitum nobis recipere legata, patet: quia sicut aliam eleemosynam pecuniariam & non pecuniariam possumus recipere seu acceptare modo alias licito oblatam nobis à dantibus uiuentibus, ergo similiter à testatoribus relictam, patet: quia nulla ratio prohibitionis magis uidetur in istis, quam in illis, quia nullum ius ciuile nobis acquiritur, neq; transit in nos cum talis legato ut patet ex dictis. Et quamvis hæredes aut exequatores teneantur iure

iure naturali & possint etiam ciuiliter cogi ad talia legata solueda, ut dicetur infra in 4. puncto. tamen ex hoc nullū ius seu actio ciuilis nobis acquiritur, nec nomine aut auctoritate nostra possunt ciuiliter repeti aut cogi, ut patebit infra in 4. puncto, & hoc sufficit nobis, ergo licite possumus esse legatarii. Adduntur duæ conditiones seu limitationes, s. dummodo talia legata non relinquantur modo incongruo, &c. Quia si relinquerentur expresse cum mō nobis non conueniente, nō liceret nobis ea acceptare. Si aut̄ indifferenter sine ulla expressione, tunc modo congruo & licto nobis relictā intelliguntur, sicut eleemosynā etiam pecuniaria: si pecuniaria fuerint talia legata indifferēter nobis oblata, ut sup. 4. ca. q. 10. dictum est: & ad prædicta expresse fuit Nic. 3. ar. 3. s. ad hæc dicens sic s. declaramus & ordinamus, quòd si testator modum secundum quem fratribus eorum cōditione inspecta recipere nō liceret exprimat in legādo (ut si legaret fratribus uineā, uel agrum ad excolendū, domū ad locādū, uel similia uerba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret à tali legato & eius receptione, per oēm modū fratres abstineāt, hæc ille. Est etiā aliud exemplum, ut habetur i serena cōf. q. 2 2) utpote si quis leget nobis palatiū uel domum, ut inde habeamus fructus uel redditus annuales, iura, census & huiusmodi: quia sumus incapaces horū & similiū, ut patet ex dictis sup. q. 10. II. dicit. Nic. 3. ubi sup. Si uero modum licitū fratribus in legādo testator expresserit (ut si dicebat lego pecuniam pro fratribus necessitatibus expendendam, uel domum, agrū, uineā, & similia, ad hoc quòd per certā personā uel personas idoneas distrahat & pecunia de rebus ipsis habita ī edificiū uel i aliis necessitatibus fratrū cōvertatur) aut si in legādo similibus uerbis utatur uel modis, tunc possunt acceptari eo mō quo eleemosyna pecuniaria legata, ut sup. 4. cap. dictum est signanter. q. 10. ibi uideatur. Si autē nō sit pecunia seu res aliqua in propria specie utibilis à nobis, ut pānus pro habitibus, frumentū, &c. tunc sicut & alia simili eleemosyna nō pecuniaria à dāribus uiuētibus oblata, pōt acceptari II. dicit. Nic. 3. si autem fratribus aliquibus generaliter sine ulla expressione legetur, tūc si est pecuniariū tale legatum tanq; eleemosyna pecuniaria indifferēter oblata uel missa modo, s. nobis licto & cōgruo intelligitur factum ut sup. 4. cap. q. 10. Itaque neclegans merito neque fratres effectu talis legati frauden

fraudentur. Quòd si tale legatum nō sit pecuniariū, tunc potest licere recipi, sicut alia res utibilis nobis eleemosynā iter indifferēter data. Et sic patet quomodo & quare est posita illa prima conditio seu limitatio, s. dummodo nō relinquantur talia legata modo nobis incongruo. Sed quo ad hanc primam cōditionem suprapositi dubitant aliqui: an si quis legauit domum uel palatiū ad habitādū seu ut ibi construatur ecclesia pro nobis, An tale legatū sit factum modo nobis licto & cōgruo ut possit à nobis acceptari, an non? Respondeo, quòd si rali domouel palatio non egenus pro nostra habitatione, uel pro ecclesia facienda, seu contiguanda cum nostra domo uel nostra ecclesia dilatanda, tunc non est licitum tale legatum neq; nobis conueniens, quia nō possumus habere domos aut ecclesias alias separatas à nostris habitationibus, sicut neq; possessiones aut redditus, neq; parochias alias, ut patet ex dictis su. q. 10. Et si habetur in sere. cōf. q. 22. secundum Petrum Anchār. Si uero tali palatio uel domo egenus pro nostra domo uel ecclesia cōtinuanda seu dilatanda, itaq; fiat una habitatio cōrigua ex illa domo seu palatio & ex nostra. Tunc conueniens est & licitum nobis tale legatum: imo & in. tab. 19. Vic. gen. declaratum est quòd licitum est fratribus hospitari in domo relictā ab aliquo defuncto alicui uiuenti. hac cōditione ut ibidem hospitentur fratres & sibi prouidea tur de utensilibus, hæc ibi. Secūdo dubitatur ad prædictam primam conditionem utrum sit modo congruo seu indifferenter factum, & per consequens ualidum tale legatum quo s. quis relinquit in testamento libriam uel Schotum alicui fratri layco, uel Missale, breuiarium illi laico. Respondeo secundum Petrum Anchār. in Clementi, exiui, quòd non ualet: quia non est congruū illi laico cui sit tale legatum, ex quo usus ad quē tale legatum ordinatur, & causa non cadit in illo laico legatario, quia non est capax talis usus, hæc ille. Sed mihi saluo meliori iudicio, cum huiusmodi reuerētia uidentur dicendum quòd illud esset uerum, si testator expresse dixisset quod relinquit talē librū tali laico ut studeat, uel ut celebret, seu ut reciteat officium Diuinum, tanc enim modus expressus non conuenit illi legatario, ideo illi non ualet ullomodo. dico tamen quòd ualet tale legatum ad usum aliorum fratribus ordinis, ideo potest licere recipi ad usum aliorū seu ordinis, secundum prælatorum dispositionem ut supr. 4. cap. quæst. 9. dictum est: quia modus expres sus

sus licet non sit conueniens illi speciali laico, & tamen conueniens cōditioni & statui fratrum seu ordin i, & Nic. 3. ubi sup. solum dixit esse caendum à legato, quando modus sub quo legatur non est conueniens conditioni aut statui fratrum minorum in generali, ut patet in exemplis quando legatur domus ad locandū. dico etiam ex quo tale legatum sit modo incongruo statui nostro fratrum minorum, quod potest acceptari etiam ab illo laico, non quidem ad utendum tali libro, sed tanquam legatum pecuniarium, ut distrahat & de precio suis necessitatibus debite prouideatur, mediāte pecunia, seruatis conditionibus ad pecuniam requisitis. Tertio dubitatur, an legatum factum nobis modo expresso incongruo nostro statui fratrum min. utpote domus ad locādum, ager ad colendum, &c. huiusmodi: licet nō possit à nobis acceptari ad utendū ipsis legatis sub eo modo, sub quo legantur, an possint acceptari ut pecunia, s. ut uēdantur uel distrahantur per syndicū, & precium eorum in alias nostras necessitates cōuertatur. Respondeo se cundum Petrum Ancharr. ubi sup. quōd non, & concordat Bald. quia expresse est contra Nic. 3. ubi sup. quāuis Barth. in sua minorica teneat oppositum, ut etiam hoc refertur in Serena conf. q. 22. Quōd si pro parte Bartholi dicatur quōd per priuilegiū Sixt. 4. & Leon. x. ut habetur sup. 4. cap. q. 9. & secundum Petrum Ancharr. cōcessum est, & habetur quōd potest mutari legatum factum ad unum usum & ex una causa ad alium usum, & causam per praelatos. Respondeo quōd istud est uerum, præsupposito iā quōd tale legatum sit modo congruo & licito nobis factum & acceptū, ut patet in dictis priuilegiis &c. huiusmodi. & patet ex ipso Nic. 3. ubi sup. dicente quōd à talilegatio modo incongruo nobis factū per omnem modum fratres abstineant. Notādum ly. per omnem modum, & patebit intentum. Item ubi sup. Nicol. 3. ibidem dicit quod legatū modo congruo & licite dimissum, utpote domus ut uendatur & eius preciū in nostras necessitates expēdatur quōd potest licite acceptari & uendi, &c. ergo à contrario sensu legatum modo incongruo & illicite nobis factū non potest acceptari, ut uendatur &c. alioqui illud superflue diceret Nic. 3. de legato con grue nobis relicto, si id quoq; de incongrue relicto intelligiretur. Sed pro concordia uidetur dicendum quōd qui non acceptat bullam Martini. 4. de syndico, sed solum uiuunt secundum declarationem

tionem Nic. 3. & Clem. 5. non possunt acceptare tale legatum secundum Ancharr. & Bal. Qui uero acceptant syndicum secundū priuilegium Martini 4. bene possunt, ut ait Barthol. Et ratio est, quia ibi conceditur syndicus ut omnia legata & reducibilia ad pecuniam recipiat & distrahat ad usus fratrum, &c. & tale est legatum hoc sicut incertum ad pias causas, cuius dispositio pertinet ad Papam, & sic fuit declaratum in quodam cap. gen. ut habetur in lib. firmamenta trium ordinum, in 3. parte, fo. 10. in statutis, & cap. 4. quōd per priuilegiū Mart. 4. ergo. Et sic patet prima conditio, & limitatio huius secundi puncti. Secunda conditio seu limitatio eiusdem secundi puncti est, dummodo talia legata aut facta in quantitate moderata, & sine fraude quacunq; uera uel apparen te, pro qua conditione latius declaranda, ponitur tertium punctum subsequenter.

¶ Tertium punctum, quo ad quantitatem legatorum, est quōd legata prædicta modo congruo & licite nobis facta possunt recipi. dummodo non sint excessiva in quantitate immoderata, & dummodo sunt facta sine omni fraude uera uel probabiliter apparente. Ratio huius est, quia tenemur ad usus moderatos, & ad mē dicitatem in spe Dei, ideo non possumus habere legata in quantitate excessiva, nisi quantum egemus ad usus moderatos, & non ad prouisionem in futurum: ita quōd per talia legata non tollatur mendicitas, & per consequens non possumus accipere legata perpetua per quā tolleretur mendicitas, aut per quā fieret prouisio in futurum notabiliter. Neḡ; possumus acceptare legata magna quā probabiliter hominibus apparerent in fraudem hæreditatis facta: quia caendum ab specie mali, & à scandalo pusillorum, & curandum est de bono hominum testimonio. hæc omnia patent ex Clem. 5. art. 7. s. quia igitur, ut dictum est sup. in primo punto. Et Zabarell. & Ancharr. super Clem. exiui. & Bart. in minorica: & communiter doct. ut etiam habetur in Serena cōficien. q. 19. 20. Et ex dictis patet responso ad dubium. Si quāera tur an ualeat tale legatum, s. Sortes instituit hæredem Petru, sub conditione quōd aliquid annum fratribus aut cōuentui nostro reddat in perpetuum, aut per tot annos, aut de triennio in triennium, &c. huiusmodi. Respondeo secundum Federicum distinguedo, quia aut tale legatum deputatur solum ad cultum Diuinum, C. C. puta.

puta uinum pro sacrificia, frumentum, pro hostiis, oleum pro lā padibus: & tunc licite possumus ea recipere, etiam in perpetuum quia per tale legatum non tollitur nostra mendicitas, neq; est ali quis excessus aut fraus, ut patet. concordat Petr. Ancharr. ubi supra, & summa Ang. tit. legatum i. s. s. & Seren. cons. q. 20. Adeo & tu dummodo non per uiam obligationis ciuilis nos ea petamus aut recipiamus: neq; ullum ius aut actionem ciuilem in talib; legato prætendamus, quia sic iam uideretur annui redditus nobis prohibiti. ut sup. q. 10. dictum est, &c. Sed eo modo quo in fra in 4. puncto habetur, debent peti & acceptari. Si autem tale legatum relinquitur pro uictu & uestitu, aut indistincte pro fratribus seu pro eorum necessitatibus, tunc si tale legatum fiat in quantitate moderata, & usque ad modicum tempus taxatum, ut pote si relinquitur singulis annis usq; ad 10. annos, seu de triennio in trienniū, usq; ad uiginti annos, quod dentur fratribus duo ducati in eleemosyna, uel unum solemne prandium tali die. Tūc ait Federicus & habetur in Seren. conscient. q. 20. quod credit quod licite possemus acceptare. Ratio, quia potius tale legatum uidetur quædam summa legata dilatata: neq; per hoc uidetur mendicitas tolli, sed aliquo modo sublevari. alioqui recipere tres denarios usq; ad duos annos esset illicitum eadem ratione, qua & acceptare tres aureos aut sex, aut tale prandium supradictum, & similiter dicerentur annui redditus prohibiti, quod dicere absurdum sonat apud communiter intelligentes, & sic credit quod secundum hanc æquitatem loquutus est Clem. s. art. 7. s. cum annui redditus, &c. quod si, tale legatum modo duplici prædicto non censemus sit inter annuos redditus prohibitos, maxime si sine obligatione ciuili petantur & acceptentur per fratres aut nomine fratum, sed ut dicetur infra in 4. puncto. Et concord. Pet. Ancharr. in Clem. exiui. Et tale legatum non uidetur in fraudem hæreditatis factum, nisi quando esset excessiu[m] considerata facultate legantis, legati, uel legatarii: quod enim est excessiu[m] respectu unius, uel uno tempore, seu uno modo factum, non est excessiu[m] respectu alterius seu alio tempore, seu alio modo factum. tunc ergo quando tale legatum esset excessiu[m], seu apparenter probabiliter excessiu[m] ex qua cunctis causa uel circumstantia tunc esset ab eo cauendum. tanquam excessiu[m] uera uel probabili

ter apparente, seu tanquam à legato fraudulentio in fraudem, s. hæreditatis factum, ut dictum est, alias non: sed potest licite acceptari. Sed contrarium ad hoc tenet Bart. in minorica, & Bald. ut in Seren. conscient. q. 19. 20. refertur. quia dictū quod expresse uidetur contra Clem. s. art. 7. s. cunctis annui redditus. Sed certe licet in rigore literæ possit uideri contra Clem. s. tamen in sensu æquitatis non uidetur contra eum, neq; contra mendicitatem, ne que fit aut fieri uidetur in fraudem tale legatum: ideo credo quod potest acceptari, ut dictum est secundum redericum & Petr. Ancharr. &c. cum limitationibus dictis. Si uero legatum sit excessiu[m], attentis circumstantiis supradictis, aut etiam si relinquatur ad longum tempus seu simpliciter in perpetuum, & id simpliciter seu pro nostris necessitatibus, aut pro uictu & uestitu, quantumcumque modica quantitas, tunc non potest licite acceptari, quia inter immobilia computatur, aut habet speciem seu naturam reddituum nobis prohibitorum per Clem. s. ubi sup. q. 10. aut uidetur in fraudem factum, ut supra in 1. puncto habetur: & in hoc omnes doct. supradicti concordant ubi sup. Et habetur in Seren. cons. q. 19. 20. Vnde propter prædicta habetur in tab. 19. Vic. gen. quod de eleemosyna illerdæ. Nullo modo licet nobis eam exigere, cū sit annualis & perpetua. Patet etiam ut habetur in tract. x. plag. plaga 6. quod nos non possumus per legata habere aliqua ligna in sylvis perpetuis temporibus: neq; possumus habere capellas, uel confraternitates, aut funeralia seu exequias perpetuas in nostris ecclesiis, nisi ubi in huiusmodi essent omnia spiritualia & sine ulla obligatione ciuili ex parte nostra, ut dictum est supra latius. Sed & de hoc & quomodo possunt peti legata perpetua proxime in 4. puncto sequenti habetur latius ibi uideatur. Quod si ad prædictorum declarationē quaeratur usq; ad quantum tempus reputatur legatum fieri ad modicum uel ad magnū tempus? Respō. quod usq; ad x. annos reputatur esse ad modicum uel ad magnū tempus à iure, ut ait Zabarell. in Clem. exiui. & Pet. de Plagari is I. si cum præfinitione, ff. si quando dies le. cel. Et habetur etiam in Seren. conscient. q. 20. & summa Angeli, ubi sup. In omnibus autem supradictis notandum semper quod modicus excessus non uiciat, ut dicunt Zabarell. &c. ubi sup. & quia in moralibus non stat ad punctum rei mediocritas secundum rationem & quod parum est, pro nihilo reputatur.

Quomodo autem legatum possit conuerti in alios usus & causas latius dictum est supra 4. cap. q. 9. & summa Ang. tit. legatum 2. s. 11. &c. uideatur.

¶ Quartum punctum est, quo ad repetitionem seu exequitionem legatorum nobis factorum. Notandum primo quod Episcopus & iudices alii, tam ecclesiastici, quam seculares possunt ex usu officii: nemine etiam ad hoc agente compellere hæredem uel exequutorem, seu illum qui ad hoc tenetur ex testamento, uel alias quatenus relicta monasterio, uel nobis adimpleat & soluat: ut hoc tenet Spec. in tit. de instru. ædi. s. nunc uero aliqua. Et Barth. in l. ne quicquam s. fin. ff. de offic. procons. & loan. Andreas in cap. si hæredes, extra de testamentis, & Bald. in l. nulli. C. de episcopis & clericis, & Petrus Ancharr. in Clement. exiui: & expresse est ad hoc Nic. 3. art. 3. ubi supra. rationes huius possunt facile dari, ut de hoc late habetur in Seren. conscienc. q. ultima, alphab. litera &. Et in compendio priuilegio. tit. hæreditas s. ultimo. Item cuilibet de populo competit actio ad hoc, & potest agere ut legata & relicta ad pias causas impleantur. quale est legatum factum ecclesiæ, pauperibus religiosis &c. ut habetur in compendio ubi supra. & summ. Ang. tit. legatum 2. s. 15. Nos autem fratres min. nulla legata possumus petere in iudicio, quia sumus incapaces iuris & actionis cuiusq; ciuilis, ut saepe dictum est supra q. 1. &c. Et addit frater Ioannes Philip. art. 1. fo. 102. quod quamvis iudices ex suo officio seu alii ut dictum est, possint & teneantur aliquando compellere hæredes aut exequutores ut adimpleant prædicta legata nobis facta. Nos tamen non possumus directe seu indirecete talem compulsionem procurare. Ratio eius est, quia Nic. 3. art. 3. declarando prohibet nobis in pecunia aliquid iuris ullo modo habere in iudicio aut extra. Et hoc idem uoluit seruari etiam in pecunia legata, ut dictum est sup. 4. cap. q. 8. & q. 10. Sed certe hoc eius dictum solum habere uidetur ueritatem quando nos fratres min. tanquam habentes aliquid dominii aut iuris in tali legata pecunia, aut tanquam actores pro ea insisteremus, aut tanquam tales talem compulsionem procurare uideremur. Alias si simpliciter extra iudicium denunciemus iudicibus iniuriam defuncti, & nostram, ut ipsi ex suo officio procedant ut uoluerint, non uidetur illicitum sic procurare legatorum adimple-

adimplerionem, quamvis forte in pecunia non legata id facere esset aliqualiter illicitum, ut sup. 4. cap. q. 8. condit. 7. dictum est. & quod dicit quod Nic. 3. uoluit easdem modificationes seruari in pecunia legata, quas & quomodo uoluit in pecunia non legata: uerum est quo ad acceptandum eam seu deponendum, non tam omnino quoad legatorum ad impletionem seu expensionem quia quo ad hoc aliquid specialius uoluit fieri paulo inferius ibi dem dicens, quod uolebat prouidere quomodo nec piæ defunctorum uoluntates. Neq; fratres min. pauperes suis auxiliis fraudarentur: sicut & de eleemosyna deposita per dantem uiuum, postea mortuum ante eius expensionem decreuit cōtra uoluntatem hæredum. Prædictam autem prouisionem quo ad legata intendebat facere per syndicū, ut sup. 4. cap. q. 1. 6. &c. dictum est, aut per iudices seculares, ut iam diximus, quod ipse Nic. 3. expresse sic ordinavit quod per ipsos compellerentur hæredes & exequutores adimplere legata nobis facta. Quomodo autem tales hæredes aut exequutores possent compelli ad id, nisi præfati iudices id scirent. quomodo autem scirent nobis non esse datum legatum secundum formam testamenti, nisi ipsi significaretur à nobis qui certius id scimus tanquam defraudati tali legato. ergo uidetur quod secure possumus procurare quod legata nobis facta adimplantur modo supradicto, cauendo à scandalo & litigio & assistentia in iudicio ut dictum est, quia & sic expresse dicit Bonaventura 4. cap. dicens, quod si exequutores testamentorum aut defunctorum retinerent maliciose pecuniam contra formam testamenti, nec uelint eam cōcedere alicui pro fratribus necessitatibus, tunc possunt fratres denunciare ordinariis & aliis iudicibus prædictis iniuriam defuncti, & suam sine regulæ præiudicio: non tamen iudicialiter petere tanquam suam licet eis sit debita quæcumque portio testamenti: hæc ille. Ex quo patet nostrum intentum. maxime quia dictum fratri loan. Philip. & eius ratio, ubi sup. solum habebat locum in legatis pecuniariis, ut patet, non in aliis Nunc ergo ex quo probatum est quod in omni legato tam pecuniario, quam etiam non pecuniario possumus procurare quod nobis soluatur, modo supradicto secundum Bonaventur. dicamus quod sic est limitādus & intelligendus frater loan. Philip. ut iam diximus, si eius dictum debet ualere tanquam continens ueritatem

tatem. Immo & addit Bonauent. 4. cap. quod si contingat haereses seu exequatores testamētorum repetere maliciose pecuniam pro fratum necessitatibus commendatam alicui, non est ei restituenda, cūm sint contrarii ipsius testatoris uolūtati ultimæ. & per consequens immobili, hæc ille. & concord. Nic. 3. art. 3. dicens in simili casu, quod quando antequam pecunia concessa per dantem sit debite expensia, contigerit ipsum dātem mori, quod etiam contradicente haerede debet expendi in tales fratum necessitates ut sup. 4. cap. q. 9. dictum est: quod secus esset si ipse dans uiuus mutata uoluntate repeteret. ergo quo ad expensionem pecunia, non est idem omnino iudiciū quando est legata, aut quando per dantem adhuc uiuentem deposita est: ideo teneatur ut diximus. Neq; est contra Clem. 5. prohibentem iudiciale repetitionem legatorum, & dicentem cauēdum à specie mali, quia hæc omnia cauentur modo prædicto, nec uidetur ullo iure prohibitū, ut patet ex Bonauent. ubi sup. Quanto magis quod & per syndicum possumus repetere legata, lictio & congruo modo nobis facta, ut sup. 4. cap. q. 10. &c. dictum est. ibi uideatur quomodo & cum quibus limitationibus possunt per syndicum peti, & qui possunt uti tali syndico, ad hoc. propter breuitatem enim non expedit ea dem sacerdos & ubiq; replicari seu repeti fastidiose, quāmis purius & exemplarius esset quod non syndicus, sed iudex ex officio suo, aut alius nomine populi procuraret quod prædicta legata nobis facta adimplerentur, sicut dictum est: & habetur in compendio tit. haereditas, §. ult. posse fieri. ¶ Secundum, In hoc secundo puncto notandum est, & hoc quoad legata perpetua quod ut sup. in 3. puncto dictum est, non possunt acceptari nisi cum limitationibus ibidem dictis secundum aliquos doctores: tamen modo acceptentur, modo no: dico quoad eorum repetitionē quod non possunt ullo modo repeti quasi debita ciuiliter, tam in iudicio quam extra nomine seu auctoritate fratum: sed solūm pure eleemosynaliter, & sic habetur declaratum in tab. cap. gen. Burgens. anno Domini 1523. celebrati, in hunc modum. Declaratur quod ad perpetua legata petenda, no: possunt fratres recurrere nisi per modum eleemosynæ absq; alicuius debiti ailegatione, imo cum declaratione scripta & sigillata haeredibus uel commissariis facienda. quod si fratibus non licet talia petere, nisi humiliter per modum

modum eleemosynæ, hæc ibi. Per modum enim eleemosynæ bene licitum est ea petere aut ad earecurrere quantumcunq; perpetua legata sint, sicut & ad aliā eleemosynam pecuniariam aut non pecuniariam procurandam possent in necessitate recurrere, ut eti am hoc habetur in summ. Ang. tit. legatum. 1. f. 5. Eratio quod non nisi eleemosynaliter licitum est ea petere extra iudicium, patet ex dictis in hac q. & q. 10. &c. unde & iterum in tab. cap. g. Assisi anno Domini 1526. celebrati, habetur hoc modo. Dernerit ac præcipitur quod fratres nullo modo recipiant aliqua legata perpetuo relictā aliquibus personis, uel hospitalibus, uel aliiis domibus, ut dent fratribus certam eleemosynam simpliciter ut ipsi dicāt certa officia, uel missas. immo quod guardianus uel præsidens faciat protestationem iuridicam & auctenticam ei qui implere tenetur testatoris uoluntatem, quod nolunt illas eleemosynas ex uero illius legati, nec uolunt obligari nec teneri ad illa officia uel missas. & quod si uoluerint legatarii transferant in alium locum, si tamen facta ista protestatione legatus præfatus uoluerit ex sua mera uoluntate dare eleemosynas illas & committere fratribus dicta officia & missas possint fratres cum bona cōscientia recipere, hæc ibi. Et secundū prædicta hæc, intelligitur id quod in tab. Vic. g. habetur, quod si. nullo modo licitum est nobis exigere eleemosynam illerdæ, cūm sit annualis & perpetua: quia facta prædicta protestatione potest pure eleemosynaliter petere hu militer, & recipere oblatam, alias non. De modo aut petendi eleemosynam per viam confraternitatum, iam dictum est sup. in 3. pūcto. & latius sup. 4. cap. q. 12. ibi uideatur. Quod si ad prædicta quis obiiciat, Si nos non sumus capaces obligationis ciuilis, quod modo ille haeres aut exequitor tenetur, aut potest ciuiliter cogi per iudicem aut per syndicū cum nomine Papæ, aut per alium ad talia legata supradicta soluenda nobis? Responsio patet ex dictis sup. q. 5. in 3. puncto, quod improprie seu large est nobis ciuiliter obligatus, quia & licet nobis no: obligetur ciuiliter, potest tamen obligari aliis, s. Papæ uel ecclesię Rom. ad cuius dispositionē pertinet talia legata nobis facta, & nomine eius syndicus ea repetit quis ad utilitatem nostram. Item ex obligatione naturali qua nobis obligatur, potest oriri actio alicui contra talem ut obligetur ciuiliter, no: nobis, sed alii ad utilitatem nostram, ut habetur in Ser. cons. q. penult. alphabetica, ibi uideatur si placet.

**V A F S T I O XII.** Quæritur, utrum licitum sit nobis facere prouisiones seu congregations frumenti, uini, agnorum, &c, huiusmodi in futurum?

¶ Respondeo per tria puncta. Quorum primum est, Simpliciter seu generaliter loquendo illicitum est contra uotum paupertatis nostræ facere prædictas congregations in futurum, ubi probabile seu credibile esset de quotidianis mendicationibus nos posse commode seu conuenienter secundum nostrum statum & conditionem agere uitam. probatur, quia paupertatis Euangelicæ est, uel saltem ei consequenter annexa est mendicitas, & non prouidere in tempus crastinum & in futurum tempus (ut patet sup. q. i.) Vita enim Euangelica non prouidet in crastinum, secundū illud Math. 6. Nolite solliciti esse in crastinum. & cap. eod. Respicite uolatilia celi, quia non congregant &c. & tamen pater uester, &c. ut aiunt 4. magist. & Bonauent. 4. & 6. cap. & tract. 10. plagar. plaga 6. Ex quo uidetur quòd uita Euangelica in gradu sua perfectionis à personis particularibus immitabiles, qualem nos profitemur, habet talem paupertatem & mendicitatem annexam: ita quòd non habeant congregations in futurum aut diuitias de rebus mendicatis & concordat Chrysost. Omil. 33. in fine, dicens, quòd uiris euangelicis nihil amplius conuenit petere quotidiano cibo, etiam domi manentibus. ut Bonauent. 4. cap. refert. Item ex uirgulæ nobis imponitur paupertas talis, cui sit annexa mendicitas quotidiana, ita quòd nulla thesaurizatio aut prouisione in futurum aliquarum rerum fiat, ubi alias sine tali congregations cōmode possemus probabiliter uiuere. Sed quòd ex Dei prouisione rationabiliter dependemus in futurum, ne sic onerati uitam agant in via peregrinationis, sed pro instati necessitate, ut oportet sibi prouidere, ut aiunt 4. magistri. 6. cap. & Bonauent. eodem 6. cap. ubi ipse & expos. sanctorum patrum. c. 6. & Ioan. de Pechano & omnes patres & doct. nostri ordinis ab initio & usq; nunc sic intellexerunt & dixerunt, quòd si ex uirgulæ & nostræ paupertatis, interdicuntur nobis granaria, cellaria, & congregations in futurum, seu faciendo longas prouisiones illarum rerum quæ quotidie mendicando haberri possunt ad commodam uitæ nostræ sustentationem, ut dictum est. Quod etiam patet, quia secundum communiter doct. nos tenemur ad altissimam

mam paupertatem, ut innuitur etiam 6. cap. Ibi hæc est illa celstudo altissimæ paupertatis, &c. Nunc autem ad altissimam paupertatem pertinet carcere prouisionibus in futurum, & auxilio humano non omnino confidere, sed soli Deo. ut habetur in collationibus patrum. collat. x. ubi dicitur, quæ maior aut sanctior potest esse paupertas, quam quæ nihil præsidij nihilq; virium habere cognoscens de aliena largitate quotidianum posse auxilium, & uitam suam atq; substantiam singulis quibusq; momentis in Diuina ope intelligi sustentari, hæc ibi. Et tandem sic decreuerunt & declarauerunt dominus Nic. 3. art. 2. uers. Insuper nec utensilia nec alia, quorum usum ad necessitatem & officioru sui status exequitionem (non enim omnium rerum usum habere debent, ut dictum est) ad ullam superfluitatem diuicias seu copiam quæ deroget paupertati, uel thesaurizationem, uel eo animo ut ea distrahat seu uendant, uel sub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occasione recipiant, &c. hæc ibi. Et Clem. 5. art. 7. §. rursus cum predictus sanctus tam in exemplis uitæ quam uerbis regulæ ostendit se uelle quòd suifratres & filii diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iaceret cogitatus, qui uolucres coeli pascit quæ non congregant in horrea, nec seminant nec metunt. Non est uerisimile uoluisse ipsum eos habere granaria uel cellaria ubi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transigere uitam suam, & ideo non ex timore leui laxare si debent ad congregations & obseruationes huiusmodi faciendas: sed tunc tantum cum esset multum credibile ex iam expertis quòd non possent uitæ necessaria aliter inuenire, hæc ibi.

¶ Secundum punctum est, quando esset ualde credibile quòd non possent uitæ necessaria aliter commode inueniri. Possumus face-re prædictas congregations talium rerum necessiarum, ut pote frumenti, uini, & olei, pisium, carnium, agnorum, &c. huiusmodi: dummodo fiant talium prouisiones moderate in diuturnitate quantitate & qualitate, & cum debita exemplaritate cauendo scandalum & omnem aliam circumstantiam uiciantem. Quod in tali casu polsint fieri prædictæ congregations, patet: quia regula non obligat in casu necessitatis probabiliter imminētis ad hoc, s. quòd abstineamus à prædictis congregations rerum necessiarum ad commodam uitæ sustentationem: & per consequens quòd ca-

reamus debita sustentatione uitæ, aut debita exequutione officiorum status religionis. Ratio, quia media ordinantur ad finem, & ex fine est sumenda obligatio mediiorum. Nunc autem finis paupertatis & mendicitatis non est ut caretamus debita sustentatione aut exequutione officiorum nostri status, sed potius econtra, ut patet in *infra* q. 13. &c. ergo quod per talem in prouisionem probabiliter careremus debita sustentatione aut rebus oportunis ad exequutionem officiorum religionis, non est obseruanda, sed tunc possimus prouidere moderate & debite, ut dictum est. &c. cor. Zabarell. super Clem. exiui, & doct. & expos. oes ubi sup. Et tandem Clem. s. dicens, sed tunc tantum (s. possunt fratres praedictas congregaciones facere) cum esset multum credibile ex iam expertis, quod non possent uitæ necessaria aliter inuenire, ubi bene notat Zabarel. ubi sup. quod timor leuis non excusat, maxime prælatos (nam de subditis proxime in 3. puncto dicetur, quod excusantur sequendo prælatorum iudicium) sed quando est timor, sed credulitas ualde probabilis ex iam expertis, quod sine talium prouisione non possent alias commode necessaria inueniri. Dictum est etiam, quod dummodo tales prouisiones quando fiunt, siant moderate, &c. quia per hoc non conceditur uicum superfluitatis ullo modo, aut aliud uicum seu peccatum: sed solum prouidetur debitæ necessitati nostræ paupertatis. ideo & cauendum a scandalo, & ab omni alia circunstantia uiciante undecunq; bonum enim est ex integræ causa. Dictum est etiam quod non solum frumentum & uinum potest in praedicta necessitate congregari, sed & oleum, pisces, carnes, & agni, & alia minutæ necessitæ, ad debitam & commodam uitæ sustentationem, &c. quia quamvis dominus Clem. s. solum expresse declarauerit esse nobis concessum congregare frumentum & uinum, & de aliis tacuit, tamen bene possunt alia congregari modo praedicto: tum quia de similibus idem est iudicium, præsertim quando est eadem ratio legis expressa, sicut innuitur in praedicta declaratione, quod pro necessitate est licita congregatio talium rerum, & licet de illis tatum exempli facauerit, tamen non per hoc excluditur alia in quibus est eadem ratio necessitatis. Tum etiam quia dom. Iohanni. 2. in sua declaratione, quorundam exigit, fol. 16. de hoc loquens, & approbabas declarando & præcipiendo dicit quod in praedictis, scilicet congregatio-

nibus frumenti & uini, & in hiis similibus stetar determinationi prælatorum, ut infra in 3. punto haberur. ergo. Et sic expresse concordat tract. 10. plag. plaga 6. dicens quod quo ad agnos nutrientes seu congregandos, non uidetur quod in huiusmodi animalibus nutriendis fratres sint turi in conscientia: siue illa nutrita sunt secularibus nutrienda in locis ipsorum secularium, nisi forte quando talis necessitas talisq; exemplaritas & talis discrecio guardianorum esset quæ moderate talia iudicaret esse congreganda, haec ibi. & similiter indistincte expos. dicunt de omnibus necessariis congregandis: & sic patet quid de gallinis & porcis nutrientes dicendum sit, ut sup. q. 10. dictum est. Et secundum praedicta est intelligendus Bonavent. 6. cap. & q. 7. super regulam dictis, quod ubi congrue possumus sine iactura nostra & aliorum debitum tempore oportuno nobis de necessariis prouidere. &c. ut infra in Resp. ad argumentum habetur. Similiter Hug. 6. cap. quod minutorum prouisio, ut fabarum, cicerum, & huiusmodi leguminum & fructuum, propter eorum modicum premium uel raritatem in anno semel euidentium possunt pro necessitatibus nostris congregari in futurum, &c. & 4. magist. 6. cap. idem innuit. Tertium punctum est, quod ministrorum & custodum simul & separatim in suis administrationibus & custodiis cum guardiani & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum & antiquorum in ordine fratrū consilio & assensu relinquitur iudicio, super praedictis, s. quando & quomodo & qua necessitate, & quantum debet congregari in futurum secundum supradicta, & hoc eorum conscientiis oneratis specialiter, ut expresse dom. Clem. s. ubi supra ait: ita quod alii fratres subditi sunt securi, sequentes humiliter iudicium prælatorum: dico sequentes humiliter, quia si ex culpa sua qua nolunt paucis contentari, sunt in causa quod prælati faciant congregations indebitæ, aut alios abusus certe omnes in culpam uoluunt & maculantur. ut latius infra 10. cap. q. 7. habetur. Item ipsi prælati attendant quod non aliter eis committitur iudicium arbitrandi circa praedicta, nisi cum consilio & assensu aliorum, & cum limitatiōibus supradictis per dom. Clem. s. Vnde ad maiorem firmitatem & claritatem prædictorum omnium, & ad tollendos scrupulos subditorum & scandals inobeientium circa hoc.

Iterum & latius dominus Ioannes 22. in declaratione sua quorū dām exigit s̄o. 16. sic dicit. Nos de p̄fatorum fratrū nostrorum consilio eorundem ministrorum & custodum sub eadem forma, s. quæ posita est secundum Clem. 5. ubi seprā, iudicio p̄fentiū auſtoritate committimus determinare uidelicet, arbitrii atque p̄cipere eo casu, qualiter, ubi, quando, quomodo, & quo tiens granum, panem & uinum, pro uitæ fratrum necessariis frātres ipsi quærere debeant, conseruare siue reponere, etiam si repōnenda sint in p̄dictis granariis & cellariis conseruanda, statuētes & districte p̄cipientes, mandamus quòd in p̄dictis & hiis similibus eorundem arbitrium & determinationem siue iudicium generalis quidem in totius: prouincialium uero in prouinciarum ministrorum ac custodum, simul ac separatum in administrationibus & custodiis ordinis memorati commissis eisdem, cū guardiani tantum, ut supra dicetur, & duorum de cōuentu discretorum loci sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & al- sensu frātres omnes & singuli se qui omnimode, illisq; parere per omnia teneantur: ac insuper quòd illorum sequendo arbitriū, de terminationem siue iudicium, illasq; parendo, nec sint nec dicipolos fint uel debeant, nec ipsis seipso autument suæ regulæ uel constitutionum sui ordinis transgressores, h̄c ibi. quæ omnia sunt ual de notanda cum suis limitationibus & particulis. Ex dictis omnibus patet secundum Bonauent. q. 7. super regulam, quare & quomodo possumus plura seruare & colligere mendicādo, quam id quod possit sufficere ad unum diem. Nam in Euangeliō fidelibus non prohibetur rationabilis & debita prouisio, sed immode rata aut indebita sollicitudo in futurum. sollicitudo enim notat curæ anxietatem, illicitam conquisitionem, auaram & superfluam prouisionem. Sicut enim in operatione salutis nostræ principaliter spem in Deū iactare debemus, ita & in corporali subsidio sollicitudinem debemus ei committere. & tamen ubi congrue possumus sine iactura spiritualis profectus nostri, & aliorum nobis necessaria prouidere possumus & debemus, ne aliter quasi Deum tētare uideamur. ut miraculo se sicut olim filiis Israel nobis quotidie alimoniam subministret. Licet enim priorum fratrum puritas pro maiori perfectionis ardore pauciora quam nunc confuerint ad uictum colligere necessaria, & populus propter hoc talem opinionem.

onem conceperit, quòd nil nobis licet reseruare in crastinum, ut so nat ad literam, tunc nec tunc, nec nunc aliquo modo nobis prohibitum est statuto, quin possimus ad uictum aliqua etiam necessaria in futuri pro aliquo tempore prouidere, maxime de hiis quæ in promptu cum indigeremus non possemus acquirere mendicando. Sunt enim aliqua quæ nisi colligamus certo tempore quādē est eorum copia, quando inter manus communiter habētur à populo, postmodum nec pro infirmis, nec pro hostibus, nec pro aliis sine magna difficultate uel magno precio poterunt habeti, mendici enim maxime illo tempore, & ab iis solent necessaria petere, quo & à quibus sciunt ea promptius à dantibus inter manus haberi & libentius dari, utpote circa horam comedēdi. sic & Dominus populo certo tempore p̄cepit manna alimoniam colligere, quia non omni tempore in agro, etiam si quærerent inueniret exod. 16. Ps. 144. Tu das illis escā in tempore oportuno: in hoc enim non tā nobis quam illis à quibus petitur prouidemus, quando s. tali tempore petimus quo ipsis facilius dare possunt, & sunt magis uoluntarii ad eleemosynam largiendam, h̄c Bonauent. quæ omnia eius dicta intelliguntur secundum ea omnia quæ dicta sunt: solum enim hic reddit causam quare non solum ad unum diem pr̄sentē possumus licite prouidere nobis sicut & alii Christiani. & hoc quando est causa in nobis rationabilis secundum nostrum statum & professionem ad sic prouidendum ut dictum est: sicut & alii Christiani secundum suum statum possunt in futurum prouidere sibi sinc noxia sollicitudine, quando est in eis rationabilis causa ipsis proportionata secundum eorum statum. Non enim tenentur ad tam arctam paupertatem, neq; ad mendicitatem, neq; ad cauendum thesaurizationem aut prouisionem in futurum, sicut & nos tenemur ex regula, ut dictum est: igitur accommodare & proportionabiliter sunt intelligenda p̄dicta uerba. S. Bonauenturæ, qui insuper dicit causam quare quando est rationabilis causa prouidendi in futurum, talis prouisio fiat tempore oportuno & debite quam alio tempore aut modo indebito, & similiter dicitur infra q. 13. &c. quare potius ab aliquibus & à diuitibus & uno tempore petatur eleemosyna, quam ab aliis, aut alio tempore, ibi videatur.

**V A E S T I O X I I I .** Quæritur utrum fratribus min. sit licitum & meritorium mendicando uiuere de eleemosynis, & an sit eis obligatorium ex regula, & quomodo & à quibus possint & debeant petere eleemosynam?

Respondeo per 4. puncta, Quorum primum est, Fratribus minoribus seruantibus debite suam precisionem, licitum est uiuere de eleemosynis seu medicare, & est supererogatorie meritorium alias non. Probatur quod sit licitum, quia licitum est unicuique petere humiliter & recipere & uiuere de re sibi debita quomodo cunque, ut patet. Sed bono religioso est debita à proximis seu hominibus sua debita sustentatio ad uictum & uestitum & sui status & officii debitam ex equitionem: quod patet, quia bonus religio sus semper tribuit beneficium, saltam spii italem hominibus, vel prædicando, vel altario ministrando, seu officio Diuino debite insistendo, vel sacræ scripturæ studio instando ad utilitatem ecclesiarum, vel meritis & exemplis proficiendo per bonam uitam religiosam, ergo religioso aliquid horum tribuent, vel simul aliqua, vel omnia beneficia debetur iure naturali recompensatio debita ad sustentationem ut dictum est. Et facit ad hoc 1. Corint. 9. Si uobis spiritualia seminamus non magnum est, &c. Ergo patet quod omni bono religioso licitum est uiuere de eleemosynis. Hic autem uoco bonum religiosum, non quidem simpliciter qui omnem uilitatem supradictam exhibet ecclesiarum cum merito suo, sed secundum quid, scilicet illum qui aliqua de prædictis utilitatibus præbet ecclesiarum debito modo exercendo suum officium & statum, & hoc sufficit ut licite uiuat de eleemosynis. Immo & illi qui bona temporalia quæ habebat in seculo largiti sunt monasterio seu pauperibus possunt de eleemosynis factis ipsi monasterio uiuere, etiam si non laborent corporaliter, qui propter pristinam conuersationem, non consueuerunt corporaliter laborare, ut ait B. Thom. 2. 2. q. 187. art. 4. & 5. secundum Aug. in lib. de operibus monachorum, à quo prædicta ratio sumpta est. Secunda ratio ad idem est, quia ei qui non tenent corporaliter laborare pro sua sustentatione debita, licitum est per eleemosynas suæ necessitati prouidere si aliunde non habent. Sed fratres min. aliunde non habent, ut patet: quia non redditus, nec &c. ut patet ex dictis, nec regulares tenent corporaliter laborare pro sua sustentatione, ut patet

ex declar. Nic. 3. &c. ut sup. 5. cap. q. 1. ergo licitum est de liberaliter oblatis uel mendicatis uiuere.

Terrio probatur idem, specialiter probatur quod est supererogatorie meritorium uiuere de eleemosynis, & de mendicitate, ita quod est meritorium & de consilio Christi, quod probatur sic. licitum est & meritorium supererogatorie se qui consilia Christi: sed relinquere omnia & effici mendicum propter Christum est huiusmodi, ergo. Discursus cum maiore patet, & minor probatur, quod scilicet consilium Christi, relictis omnibus effici mendicatu propter eum, quod patet primo, quia Math. 19. habetur, Si uis persestus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, etc. qui autem iam omnibus distributis in pauperes nihil habet, & intendit spirituale utilitati ecclesiae aliquo prædictorum modorum certe supererogatorie se humiliat, uiuendo de humiliiter mendicantis & eleemosynaliter petitis & habitis, cum posset sine tanta abiectione humilique uercundia, etiam sine labore manuum sibi debitum stipendium aliter petere & recipere & uiuere sicut & alii clerici præbendati aut reddituati propter eandem causam propter ministerium spirituale quod impendunt ecclesiae. Ergo ex prædicta humilitate & contemptu auctore propter Christum egere & mendicare supererogatorie, meritorium est, & Euangelicum consilium est. Item secundo idem patet, quia in Euangeliō talis mendicitas laudatur ut supererogatoria. Nam ubi nos habemus Math. 5. Beati pauperes spiritu, litera Graeca haber, Beati mendici, ut ait Chrysostomus doctor Graecus. Item tertio idem patet exemplo Christi. Nam Christus fuit mendicus, aliquando non uiuens de labore manuum suarum corporali, ut patet Psal. 39. Ego mensicus sum & pauper, ut ait Hieronymus ibidem, & refert B. Thomas ubi sup. quod non in persona David, qui non fuit mendicus sed in persona Christi hoc dicitur. Et consonat Augustinus in Ps. 208. Persecutus est hominem inopem & mendicatum, id est Christum, scilicet Iudas. Et idem Augustinus in Ps. 103. super illud, Producens scenum iumentis, &c. dicit, nisi forte putatis quod Dominus ibat & petebat, aut indigebat, &c. & Hieronymus ad Nepotianum dicit quod Christus ut pauper cibo uescebatur alieno, quia scilicet de eleemosynaliter oblatu, licet non semper ostiatim mendicato ad humilitatis exemplum, uixit ut erat persona particularis.

**E**t s<sup>e</sup>p*e*. id innuitur in Euangelio Lu<sup>c</sup>e<sup>2</sup> 22. ubi mendicauit pulli & asinam. & Lu<sup>c</sup>. 8. uidetur mendicasse uictum à mulieribus ministrantibus in via. Et Lu<sup>c</sup>. 9. hospitium à Zacheo, ut exemplum ceteris daret; & p<sup>re</sup>nitentiam pro nobis faceret, & ut nullum genaus humilitatis exemplaris relinqueret inexpitum, & completeret prophetias prædictas in Ps. quia licet esset dominus omnium, tamen uoluit carere ex equione dominii & potestatis temporalis sicut & B. Alexius aliquando sic mendicauit ab extraneis, & a se uis suis in domo propria; & id uirtuose ex humilitate, & hoc idem tenet Bonavent. in expositione regulæ cap. 6. & Gaetanus cum B. Thom. ubi sup. art. 5. Quāmuis Rauliz in quadam sermone quadragesimali exponat prædicta omnia de mendicitate spirituali, & quāmuis aliqui alii dicant esse blasphemū dicere Christum mendicasse, ut refert Gerson 3. parte summa, alphab. 5 9. litera q & alphab. 6 8. litera c. Sed neutrum ibi approbat aut reprobatur Gerson, quāmuis in alphab. 6 8. uideatur magis declinare ad ea quæ dicta sunt secundum Bonavent. & b. Thom. Et Bernardus in quadam sermone de puero Iesu perduto, qui ipsi Bernardo ascribitur, expresse dicit quod Christus in triduo illo mendicauit ostiatim. Et beatus pater noster Franciscus in prima regula cap. 9. dicit quod uixit de eleemosynis: & ad eius exemplum nos mendicare instituit dicens, uadant pro eleemosyna confidenter, &c. Quarto probatur idem, quia Alexan. 4. in priuilegio non sine multa, fo. 24. & ff. 25. declarauit nostrum statū & mendicitatem & paupertatem esse licitā, sanctam, meritoriam, perfectam & Eu angelicam, & de eleemosynis licite & meritorie uiuere sine labore corporali, &c. & idem fecit Bonifacius 9. in priuile. sacra religionis, fiff. 11 8. quoad fratres Dominicanos. Idem decernunt de clarationes Nic. 3. & Clem. 5. ubi supra, ubi de mēdicationibus quotidianis uiuendum nobis esse sine congregationibus in futurum sine redditibus ullo modo decreuerunt: & concord. omnes doct. ut sup. q. 10. & 11. & 12. late habetur. Et idem patet, quia cū hæc regula nostra, ut proxime dicetur in 3. puncto, nobis imponeat quod uiuamus de eleemosynis & de mendicitate, & sit approbata per ecclesiam, ut sup. in introductione q. 1. &c. habetur, ergo mendicitas nostra approbata est ut laudabilis & meritoria, & Euangelica, ut patet ex dictis. ergo patet quod mendicitas nostra est

est licita & meritoria: quāmuis Gerson 1. parte summa, alphab. 16. litera 9, & alphab. 11. &c. dicat mendicitatem esse nouiter introductam post Apostolos, & eam mordeat ibi & alibi. Sed & in cō cilio Constantient. sessione 3. cōtra Ioannem Hus dicentē, quod frates per laborem manuum tenentur uictum quærere, & nō per mendicitatem; habetur decretum quod 1. pars huius propositionis est scandalosa & temeraria, 2. erronea, hæc ibi. Lictum est no tanter quod est licita quoad fratres religiose uiuentes & ad susten tationem religiosam & non alias, quod pro tanto dicitur, quia si aliquid istorum desit, non erit licitum uiuere de eleemosynis, uel de mendicitate, quod ut pateat, sequitur 2. punctum.

**¶** Secundum punctum, illicium est uiuere de eleemosynis & de mendicitate fratribus min. qui nolunt patienter contentari cū ne cessariis ad usum moderatum rerum, uel qui non recompensant in spiritualibus pro eleemosynis acceptis. Pobatur primum, s. quod qui nolunt contentari moderate & patiēter ferre egestatem quod periculose & illicite profiteantur statum hunc mendicitatis. Prima ratio est, quia pro tanto est bonum relinquere sua pro quā to tollit sollicitudinem impedientem à Diuinis, & redditur homo aptior ad teruitum Dei & ad uirtutes.

Si autem contineat aliquibus taliter dispositis quod s. per mendicitatem efficiuntur magis solliciti ad temporalia, & impediuntur à diuinis, sūtq; minus ad ea, & ad uirtutes, iam non est bonum, sed il licitum suis bonis relictis tali mendicitati ex qua est occasio propinqua ad prædicta & alia peccata se exponere. Ista maior sic dilata pro utraq; sua parte patet & conceditur ab omnibus doct. & ratio naturalis eam suadet. & infra q. 16. &c. late probatur, ibi ui deatur. Sed quando quis non est paratus penuriam pati & esse cōtentus cum necessariis ad usum moderatum ad quem tenetur, iam efficitur minus idoneus ad Diuinā, & in propinqua occasiōe maioris sollicitudinis & peccatorum, ergo illicium est tali sic dispo sitio assumere statum hunc mendicitatis. Discursus est bonus & maioriam patuit, minor autem probatur in qua est difficultas. Quod enim status mendicitatis nostræ sit talibus indispositis supradictis causa propinqua impatientiæ, murmuratiois perturba tionisq; continuæ, patet secundum Gregorium in Pastorali, par te 3. admonit, 21. dicentem sic, qui iam quæ possident misericor diter

diter tribuunt, necesse est ut sollicite perpendant ne commissa indigne distribuant. Et ius a ne cum pauca oportet plurima præbeant, & ipsi postmodum in opiam tollerantes ad impatientia erum pant, audiantq; quod scriptum est 2. Cor. 8. non ut aliis sit remissio, uobis autem tribulatio, cùm enim datus mens nescit in opiam ferre si multa sibi suspirabit, occasionem contra se impatientiae exquirit. Prius enim præparandus est patientia animus & aut multa sunt aut cuncta largiendo, nedum minus & quanamiter irruens in opia fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc mētem deterius murmuratio subsequens perdat, hæc Gregorius & glos. ubi su. 2. Cor. 8. dicit, nō hoc ideo dixit Paulus quin melius esset, sed infirmistimet quos sic dare monet ut egestate non patientur: quia secundum Grego. tolerabilius est minus tribuere, q; post largitionem ex inopia murmurare. Et Chrysost. in tract. de dignitate sacerdotali lib. 3. c. 16. dicit, Inexpleibile malum est paupertatis non uoluntariae, quod & murmurantem & ingratam esse delectet nisi semper alimonia sicut ex uberrimo fonte præbeatur, nec aliquando desiciat, hæc ille. Quod etiam talibus sit causa maioris sollicitudinis & auariciae & distractionis patet, quia qui habet patrimonium, aut proprium in particulari, seu in cōi, seu redditus, facile potest uiuere & cū minori sua distractiōe & sollicitudine, & Deo & uirtutibus uacare, quamvis qui nihil oīo habens, & tamen uolens laute & delitiose uiuere, sicut & domini diuites & præbendati, & non cōtentari paucis sufficientibus ad usum moderatum ad quem tenentur, uult querere per eleemosynas mendicando quomodo prædictæ sua uoluptati satisfaciat. Non enim possunt hæc haberi mendicando, nisi cum maiori sollicitudine, distractiōe ac euagatione q; si haberet iam unde sic uiuerent, ut uolunt tales, qui enim plura uolunt q; habent, plura querere euagando necesse est. Quod etiam talibus sit causa auariciae, patet per Greg. 3. Pastoralis, ad monition. 22. dicentem. Hui enim propria indiscrete distribuentes, nō solum ut supra diximus ad murmur impatientiae prouumpunt, sed cogente se in opia usq; ad auaritiam deuoluuntur, hæc ille. Quod etiam sit causa etiam mendacii hypocrisis & quodammodo furti seu aliorum eiusmodi uiciorum, patet secundum Hug. 6. cap. quia mendicitas est signum uerae paupertatis & egestatis. Quando uero deest egestas, tunc mendicans ad superfluitatem

sem hypocrita est & raptor: hypocrita dum paupertatem, quam non habet ostendit. Raptor uero dum quod non sibi, sed pauperibus indigentibus debetur usurpat. Eleemosyuæ enim sunt hæreditas pauperum semper minus accipi q; me cōtingeret ne alii pauperes sua sorte fraudarentur. Et sic ibi simul est mendacium cum hypocrisi, ubi fingitur egestas quæ non est, ac de nomine pauperum quis gloriatur: res autem s. penuria & egestas quæ ostenditur, fugitur & oditur, penuriam patinolendo. Quid enim est exterius more pauperum mendicare, & ad instar diuitum affluere uelle & abundare, ut ait Bonaventura in quadam epistola, quod hoc est prophanum & crudeliter mendacium, ut de hoc etiam late dicetur infra q. 14. ergo patet ex dictis quod talibus indispositis ad penuriam patiendum, qui nolunt paucis contentari, uel qui nolunt aliquo carere & pati penuriam, sed potius uolunt habere certum suum uictum & uestitum ordinarium & indeficienter & quando carent murmurant. Itis ergo quæ sic se habent, est illicitum statum mendicationis nostræ: & dum iam eum assumperunt & resiliere non possunt post professionem, illicitum est & continuū peccatum permanere in tali uoluntate culpabili, & cum tali proposito mendicare ad superfluitatem, sed tenentur deponere talem culpabilem uoluntatem, & tenentur paucis uelle contentari. Nā & stultum & irrationalib; omnino est sua dimittere quibus licite uti poterat, & aliena cum uiditate querere, & cum scrupulo peccati manducare panem. Vnde Gregorius in Pastoralibus 3. parte ad mon. 22. dicit quid eorum morte infelicius quibus de largitate naescitur auaricia & peccatorum seges, quasi ex uirtutum semine procreantur. Item quid risu dignius quam querere cum uiditate maxima, labore & infelicitate & contemptu & cum mala conscientia ea quæ liberaliter dimissa sunt? quid esset ridiculosius q; sarcinam temporalium proprietarum reiicere & alienorum tam aude quærere? Certe hui sunt qui relinquunt sua, ut stulte, laboriosi, contemptibiliter & culpabiliter ad infernum rapiant aliena. Et in hiis omnibus supradictis supponitur quod nos fratres minor. tenemur ad usum moderatum rerum, ut infra quæstione decima quarta latius patebit.

Sed & de hiis omnibus etiam latius dicetur infra q. 16. Hic enim propter breuitatem omittuntur, ibi uideantur. Patet ergo prima conditio requisita ad licitam mendicitatem. Secunda autem cōditio posita in hoc secundo puncto, quod requiritur ad licite uiuendum de mendicitate uel de eleemosyuis est quod tales recompenſent aliquo modo in spiritualibus. Quod autem hoc requiratur patet, quia omnes doct. super illud Apost. 2. ad Thess. 3. Qui non laborat, non manducet, tenent esse illicitam mendicitatem existentibus corpore sanis. potentibus laborare nisi in spiritualibus recompensent, utpote in sermonibus, in officio Diuino, orationibus &c. & in uita religiosa (alias esset illicitum & alienum rapere) ideo enim approbatur mendicitas, non ut mendicantes ocio uacent, sed ut melioribus exercitiis debite occupentur, ut B. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. & 4. & 5. Et ut sup. dictum est in 1. puncto, ex dictis in hoc 2. puncto patet, quod si in nostra religione esset magna sollicitudo circa eleemosynas superflue mendicandas, quod tunc respectu talium quicunque sollicitantur, iam noster status nostra que paupertas esset inferior & minoris perfectionis (immo & illi cito esset talibus) quam sint aliae religiones seu status habentes proprium in communi, seu in particulari cum minore sollicitudine & licto modo, quamvis simpliciter nostra paupertas & mendicatio sit altior omnibus aliis abrenuntiationibus temporalium aliorum statuum, ut patet ex omnibus supradictis q. 1. &c. & dicendis infra, praeципue q. 16. &c. ibi uideatur.

Tertium punctum est, quod nos fratres min. ex uirgulæ tene-  
mur ad mendicitatem seu ad uiuendum de eleemosynis humili-  
ter eas petendo & acceptando sine ullo iure ciuili. Hoc patet rati-  
one sic, quia ex quo nullum ius ciuile seu actionem possumus ha-  
bere, neque redditus ullo modo, neque prouisiones longas in futurū  
ut patet ex dictis sup. q. 1. & 10. & 12. & tamen tenemur prouide-  
re nobis ad usum moderatum necessitatum nostrarum modo ali-  
as licto: & non restat ullus aliis modis licitus nobis, nisi per ui-  
am eleemosynæ petere aut accipere oblata seu necessaria ad uitium  
& uestitum, & exequitionem officiorum nostri status, quo tene-  
mur uiuere de eleemosynis seu de mendicitate (quod hic pro eo-  
dem accipio) Nam mendicare est solo titulo necessitatis sine iure  
ciuili petere necessaria. Similiter & uiuere de eleemosynis, est ui-  
uere:

uerede non suo ciuiliter, sed de datis solo titulo necessitatis aut charitatis sine ullo iure ciuili, aut non ratione aut tit. iuris ciuili seu actionis alicuius tenentis se ex parte mendicantis uel recipien-  
tis talem eleemosynam, ut sup. q. 10. in 4. puncto secundū Ger-  
son. uel (ut ait Aug. super Pl. 108. Nutates transferantur filii eius  
& mendicent. & refert Bonauen. 6. cap.) Mendicare est ad misericordiam uiuere, & redit in idem ut dictum est, qui enim ex sola misericordia alterius uiuit, iam non ratione alicuius debiti aut iuriis ciuiliis uiuit, saltem non exercet illud, licet possit, ut de domi-  
no Iesu Christo dictum est. Secundo probatur, quod teneantur uiuere de eleemosynis & mendicatione, quia sic communiter omnes doct. tenent, nemine discrepante, tam theologi, quam canoni-  
stæ, & doctrina ecclesiæ, & communis eius prædicatio tenens,  
quod noster ordo est unus de mendicantibus, & declaratio Nic.,  
art. 2. & 3. Et Clem. 5. art. 7. ubi quotidianis mendicationibus de-  
berent sperare posse transigere uitam &c. ut sup. q. 12. habetur,  
ergo. Item regula 6. cap. dicit, uadant pro eleemosyna confiden-  
ter &c. Ex quo patet quod quantumcunq; nobis iure naturali uel  
Diuino uel alio quocunq; modo aliquid debeatur, pro missis, ser-  
monibus, exequiis, aut pro aliis exercitiis spiritualibus aut corpo-  
ralibus, aut pro quaecunq; alia causa. nos tamen non possumus re-  
cipere id aut petere, nisi pure eleemosynaliter sine ullo titulo iuriis  
ciuiliis ex parte nostra: hoc patet ex dictis sup. ca. 5. q. 3. & in hoc  
6. cap. q. 1. & 5. & q. 10. Patet etiam quare nostra mendicitas di-  
citur incerta, quia s. non habet certitudinem ciuilem & nullus ius  
nec actionem ciuilem in re quæ nobis eleemosynaliter datur, seu  
danda est: quamvis habeamus certitudinem probabilem mora-  
lem, & sic patet quomodo possumus habere certas eleemosynas  
quas solent aliqui domini uel cōmunitates nobis facere, quia pos-  
sumus habere certas moraliter, non autem certas ciuiliter, ut la-  
tius dictum est sup. q. 10. in 4. puncto ibi uideatur. Sicq; tan-  
dem patet quod ex quaenamcausa aut modo nobis aliquid done-  
tur, s. uel liberaliter oblatum, uel pro labore aut exercitio nostro  
corporali uel spirituali, uel humiliter mendicatum, quomodo cu-  
que donetur, semper dicitur eleemosyna respectu nostri: quia no-  
ratione, nec titulo iuriis ciuiliis, sed humiliter titulo necessitatis hu-  
militer aut petitur aut acceptatur.

¶ Quartum punctum quomodo, quando & à quibus possumus & debemus mendicare seu eleemosynā petere. dico primo quod honeste est mendicandum, s. nec impertune, nec procaciter, neq; adeo uerecunde quod superbiam redoleat, sed honeste & humiliter corde, uerbo & signo, ut non tanquam imperiose & ex debito, aut iocoſe, & inimice petant, neq; sic uerecunde ut pusillanimitate aut superbe omittant officium hoc humilitatis ad exemplum Christi. Ideo enim B. pater Franciscus ait quod confidenter petat nec oportet eos uerecundari, quia Dominus &c. quod est confortatio & informatio paterna, ita s. quod non sit tam excessiva diffidentia aut uerecundia naturalis sic prædominans quod fratres abhorreant ad humilitatis exemplū domini nostri Iesu Christi se conformando petere humiliter eleemosynam ubi & quando oportet, ut ait expos. sanctorum patrum, & expos. sine tit. 6. cap. Et notandum quod quia exponere se hamiliter ad misericordiam omnium hominum est maxime uerecundum & contra appetitum naturalem hominis sensualis: ideo hic opus fuit cōfortatione & informatione exemplari à domino nostro Iesu Christo assumpta, & nobis per beatum patrem nostrum fratrum pater no affectu proposita, ut ait Bonavent. 6. cap. Secundo dico quod solū pro necessitate necessaria ad usum moderatum nobis licitum est mendicare non ad superfluitatem, & hoc cōmuniter omnes doct. & Christiani persuasum habent tanq; notum, ut patet ex dictis sup. in 2. puncto, & inf. q. 14. habetur de hiis quomodo superflua petere aut habere est contra nostrum statutum specialiter. De hiis pulchra multa loquitur Bonavent. in suis epistolis quae habentur in ſta q. 14. Et Hug. 6. cap. & alii expos. ualde in uehentes contra superfluitates & abusiones aliquorū, adeo quod & ait Hug. quod etiam oblata qualibet quando non indigemus respuenda sunt, in quo & cupiditas calcatur, puritas ordinis seruatur, populus ædificatur: & ideo id specialiter inspirante Deo, populus majoris ſæpe deuotione ad offerenda oportune necessaria mouetur. Horum omnium experientia testis existit apud intuentes fideliter. Tertio dico, quod possumus necessaria petere & eleemosynaliter accipere ab hominibus fidelibus potentibus dare, ut de hoc latius habetur in ſummis, tit. eleemosyna, & insuper à multiplici genere hominum & conditioне, etiā ab excōmunicatis

nicatis & infidelibus, in multis casibus possumus nos recipere eleemosynam in quibus alii pauperes non possunt, & à prædictis nō possimus prohiberi per aliquos dice cesanos, uel per alias personas. Neq; alii nomine nostro possunt inēdicare sub grauibus p̄sonis, de quibus omnibus uideatur in compendio tit. eleemosyna.

Quod si contra prædicta in primo & tertio punto arguat quod Aſt. 20. cap. Beatus est magis dare quam accipere, & quod nos mendicando id quod alias uel laborādo uel ciuiliter exigendo, aut redditus habendo poteramus lícite habere. grauamus alii os pauperes mendicos penitus destitutos uiribus & auxilio humano, ergo non licet nobis mendicitatem profiteri tam strictam, sed sufficit sicut alii religiosi. Respondeo secundū Bonavent. 6. ca. negando consequentiam. Nā si beatus est dare q̄ accipere, ergo beatissimi sunt quia omnia dederunt: quia secundum Hieronymum Nemo perfectius erogat q̄ qui ſibi nihil reſeruat. Item si recipere diminuit de beatitudine, ergo qui magis recipiunt, māgis deficiunt & qui minus recipiunt, minus deficiunt: tales autem sumus nos fratres min. ex nostra professione in toto clero, qui cū possemus uiuere ſicut alii clerici in statibus honoris & affluentiae, uiuimus in ſtatu humili ignominiae & erumnae, paucissimis contenti, mendicantes pro nobis tantum, ſicut & Paulus mendicauit pro aliis pauperibus, ad Rom. 15. & Gal. 2. Item licet dare ſimpliciter beatus fit q̄ accipere, tamen cum circumſtantia tantæ humilitatis recipere est melius q̄ dare. Nam & Dominus ſuos diſcipulos ad receptionem informauit quos nudos per ſecula destinauit edentes & bibentes quæ apud homines ſunt. Et ſic patet quod nullam in iuriā facimus aliis pauperibus, quia nulli facit iniuriā, qui utitur iure ſuo. cum ergo ratione prædicationum & aliorum spiritu alium beneficiorum à nobis toti ecclesiæ & mundo collatorum debeat ſufficiens ſui ſtus & uellitus, & debita ſuſtentatio, ut ſup. dictū est, ergo nulli faciamus iniuriā recipiendo necessaria nobis debita: niſi forte in hoc facimus iniuriā, quia quod possemus accipere abundantius & cū honore, accipiimus humiliter cū extremo contemptu & cōſuſione propter Deū (nā inter oīm genera petitionum uerecundissima eſt) mendicitas quæ ad hominiam nos exponit) minus ergo laedimus pauperes q̄ alii præbēdati, ex quo paucioribus contenti humilius de cōmunibus bonis ecclesiæ humilius

humilius quam alii clerci præbendati participamus, hæc ex Po-  
nent. Alia argumenta quæ militant contra omnes religiosos  
mendicantes, uideantur apud B. Thom. 2. 2. ubi supra & alibi.  
Sed & ad maiorem dictorum declarationem, præsertim eorum  
quæ supra in 1. & 2. puncto dicta sunt, quæruntur aliqua dubia.  
Et primo dubitatur, an mendicans ex cupiditate seu ad superflui-  
tatem respectu sui status habendam, an peccet mortaliter an ueni-  
aliter? Respondeo secundum Gaietanum 2. 2. q. 187. art. 5. quod  
mendicans ex cupiditate ociosi uictus ex quo in ueritate est pau-  
per seu in statu paupertatis nullam fraudem committit in prox-  
imum, sed solum peccat in seipsum ociosam & abiectionem abs-  
que ulla rationabili causa eligens. ideo nulla uidetur hic ratio pec-  
cati mortalis, neq; etiam propter pœnam iuris civilis contra tales  
inflictam seu infilgendarum: quia talis pœna non facit, sed supposi-  
tam punit culpam, levius uel grauius ex causa, quamvis non sit mor-  
talis. unde & quoad hunc calum similiter est dicendum quoad re-  
ligiosos, ut proxime in 2. dubio habetur. Alio modo est quis  
mendicans ex cupiditate habendi diuitias, qui tamen adhuc est in  
tra latitudinem pauperum, seu in statu paupertatis, & mendicando  
sperat diues fieri, & hic peccat quidem, quia utitur indebito me-  
dio ad explendum suum improbum appetitum. Sed quia nec con-  
tra charitatem Dei aut proximi agit in hoc, neminemq; decipit,  
sic s. mendicando ex quo est intra latitudinem uel statum pau-  
perum (ut supponitur) quamvis non est tam pauper ut deberet men-  
dicare, excusatur à mortali peccato: hoc est uerum, nisi ali-  
unde sub mortali teneatur cauere à diuitiis seu superfluitatibus ha-  
bendis: quia sic teneatur, iam etiam peccaret mortaliter diuitias  
acquirendo aut procurando superflua notabiliter, mendicando  
aut alio modo. Mortale est enim quærere quod est etiam mor-  
tale habere. ideo nos fratres min. quibus sub mortali prohibitum  
est habere notabiliter superflua: aut diuitias, mortale esset ex tali  
cupiditate ad superflua, & ad diuitias habendas mendicare.

Tertio modo est quis mendicans ex cupiditate, s. diuitiarum,  
si extra latitudinem aut statum pauperum est: & hic peccat mor-  
taler, & tenetur mendicatum pauperibus restituere. ratio, quia  
talis usurpat fraudulenter sibi eleemosynas datas pauperi ut pau-  
peri, ergo peccat mortaliter, & tenetur pauperi restituere: proba-  
tur

tur antecedens, quia (secundum Scotum in 4. dist. 15. & communi-  
ter doct. non sibi, sed pauperi dantur illæ eleemosynæ mendica-  
tæ: quia ex quo actu se mendicum fatetur & pauperem, iam deci-  
pit dantem eleemosynam ipsi ut pauperi. sicq; donatio eleemosy-  
na est inuoluntaria, ex quo ignorantia dantis tollit uoluntarii ra-  
tionem, quoad illum mendicantem mendaciter ut pauperem: ideo  
licet ille sponte donauerit mendico ut pauperi, nō tamen huic ex  
quo non est pauper: ideo nō acquiritur dominium huic, sed pau-  
peribus tenetur dare quibus dans sponte intendebat & uolebat  
dare, quia quo ad id respectu cuius donatio non est uoluntaria. i.  
quo ad hunc mendicū factū nō ualet, sed quo ad id respectu cuius  
est uoluntaria. i. quo ad pauperem, ergo. Itē iste mendicus factus de  
fraudat pauperes quorum personā assumit. & quia nullus pauper  
in particulari fraudatus est, sed pauper in cōi, ideo cuicunq; pau-  
peri det, satisfactum est. Ex quibus pater quod mendicantes in per-  
sona aliorum fraudulenter, & quæ stores fingentes mirabilia &  
promittentes tot & tanta non seruanda, non solum peccat morta-  
liter mendacio usurpando ea quæ ipsis in aliena persona uel offi-  
cio dantur, sed & tenetur efficere ut ad intentionem piam donan-  
tium producantur ea quæ accepta sunt. utpote si aliqui religiosi  
mendicantes ut eis dentur eleemosynæ, dicāt seu prædicent quod  
pro benefactoribus fūt tot aut talia suffragia, aut quod acquirūt  
tot indulgentias &c. huiusmodi. quia si non ita sit peccant morta-  
liter, & tenentur efficere ut donantes habeant ea quæ ipsis dicta  
sunt illo uel alio modo & quia ualent, si propter illa moti sunt ad  
dandum, ut dictum est. Prædictis tamen non obstantibus lauda-  
bile est cum quis diues mendicat solum ut humiliter actum men-  
dicationis exerceat, dummodo non uiuat de taliter mendicato,  
sed illud uel aliud & quia ualent de suo det egenis. Ratio, quia cum  
abiectione propria ex amore humilitatis uictū ueri pauperi quæ  
rit talis diues, & idem est quoad mendicatum, ac si niendicaret pro  
alio, quod est opus misericordiae: & insuper sibi uirtutis humili-  
tatis actū exerceat. Similiter laudabile est diuitem mendicare quan-  
do in assumpta peregrinatione mendicat & uiuit de taliter men-  
dicato, ut mendicus ad tempus ex causa pia: quia quod in propria  
potestate consistit, & potest alicui in penitentiam imponi, lauda-  
bile potest sponte fieri: quia nil tale datur in penitentiam, nisi  
sit actus

sit actus virtutis. Sed aliquibus diuitibus potest hoc dari in pœnitentiam, ergo & sponte fieri: & sic beatus Alexius alias diues, tamen relictis diutiis peregrinatus est mendicando proprie Deum ad tempus à ciuite & in perpetuum. Nec obstat quod iste mendicus est alias diues, quia licet iste homo sit diues, tamen ipse peregrinus est pauper: presupponitur enim quod iste sine sumptibus assumat & peragat peregrinationem, non ex cupiditate, sed ex pia cau'a, & quod uiuat ut peregrinus & ut mendicus. Tamen si quis diues mendiceret absolute, non solum ut mendicet, sed ut de acquisitione per mendicitatem uiuat, ita quod actus mendicandi ob abiectionem, & actus uescendi talibus mendicatis sit ob austerritatem uictus, tunc talis mendicitas possit esse utilis animæ alicuius particularis personæ sic dispositæ, ut non nisi isto modo sciat has uirtutes acquirere: tamen regulariter loquendo, talis mendicitas est indiscreta & illicita illi diuini. quia mendicum proprie & absolute loquendo oportet esse pauperem, alias actus dissonat à circuſtācia personæ: debet enim humilitatis actus conformis esse personæ. Nec rectitudo discretionis habet ut austerritatem uitæ diues ex his quæ pauperibus dantur comparet, nisi forte ipse tantundem uel longe largius refundat pauperibus, ergo & sic patet Respon. ad primum dubium.

Secundo dubitatur an peccent, & quomodo religiosi si quis sunt qui absq' necessitate & utilitate quam afferunt populo Dei uel int' ociose uiuere de eleemosynis quæ monasterio dantur, ut sunt laici religiosi sani & robusti, &c. Respondeo secundum Gaietanum 2. 2. q. 187. articulo 4. quod nullus bonus religiosus excluditur alicito uitio eleemosynarum monasterii seu reddituum, si licet illum religiosum habet monasterium. Vnde si quis uult regulâ debite & sufficienter seruare cauendo à trāgressione præceptorum & aliorum ad mortale obligantium, & orat ut debet: talis comprehenditur inter afferentes utilitatem ecclesiae ex sacrificio altaris & inter clericos seu sacerdotes quoad utilitatem quam affert ex orationum suffragiis, & sub studio scripturarum comprehenditur omnis contemplatio Diuina laicorum & clericorum, & sub prædicatoribus comprehenduntur ministri seu ministrantes eis in officiis corporalibus religionis, ergo. Ociosi autem qui aliquid prædictorum

dicatorum non faciunt, peccant sicut qui non seruant regulâ suam, seu sicut qui desistunt ab actibus religiosis, & tamen uiuunt de elemosynis monasterii, (ut proxime in 3. dubio sequenti dicetur, an mortaliter, an uenialiter peccat, &c. Vnde si quis uult regulam seruare, & a cauet à transgressione præceptorum, sed pigritia & in uigilantia in ipso regnante, quasi inutilis uiuit in monasterio: peccat quidem, sed non mortaliter, uiuendo ex monasterii prouentibus seu eleemosynis, & cogi deberet ad aliquid operandum utile & decens uirum religiosum.

Tertio dubitatur an peccent mortaliter an uenialiter religiosi qui ab actibus religiosis quibus tenentur desistunt, & non uiuunt bene, & tamen uiuunt de eleemosynis quotidianis uel redditibus & an teneantur restituere sic illicite utentes, seu uiuentes de predictis eleemosynis uel redditibus.

Respondeo per duo puncta, quorum primum est, quod tunc tantum peccant mortaliter in huiusmodi omissione actuum religiosorum, uiuendo de eleemosynis aut redditibus monasterii, quod est ingratitude mortalis in predictis, alias solum uenialiter. Ratio, quia religiosi quantum est ex hac parte, quod uiuunt de eleemosynis uel redditibus, solum tenentur benefactoribus iure naturali gratiam retribuere in suis religiosis actibus, quod patet secundum Thom. ubi supra: quia inter religiosos & dantes eis eleemosynas seu redditus non est habitudo alia secundum aliquæ contractum iustitiae cōmutatiæ proprie dictæ, sed solum secundum debitum gratitudinis: nam donantes beneficium eleemosynæ conferunt gratis, cum spe tamè quod eis succurreretur per orationes & per merita religiosorum: & quod per eorum bonam uitam, merita & intercessionem impetrabunt bona spiritualia, & etiam temporalia, adeo & satisfacent pro peccatis ipsorum benefactorum, ut innuitur Ps. 104. dedit eis labores gentium, ut custodi. iustific. &c. Et Osee 4. peccata populi comedent. & sacerdos, ut patet Leuit. 9. 12. Numer. 15. 3. cap. & alibi. & late probat Ger son alphab. 40. litera g, & alphab. 77. litera 9. & Bernard. &c. communiter doctor. & sic patet predicta maior probata. Gratiae autem contrariatur ingratitude, ut patet: ergo tunc tantum est mortale quando ingratitude est mortaliter in omissione uitæ debitæ religiosæ, &c. & notandum quod talis ingratitude est esse duplex, al-

malis, quando s. est contemptus interior beneficij recepti. altera autem est materialis seu interpretativa, quando s. illud omittitur quod talis est conditionis quod necessario rependendum seu exhibendum est beneficio recepto. Ideo ad rem dico quod si religiosi prorumpunt in contemptum beneficij seu eleemosynæ sunt ingratiformaliter, & peccant mortaliter. Itē si omittunt religiosos actus ad quos de necessitate p̄cepti tenentur, sunt etiam ingrati mortaliter, quamvis materialiter. quod si omittunt aliquos religiosos actus ad quos non tenentur sub p̄cepto sunt ingratim materialiter & uenialiter tantum, uiuendo sic de eleemosynis. Quod si arguatur quod omnis defraudatio proximi, & inulto magis benefactores in re notabili in suo genere est mortalitas: quia contra dilectionem proximi. Sed religiosi desistentes à religiosis actibus defraudent benefactores quantum in se est, tam in notabili bono temporali eleemosynæ susceptæ qua abutuntur, quam etiam in bono spirituali quod reddendum est. ergo peccant mortaliter semper uiuendo de eleemosynis, si non incumbant omnibus actibus religiosis. Respondeo quod quando deest cōtemptus reddenda gratiæ seu soluendi debitum beneficio non est fraus, nisi materialiter eo quod non ex intentione datur opera ingratitudini, fraus autem in reddenda gratia materialiter interueniens, non semper est mortalitas: sed ut dictum est, secundum consuetudinem omisso debiti mensuratur, quod in proposito est actus religiosus p̄ceptus uel non p̄ceptus. Nam p̄ceptus actus si omittitur, est ingratitudo & fraus mortalitas. Si uero committitur actus debitus quidem, sed non p̄ceptus ueniale tantum est: sicq; fraus in hiis semper reddit usum eleemosynæ illicitum, aliquando quidem mortaliter, aliquando autem uenialiter ut dictum est.

¶ Secundum punctum huius tertii dubii est, an religiosus sic illicite & mortaliter utens eleemosynis, utpote quia ingratus & fraudulentus materialiter ut dictum est, an teneatur restituere. Et respondeo secundum Gaiet. ubi supra quod non: sed talis privandus est per auctoritatem superioris uisu talium bonorum seu eleemosynarum, si à p̄ceptis desistat, uel si male uiuat. Ratio, quia peccatum huius consistit in abusu rei sibi concessæ ad usum, si non potest habere dominium uel ius in re, ut nos fratres min. Denique peccatum talis religiosi abutentis eleemosynis p̄dictis non constat.

consistit in usurpatione rei alienæ, sed in abusu reisibi concessæ. Nam bona religiosis collata eleemosynaliter, iam sunt facta sua ipsorum religiosorum qui possunt habere dominium eorum ex donatione largitorum, uel sunt sic concessa ad usum eorum qui non possunt habere propriū, quales sumus nos fratres min. quod nec contra iustitiam commutatiuam propriæ faciunt, uel facimus, quia non fuit contractus talis, ut supra dictum est. ergo inde non oritur obligatio restituendi. Sed talia bona sunt tollēda à talibus religiosis abutentibus modo supradicto, ut superioris auctoritate impleatur pia intentio donantium ad Dei honorem & ad utilitatem spiritualem suam, uel ecclesiæ, & ut Deo dicati redditus uel eleemosynæ non prophangentur, ergo. Et si contra hoc arguatur quod stipendium militare non datur nisi militaris in ueritate: ita stipendium sustentationis religiosorum, non datur nisi religiose uiuere uolentibus non ficte: ergo sicut miles armata militia non efficit suum, sed tenetur restituere si ficte suscipit stipendium, uel si ficte prosequitur militiam, ut si desistit à militaribus actibus: ita & religiosus tenetur restituere, si ficte suscipit, aut nō prosequitur actus religiosos propter quos dantur eleemosynæ: quia & cessante causa finali, cessat effectus donationis ex tali causa. Respondeo negando consequentiā, quia non est simile, quia in stipendio militari intelligitur interuenire contractus iustitiae cōmutatiæ exigentis & qualitatem mercedis & locatæ operæ militis. ideo deficiente altero extremo & qualitatibus est restitutio facienda, ideo & stipendium non fit militis, siue à principio, siue post desistat à militia, quantum ad illam partem temporis pro qua desistit, ex quo datur ei ut merces operis secundum formam iustitiae. Sed in eleemosynis datis religiosis non est cōtractus iustitiae commutatiæ, sed liberalis collatio beneficij temporalis, ex parte datis, quamvis ex causa, s. in spē retributionis, & est uinculum gratitudinis ex parte religiosorum recipientium quod non est debitum morale, sed legale. Ideo ex quo à principio nulla fuit fraus, ut supponitur: ideo statim uel facta sunt sua ipsorum religiosorum, uel saltem potuerunt uti eis sine obligatione restituendi ea, quæ nō ut merces, sed liberaliter donata sunt, & per consequens abutendo eis non abutuntur alienis, ita quod teneantur restituere, sed abutuntur propriis uel ut propriis, ita quod non obligantur restituere: sed bene obli-

obligantur satisfacere proprie intentioni donantium, seruando religiosos actus necessarios bene uiuendo, ut tenentur. Et cum prae*dictis* concord. Gerson alphab. 40. litera e: licet Adria. in 4. de restitutione, quoad beneficiatos seu prae*bendatos* clericos seu religiosos aliqualiter uideatur prima facie dissonare, sed in re bene concordat cum Gerson. & cum prae*dictis* hiis, ut etiam patet in quæstione quā ibidem tractat agens an teneatur restituere is qui simulatione paupertatis uel sanctitatis quid recipit, ibi latius qui uollet potest uidere. Et cōformiter ad prae*dicta* omnia intelligunt & loquuntur sancti, utpote Bonauent. in opusculo. Religio munda & immaculata dicens. Ora frater charissime instanter & te in oratione exerce: quia pauperi nō oratiæ eterna supplicia promittuntur, & Bernard. Ora frater instanter ora, quia ille dicitur habere tunicam sanguine mixtam, qui carnem suam nutrit de pauperum sudore: nisi forte recompenset in oratione & gratiarum actione. Cantando enim nobis bona ista prouenient graues pro eis gemitus effude, alioquin quæ hic in delitiis sumitis, in tormentis euometis, & habetur in seren. conscient. q. 70. Et de his Geron latius ubi supra dicens, quod stultum est cum religiosum seu clericum recipere abundantes eleemosynas, & per cōsequens obligari ad amplius satisfaciendum & effundendum de suis bonis spiritualibus qui uix sufficit pro seipso & pro suis debitibus suorum peccatorum satisfacere: quod dicitur talis est delusor aliorum & sui ipsius, uid. ibi: quia pulchre de his agit in tract. de sollicitudine ecclesiasticorum, & in sermone de uita clericorum in 2. part. summæ Quare autem nūc plusquam olim mendicemus, & frequentemus diuites, & id rationabiliter uid. Bonauent. q. 8. & 9. q. 22. & 23. super regulam.

**V A E S T I O X I I I I .** Quætitur an teneamus ad usus strictos pauperes seu moderatos, & ad uitandam preciositatem & superfluitatem rerum à nobis utibilium, & quomodo? Respondeo per quatuor puncta, quorum primum est. Ex uoti paupertatis Euangelicæ à nobis in regula promisæ, non tenemur formaliter & directe ad aliquos usus pauperes strictos seu moderatos. Pro probatione huius puncti, & ad omnia dicenda in hac quæstione & aliis subsequentibus: prius notandum quod

quod licet sed propriissime pro eodem accipiuntur usus pauper, strictus arctus, erumnosus, penuriosus, exilis seu tenuis, & usus moderatus, & communiter confunduntur ista uocabula & pro eodem accipiuntur sed proprie à doctor. ut est uidere in suis tractatibus seu expositionibus, tamen proprio loquendo & distincte ualde differunt. Nam usus strictus, arctus, erumnosus, penuriosus, exilis seu tenuis accipiuntur pro eodem, s. pro quadam austerritate, seu parcitate speciali & notabili in quodam excellenti & notabili gradu pauperis usus alicuius rei ecundum statum ipsius utetis. Usus autem moderatus accipitur pro quadam usu rerum temperato per medium uirtutis moderantæ, attentis debitibus circumstantiis personæ status, & huiusmodi. Usus autem pauper generaliter accipitur pro omnibus supradictis, nunc uno, nunc alio modo: sed sed proprie accipitur primo modo, ut sit idem quod usus strictus arctus, &c. Et ista differentia patet expresse ex Clem. 5. art. 8. ubi differentiam prae*dictam* & uarietatem opinionum circa id recitat, ut patebit infra. Ideo nos in hac quæstione, & in toto hoc tractatu sic proprios terminos accipimus propter æquiuocationem & obscuritatem tollendam: ut s. usus strictus, arctus, &c. & pauper sint idem. Usus autem moderatus sit ut accipiatur aliter ut dictum est. Hoc ergo supposito probatur primum punctum suppositum, quia de ratione intrinseca uel essentiali paupertatis euangelicæ formaliter & directe, solum est abdicatio iuris ciuilis dominii & actionis cuiuscunque politici: & in hoc stat quidditas & essentia talis paupertatis, ut sup. q. 1. dictum est. In arctatione autem seu limitatione usus, non consistit essentialiter aut directe prae*dicta* paupertas euangelica, sed potius talis uel talis limitatio aut modificatio usus rerum accidentaliter aut indirecte, & ex consequenti aliunde accedit seu aduenit ab extrinseco ab alia uirtute ipsi paupertati, ut habetur in tract. x. plag. parte i. radio 5. secundum Aureolum & radio 6. & 8. quod patet primo: quia Christus habuit altissimam paupertatem euangelicam quam ipse consuluit & habuit illam in summo gradu, nec quoad cibum, nec quoad uestitum, nec quoad domum aut lectum. Nam Iohannes Baptista habuit maiorem quoad hac (ut patet ex euangelio) ergo usus pauper uel taliter aut taliter limitatus aut modificatus non est de ratione essentiali uoti paupertatis euangelicæ.

Secundo idem patet ex Nic. 3. art. 2. ubi dicit quod abdicatio paupertatis omnium rerum tam in speciali, quam in communi est meritoria & sancta quam Christus docuit & seruauit, &c. ubi de usu paupere uel moderato agit, nil dicit, nec quod ad paupertatem Euangelicam pertinet, uel quod non. Et clarius Clem 5. art. 8. huic consonat, sic s. dicere autem sicut aliqui afferere prohibent quod haereticum sit tenere usum pauperem includi uel non includi sub uoto Euangelica paupertatis, præsumptuosum & temerarium iudicamus, hæc ibi. Tertio idem patet ex 6. ca. regulæ, ubi dicitur, Fratres nil sibi approprient, &c. Vbi nulla mentio sit de usu paupere uel moderato, sed non appropriando in speciali, uel in communi quæ est paupertas Euangelica: de qua paupertate subditur ibidem. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, ut innuat altissimam paupertatem Euangelicam, de qua ibidem agit in sola abdicatione dominii & iuris ciuilis cuiuscq; omniū rerum consistere & non in utendo rebus hoc uel illo modo stricte aut moderate, &c. Ergo sicut albedo formaliter, nec includitur, neq; excluditur in ratione seu essentia hominis, sed accedit ei: sic usus pauper seu moderatus, seu taliter uel taliter limitatus, nec includitur neq; excluditur formaliter in ratione, uel in essentia paupertatis Euangelicæ, seu in eius uoto. Sed prædicta paupertas seu angelica essentialiter sumpta in sua ratione formaliter respicit prædictam abdicationem dominii & iuris ciuilis cuiuscunq; rei: usum autem non nisi per accidens uel aliunde, s. ab alia uirtute modicatum habet annexum. Vnde sicut accessorium non solum sequitur naturam principalis, sed etiam multum iuuat ad conseruationem eiusdem: ut uouens castitatem, uouet ex condecenti consequenter abstinentiam, utpote uti grossis cibis, & ieiunium ad castitatem oportunum, & fugere tenetur consortia & cōsilia & uerba in honesta in periculum castitatis. Sic uouens paupertatem, tenetur ex condecenti ad uirtutes paupertati annexas, quæ illam iuuat sicut sorores, ut est humilitas, austерitas uitæ, parsimonia, moderationia, &c. huiusmodi. Nam pauper superbus abominatio mundi, & pauper delicatus abusio claustrorum, ut ait Hugo de scala claustralium. Talem autem humilitatem, austерitatem, &c. non facit formaliter prædicta paupertas euangelica seu castitas, sed aliae secundariae uirtutes, utpote humilitas, abstinentia, &c. huiusmodi,

ad

ad quas uirtutes pertinent tales actus propriæ & formaliter, sicut proprie & formaliter tales actus sunt respectu obiectorum propriorum illis uirtutibus secundariis ut patet. Sic in proposito moderationiam seu arctitudinem usus rerum utilium non facit prædicta paupertas euangelica formaliter ut dictum est: sed quædam aliae uirtutes secundariae annexæ seu adhaerentes, utpote temperantia quæ prohibet preciositatem & accipit usum moderatum, humilitas quæ decorum & accipit uilitatem sufficientia quæ numerositatem: & accipit necessarium tantum, &c. huiusmodi, siue sint sua propria illa quibus fratres minores utuntur, siue non. Ideo sicut non laeditur castitas ipsa essentialiter seu uirginitas, licet in uirtutibus annexis laeditur, nisi altero duorum modorum in quibus essentialiter consistit. Nam ipsa castitas seu uirginitas essentialiter consistit materialiter in non experiendo corporaliter delectationem, neq; aliter uirginitas amittitur, nisi aliquid horum duorum amittatur. Sic uirtus paupertatis Euangelicæ consistit materialiter in quodam exteriori, puta in abdicatione omnis dominii & iuris ciuilis cuiuscunq; rei, & formaliter in quodam interiore positiuo, s. in in firmo proposito nō habendi aliquod ius uel dominium in re quacunq; utsup. q. i. dictum est. Sed esse in hoc mundo tanquam aduenam & perigrinum, & uti rebus tanquam omnino alienis, ut innuitur s. cap. ibi. cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud &c. & nunquam uirtus prædictæ paupertatis Euangelicæ essentialiter amittitur nisi aliquod horum duorum, uel utrumq; amittatur. Ideo quæcunq; uariatio in usu paupere uel moderato non corrupit, nec auget eius essentiam formaliter & directe & per se: unde pauper euangelicus habens uestes preciosas, uel uolens uti continue cibis delicatis, laedit quidem intrinsicæ seu essentialiter & directe, & per se alias uirtutes, utpote temperantiam, humilitatem, &c. eiusmodi, non tamen laedit directe essentiam paupertatis euangelicæ si sit in mente & in opere exteriori omnimoda abdicatione dominii & iuris ciuilis, utendo illis rebus preciosis, tanquam omnino alienis. Sed notandum quod semper dictum est notanter, quod talis usus superfluus diues aut pauper, aut moderatus nō pertinet directe & per se ad essentiam paupertatis euangelicæ, quia indirecte seu occasionaliter bene pertinet ad eam, & potest laedere uel conseruare eam sicut accessoriū

aut consequens ad eam, ut dictum est, & dicetur adhuc latius in 3. puncto, &c. Et si quando doctores dicunt (dicunt autem sāpissime) quod usus superflus & immoderatus est contra paupertatem euangelicam, intelligitur nō per se nec formaliter, sed per accidens indirecte & occasionaliter, ut infra in 3. puncto habetur, & infra q. 15. in 4. puncto.

¶ Secundum punctum est, quod nos fratres min. ex professione nostra seu ex ieiunio regulæ obligamur ad illos usus arctos, seu pauperes qui in ipsa regula continentur, & eo obligationis modo quo ibidem continentur, & non aliter, nec ad alios pauperes qui ibi non habentur seu exprimuntur: hoc patet ad literam per Clem. 5. art. 8. ubi praedicta determinatio eius post recitationem opinionum posita est. Et notandum quod dicit ex ieiunio regulæ seu professionis, ad hæc obligamur non ex ieiunio paupertatis euangelicæ, neq; ex ieiunio alterius iuris aut legis: sicut ex ieiunio regulæ tenemur ad castitatem & ieiunium sexta feria, &c. & non ex ieiunio paupertatis euangelicæ, sed ex ieiunio regulæ: quia s. eam sic promittendo obligatis sumus ad contentos usus arctos ibidem & non ad alios.

Et si quæras qui sunt isti arcti uel pauperes usus contenti particulariter seu specialiter & expresse obligatorie ad quos nos fratres min. ex ieiunio regulæ tenemur sub mortali? Respondeo secundum Spec. ffff. 4. quod sunt omnia obligatoria tangentia paupertatem seu pauperem usum aliquarum rerum, utpote de non habendis pluribus tunicis quam duabus, unam cum caputio, & alteram sine caputio, & de uilitate uestium, & de non portando calciamenta, & de non equitando, & de ieiunando, de cauendo à bonis ingredientium ordinem, de non recipiendo pecuniam, & generaliter de non habendo aliquid proprium in speciali nec in communii, & quæ inde sequuntur, ut dictum est, & generaliter similia in regula obligatorie contenta. Nam alia quæ non iacent obligatorie in regula, solū tenemur ad ea de consilio, ut de ieiunando post Epiphaniam &c. eiusmodi, de quibus omnibus in suis locis habetur latius. Ad alios autem usus pauperes qui in regula nō continentur, non tenemur ex ieiunio ullo modo, ut patet ex dictis. Et sic declarauit & confirmauit sanctus Bernardus in sua epistola ut habetur 3. tract. &c.

¶ Tertium punctum est, usus moderatus rerū à nobis utibilium, est

est licitus nobis fratribus minoribus: & superfluitas seu preciositas omnis est nobis prohibita. Primum patet, quia sic ex parte res est declaratum per Nic. 3. art. 2. & iterum per sanctum Bernhardum & Ioānem de Capistrano, & per alios viros religiosos & doctrinarios magna disputatiōe & examinatione elucidata in de mā dato summi Pontificis, ut pater in epistola prædicti sancti Bernardini fol. 97. &c. art. 2. ubi sic dicitur. Declaratur secundo, quod fratres non tenentur ex sua professione ad alium arctum usum rerum, quam in regula particulariter exprimitur, ut satis patet per Clem. 5. in sua declaratione art. 8. ex præmissis, quinimo ut expresse claret ex declaratione Nic. 5. art. 2. s. porro, secundum regulam & omnimodam ueritatem moderatus usus rerum ad uitæ sustentationem & officiorum sui status exequitionem, præterea de pecunia concessus est fratribus, hæc ibi. Et paulo inferius in eadem epistola art. 4. concluditur & declaratur, quod in regula usus carnium in loco uel alibi fratribus non prohibetur, licet non deceat nisi moderatus & discretus, hæc ibi. Et idem in Spec. ffff. 4. habetur, ubi etiam habetur quod patres nostri omnes antiqui sic intellexerunt & determinauerunt usum pauperem uel moderatum includi in uoto regulæ nostræ, quod s. regula nostra usum quendam simpliciter reiicit & interdicit, utpote usum pecuniae 4. cap. & possessionum & reddituum (ut supra dictum est) quendam simPLICITER EXIGIT, s. in quaucūq; re extraneitatis affectum & aspectum s. ut qua re utitur frater minor, utatur non utsua: quia omne ius in re & in usu rei similiter & usurpatio siue de facto uēdicatio, omnis usus iuriis ciuilis nobis ex regula interdicitur, & hoc ratione paupertatis euangelicæ, ut sup. q. 1. dictum est. quendam uero usum aliarum rerum nobis utibilem sub rationabili circumstantiarum moderatione restringit & recipit. Quæ autem sint res quibus nos uti possumus? Respondeo, omnes res quæ ad uictum & uestitum & Diuinum cultum, & sapientiale studium seu ad officiorum nostri status & conditionis exequitionem spectant, & non aliæ, ut arma, &c. eiusmodi. harum omnium rerum usus moderatus nobis omnino licitus est, ut diximus: & expresse concordat Nic. 3. ubi sup. Et prædicta creditur esse intentio B. patris Francisci in regula expressa & declarationi, & omnium patrum & doctorum antiquorum ordinis, ut 4. magistrorum, Bonaventuræ, Hugon. GG 2 &c.

&c. in suis expositionibus & tractatibus, & apologia beati Bona venturæ, ut etiam patet in Ioanne Pirin. super dispensatione fratribus min. 2. nota. & Seren. conscient. q. 11. sine tit. & in tractatu quodam de paupertate, nōdum impresso, edito à quadam doctore antiquo sine tit. & in tract. de necess. congr. solu. & in tract. de fensorio contra deuiantes fol. 166. quæ quidem etiam explicatio prædicta de usu paupere & moderato nobis licito, ut dictum est: facta fuit olim anno Dom. 1285. & publicata per minis. gen. fratrem Attolum, & tempore Martini 4. fuit acceptata in cap. generali mōtis Pesulanii, præsente fratre Matheo de aqua sparta, ministro generali, & sibi iliter à fratre Gaufredu min. generali, in ca. generali Parishus repetita, & Vbertino tandem placita, ut habetur in præfato tractatu paupertatis doctor. sine tit. & recitatur in Specul. fff. 4. & tandem iterum per sanctum Bernardin. anno Domini 1440. clarius elucidata & declarata, ut dictum est: quāmuis multi prædictorum doctorum confuse accipientes usum pauperem strictum & moderatum, pro eodem saepe causam dubitandi, & scrupulum de multis præstiterunt circa hanc materiam, sed distincte & clare loquendo, tenendum est ut iam saepe dictum est. quomodo autem & circa quæ debeat attendi prædictus usus moderatus, & per quos, latius dicetur infra q. 15. Et sic patet quodlibet usus moderatus, & quarum rerum, scilicet utibilium tantum à nobis quo ad uictum & exequitione nostri status, ut dictum est: quo ad uestitum tamen tenemur ad uilitatem uestium, ut sup. 2. cap. q. 22. habetur: quia hic est unus de usibus strictis ad quos specialiter ex regula tenendum, ut dictum est in 2. pūcto: & de istis hic non agitur, sed iam præsupponuntur excepti specialiter. Nunc restat de 2. parte huius 3. puncti agere, quod si. in uictu & uestitu superfluitas omnis & preciositas est nobis prohibita, quod probatur quadrupliciter. Primo, quia qui tenetur ad aliquid, utpote ad castitatem, tenetur ex consequenti, quāmuis indirekte seu per accidens ad ea quæ necessario requiruntur ad conseruandum castitatem, & ad cauendum occasiones propinquas. contra castitatem, ut patet: quia necessitas mediorum ex necessitate finis sumenda est secundum Aristot. Et qui amat periculum, peribit in illo, Ecclæsiast. 3. & est regula magistralis, quod qui tenetur ad finem, tenetur ex consequenti ad media necessario requisita ad finem, & tollere

tollere impedimenta ad talem finem, ut Angest. in moral. cap. 6. fo. 28. & cap. 8. fo. 58. late probat. Sed nos fratres min. tenemur ad paupertatem Euangelicam, ut sup. q. 1. & ad cauendum à receptione pecuniae per se uel per alium, ut sup. 4. cap. & ad cauendum auariciam, sollicitudinem noxiam, &c. alia eiusmodi peccata ex iure Diuino cauenda: ut patet ex dictis sup. q. 10. q. 12. & dicens infra q. 16. Hæc autem non possunt debite seruari & caueri, si nos utamur uel uelimus uti & habere usum habundantem superfluum & preciosum, ut dominip ræbendai & reddituarii habentes redditus & diuitias, ut pater: quia ad quæcavendum superflua, oportet nimis sollicitari: & est occasio propinqua ad auariciam, ut sup. q. 13. dictum est, & dicetur infra q. 16. & est occasio propinqua ad uiolandum præceptum de pecunia cauenda, ut patet ex experientia. Similiter ad faciendas longas prouisiones in futurum, & ad redditus habendos, & ad aliquomodo usurpandum ius ali quod in iudicio uel extra, & occasio propinqua ad committendum alia peccata contra legem aliquam diuinam, naturalem, uel humam, uel contra aliquod præceptum regulæ, ut facile hoc probat experientia quotidiana, & constat hiis qui aduertere uolunt. ergo illicitum est nobis habere uelle usum superfluum & preciosum rerum, quia est occasio propinqua multiplicis transgressionis, ut dictum est. Secundo probatur idem, quia illicitum est pauperi existenti in statu paupertatis & mendicitatis uiuere de mendicatis aut de eleemosynis ad usum superfluum & preciosum seu habundantem, ut patet ex dictis supra q. 13. &c. quod non est licitum uiuere de eleemosynis laute seu ad superfluitatem, sed solum ad necessitatem moderatam. Sed nos fratres min. uiuimus de eleemosynis, seu de eleemosynaliter habitis quomodo cumq; habeantur, ut patet ex dictis in ead. q. 13. & non aliter uiuimus. ergo non licet nobis uiuere de eleemosynis ad superfluitatem, &c. & quidem ipsa statim fronte dissonat aperte à recta ratione quod pauper mendicus uiuens de eleemosynis, utatur ad superfluitatem, preciositatem & habundantiam, quia dissonat qualitatè & statui personæ & nostræ professionis talis usus abundans, ut patet, ergo. Tertio probatur idem auctoritatibus seu declarationibus domini Nic. 3. art. 2. s. insuper nec utensilia, nec alia quorum usum ad necessitatem & officiorum sui status exequitionem (nō enim omnium regum

rum usum habere debent ut dictum est) ad ullam superfluitatem diuitias seu copiā quæ derogat paupertati, uel thesaurizationem recipient, uel eo apimo ut ea distrahant seu uendant, uel sub colore prouidentiae in futurum: nec alia occasione, quinimo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio & in usu necessitas, hæc ibi. & paulo inferius semper in eis & eorum actibus paupertas sancta reluceat prout eis ex eorum regula inuenitur indicta, & semper solum in predicta declaratione dicit Nic., quod pro necessitatibus tantum possunt fratres procurare res aut pecuniam modo alias licito, & nunquam ad preciositatem uel su perfluitatem: Et paulo superius ibidem ait, condecens fuit ei professioni quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta pauperrate sectari, omnium abdicare dominium & rerum non quarumcunq; sed sibi concessarum necessario usu fore cōtentam, hæc ibi. & in toto illo articulo nititur probare quod solum necessarius usus moderatus rerum sine ullo iure est licitus fratribus. ergo omnis alius usus superfluus est prohibitus. Item dominus Clem. s. artic. 7. s. quāmuis etiam &c. sic ait, Deus tamen per illa seruir si bini non uult quæ suorum seruitorum cōditioni & statui dissonarent: propter quod sufficere debent fratribus paramenta & uasa ecclesiastica decentia numero & magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem aut nimia preciositas, uel quæcunq; curiositas in hiis seu aliis quibuscunq; non potest ipsorum professioni uel statui conuenire. Cūm enim hæc sapiant thesaurizationem aut copiam paupertati tantæ, quoad humanum iudicium derogant manifeste: quapropter præmissa seruari à fratribus uolumus & mandamus, hæc ibi. Et notentur uerba omnia, quia dicitur quod non solum in Diuinis ministeriis sed & in aliis quibusq; non potest conuenire statui nostro nimia preciositas aut superfluitas, ut supra in secunda ratione dictum est, & insuper mandat sic obseruari, quomodo autem hoc ualeat uel non ualeat quo ad habendum res preciosas in ministeriis Diuinis proxime dicetur, & quoad ædificia sumptuosa, ut habetur infra in 4. punto. Quarto probatur id auctoritatibus innumeris doctorum, quia ioannes de Pechano in libro de perfectione Euangelica cap. 10. ut etiam habetur in Seren. conscient. q. 9. dicit quod nos nil habere possumus in usu domestico quod diuitias redoleat, uel delitias soueat. Item Bonavent.

uent in quadam epistola quam existens generalis minister misit ad totum ordinem, & habetur 3. tract. lib. ordinis, fol. 265. dicit inter alia sic. Occurrit edificiorum construatio sumptuosa & curiosa quæ pacem fratum inquietat, grauat amicos, & hominū peruersis iudiciis multipliciter nos exponit, & non sine præiudicio paupertatis occurrit sumptuositas expensarum: nam cūm fratres paucis nolint esse contenti, facti sumus omnibus onerosi, magisq; fieri in posterum, nisi remedium celeriter apponatur: licet autem plurimi reperiantur qui non sunt culpabiles in aliquo prædictorum, tamen omnes inuoluit hæc maledictio, nisi à non facientibus iis qui faciunt resistatur, cūm luce clarius prædicta omnia in maximum & nullo modo dissimulandum uergant nostri ordinis detrimentum, quāmuis tepidis, indeuotis, & carnalia sapientibus considerantibus consuetudinē & allegātibus multitudinem, quasi si iam facilia excusabilia & irremediabilia uideantur. Prauas ergo prædictorum uiciorum consuetudines uiriliter uos, o prælati recessis, quia licet uideatur fratribus graue, requirit tamē hoc professio perfectionis nostræ, requirit tribulationis incursum, requirit mūdus. Clamat sanctus pater noster franciscus, sanguinisq; Christi aspersus, & dominus de excelsis & infra, licet autem non sit mei propositi uos nouis vinculis innodare, oportet me tamen conscientia mea compellente totis uiribus extirpatiōi intendere prædictorum quatenus uitatis scandalis (ut tenemur) regulæ quam uouimus, sine cuius obseruatione saluari non possumus, & ueritatem perspicaciter uideainus & impleamus professionem, & totis uiribus puritatem custodiamus quæ ex omnibus prædictis eidenter impugnatur, hæc ille. Vbi notandum quod dicit prædicta omnia sunt in detrimentum ordinis & puritatis regulæ & status nostri, &c. uerba innuentia. Item idem Bonaventura in alia litera ad totum ordinem destinata, quæ incipit, quoniam ad hoc potissimum inuigilare &c. & habetur ubi sup. sic ait, Visum est tam mihi quām diffinitioribus cap. gen. ut ministri singulis aliqua de mandarentur, ipsosq; sollicitos redderem, ad eos potissimum abusus de medio tollendos quibus sinceritas religionis inficitur, perfectionis celitudo deprimitur, & sanctitatis claritas obscuratur. Sanè cūm Euangelici culminis obseruata professio, nos hactenus spectabiles & amabiles mūdo reddiderit, multitudine iam in proclu-

civis tendente, & remissius agentibus hiis qui præsunt viciorum quædam sentes succrescere et cœlantur uertentes in scandalum & in odiū mundi eos qui cum his debuerant omne amabile exemplum. Nā frequentia discursus & importunitas quæstus uiles nos & graues efficiunt: pro eō s. quod dum paucis nolumus esse contenti, & ædificia sumptuosa conamur erigere, uilia summo studio queritantes, nobilia per incuriam perdimus, & intra. & quoniam paupertas est nostri ordinis prærogativa sublimis, uæ nobis si hac margarita conculcanda porcis uiliter exponatur. Discursum, curram & quæsum, sumptuositatem ædificiorum, librorumq; uestitum acciborum sic studeas computare, quod à professionis excellētia uitæ obseruantia non discordet: scđum est enim prophænumq; mendacium summæ paupertatis uoluntarium se professorem asserere, & rerum nolle penuriam pati: interius instar diuitum affluere uelle, & exterius more pauperum mendicare, hæc ille. & in sua apologia cap. 7. & 9. & 12. latius cum hiis concordat. &c. 6. expositionis super regulam. Item frater Bonagratia min. general. in prima litera ad totum ordinem destinata, quæ incipit, à Domino Iesu Christo norma restitutinīs, &c. ut habetur in quodam tractatu paupertatis nōdura impresso, post multa sic ait. Vo lens & mandans nihilominus, ut in ædificiis, uestimentis, cibis, & aliis in quibus debet relucere paupertas à sumptuositate, curiositate & superfluitate, quæ noītræ derrogant paupertati, sic sollicite caueatis de cætero ne ab obseruatoribus nostris nobis possit impingi quod paupertatis eiusdem uirtutem ignorantis in ipsius inueniamur nomine tantummodo gloriari, hæc ille. Item quatuor magistri & Hug. &c. expositores 6. cap. & in suis tractatib. & patet in Seren. conscient. q. 9. & in Ioanne Pirrino super dispensatione fratrum min. in 2. notabili, & alibi nil aliud habetur quam quod susus abundans, superflus & preciosus quarūcunq; rerum nobis probibitus est. Similiter & cap. gen. ubiq; fere id prohibet, ut illicitum & contra nostrum statum: unde concilium Constantiense. fo. 26. & ff. 110. ideo statuit quod generalis possit & debeat tollere quæcunq; superflua à conuentibus sibi subditis, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, quantum fieri bono modo: semper tamen habito consilio antiquorum & discretorum fratrum & quod præfatus generalis eligat, si opus fuerit, aliquas personas fideles

fideles qui prædictas superfluitates auctoritate dicti concilii uel dant & commutent, aut aliis in operibus conuertant. Item omnes monachi & religiosi ratione sui status tenentur ad abundantiam superfluitatem, preciositatem omnium, saltem in rebus ad uictum & uestitum pertinentibus relectandam, ut patet in epistolis beati Bernardi ad Robertum, quæ est prima epistola. & in epistola apostolica ad quendam abbatem Cluniensem, ubi de hiis pulchre agit, quæ propter breuitatem omitto: & idem patet in epistolis beati Hieronymi, ut patet in epistola ad Rusticum monachum, & Hugon. de sancto Victore libro de institutione nouiciorum cap. 12. multa loquitur ad rem. Immo & communis animi conceptio omnium recte sapientum aut potius non dissipientium sic habet, quod s. nobis non licet uiuere abundantem more dominorum præbendarum habentium redditus ex quo sumus in statu paupertatis, & mendicitatis & pœnitentiae, ad acquirendum uirtutes & perfections quæ ex paupertate & pœnitentia & abstinentia secundum communiter doctores proueniunt, ut infra q. 17. ponuntur. Immo oppositum proueniret ex nostra & mendicitate cum usu opulentio, uelle enim abundare & esse mendicium, non solum est ridiculosum & prophanum & abominabile, sed inducens ad nimias deordinationes quæstuum sollicitudinum & auariciae hypocrisis, ociositatis, adulatioñis, importunitatis, symonie, &c. ut infra q. 17. habetur. Igitur quo ad hoc resolutorie dicendum quod si clerus est nobis usus moderatus rerum quibus utimur quod est necessarium cauere ab abundantia seu opulenta superfluitate, seu curiositate & preciositate rerum ad uictum & uestitum, &c. omiuī, & tenemur esse parati penuriam pati propter regulæ obseruationem & nostri status puritatem, & uelle paucis ad usum moderatum nobis congruentem secundum nostrum statum contentari: alioqui qui notabiliter oppositum facit, ut pote qui notabiliter & communiter habet usum habundantem uel superfluum uel preciosum rerum, uel qui est in proposito firmo quod non uult carere superfluis aut abundantibus aut preciosis notabiliter: nec pati penuriam oportune propter obseruantiam regulæ & professionis, uolens quod nunquam ei deficiat ordinarius uictus & uestitus, ac si esset præbendatus, uult esse certus de suo ordinario uictu & uestitu, &c. Immo potius uult regulam non seruari, aut professionem HH quam

quam ipsum carere aliquo, talis frater est in statu damnationis, quia est in continua transgressione sua professionis, saltu interius in voluntate & proposito summo supradicto: sicut ille qui etiam in uoluntate mechandi, aut in uoluntate firma occasionis propinquae ad mortale: ex quo probatum est quod sub mortalitate tenemur cauere usum notabiliter abundantem, vel superfluum rerum quibus utimur. Et hoc expresse dicitur in Enchyridion fratrum min. in decisionibus quorundam dubiorum, dubio 8. & 11. & 12. fo. 72. 74. 75. Et conformiter ad haec inter alias conclusiones quas posuit frater Bonagratia min. generalis post sanctum Bonavent. ut resertur in supplemento fff. 8. prope finem decisionum quorundam dubiorum sicut haec, scilicet quod omnis frater min. sanus & fortis ducent communiter uitam carnalem in cibo & potu uiuit continue in peccato mortali, & in ira Dei, quia talis uita est prohibita omnibus religiosis, praesertim mendicantibus ratione suae professionis & status penitentiae cui talis uita opponitur, haec ibi. Sed & de his, scilicet quando est mortalis transgressio in hoc, & quando non infra q. 15. & latius cap. 10. quæstione 3. quæstione septima habetur.

¶ Quartum punctum est, quoad res quibus utimur in ministeriis Diuinis, & quoad ædificia nostrarum domorum & ecclesiarum, an similiter teneamus cauere abundantiam, opulentiam, preciositatem, superfluitatem, &c. eiusmodi, sicut in aliis rebus ad uictum & uestitum pertinentibus. Ad quod dico primo quod si non ad sit debita & rationabilis Papæ dispensatio, fratres min. contra regulam & professionem suam faciunt procurando uel utendo dominibus aut ædificiis & ecclesiis sumptuosis uel excessiuis in multitudine & magnitudine, uel paramentis & uasis ecclesiasticis nimis excessiuis preciosis aut curiosis, & aliis utensilibus superfluis aut preciosis. Totum hoc patet per rationes & auctoritates suprapositas in 3. punto, in 2. eius parte, &c. applicentur huc. Insuper specialiter quoad expresse dicit Hug. 4. & 6. cap. id quod diximus. Addes quod ars dæmonum est sub specie cultus Dei destruere in paupertate sanctissima uerissimus Dei cultus ut & apparatus deuotio ueram propositi devotionem extinguat, haec ille. Vnde & in tab. 3. Vic. gen. & in tab. 6. Vic. gen. & in aliis statutis ordinis super hunc habetur ordinatum, quod tanq; illicita tollantur superfluitatem.

perfluitates multæ sub grauibus penitis, ibi uideatur. Item quia dominus Clem. 5. sic declarat & præcipit obseruari, ut patet artic. 7. 5. hinc est etiam, ubi quo ad ædificia specialiter sic dicit. Cum uir sanctus fratres suos in paupertate summa ac humilitate fundare uoluerit, quo ad affectum pariter & effectum, sicut ferè regula tota clamat, conuenit ipsis quod nullo modo deinceps fieri faciente uel fieri sustineant ecclesiæ uel alia quæcunq; ædificia quæ consyderato fratrum inhabitantium numero excessiva in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoq; uolumus quod ubique in suo ordine deinceps temperatis, & humiliis ædificiis sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ quod patet oculis. Contrarium foris clamet, haec ibi. Item quoad paramenta & uasa ecclesiastica & alia utensilia quæcunq; idem Clem. 5. art. 7. 5. quam uis etiam idem expressius dicit declarando esse prohibita nobis ex uir nostræ professionis, & insuper ipse sic mandat seruari, ut ad literam positum est supra in 3. punto in 2. probatione 2. partis, ibi uideatur. Ex quibus patet quod non solum ex uir præcepti Papalis, sed etiam ex uir nostræ regulæ seu professionis est illicitum & prohibitum nobis habere superfluitatem aut preciositatem nimiam in prædictis ut dictum est, ut bene innuit etiam Spec. fff. 5. cum prædictis satis expresse concordans. Quamuis in tract. 10. plag. plag. 8. & 9. dicatur & male quod solum ex præcepto Papæ domini Clem. 5. est nobis prohibitum, & quod Papa imposuit nobis uilitatem habendam in prædictis, quodq; esset bonum habere relaxationem seu dispensationem talis præcepti à domino Papa. Haec tria dicuntur in prædicto tract. 10. plag. Sed ut dixi, non solum ex præcepto domini Clem. 5. sed ex uir nostræ professionis prohibentur prædictæ superfluitates &c. ut patet per rationes & auctoritates supradictas, etiam ante quam dom. Clem. sic declararet & mādaret. & quod dicitur in prædicto tractatu quod Papa imposuit nobis uilitatem habere in prædictis, hoc salua renentia, non est ita, ut patet: sed solum declarauit & mandauit & uoluit quod à superfluitatibus & nimia preciositate esset abstinentia in prædictis, & quod temperatus & moderatus seu humilius usus haberetur, quod autem ibidem etiam dicitur quod esset bonum habere dispensationem seu prouisionem à D. Papa proxime dicitur quomodo hoc ualeat, quomodo non, ergo teneatur ut dictu HH 2 est. Et

Et notandum quod notanter dicit dominus Clem. s. ubi supra, loquens de paramentis & uasis ecclesiasticis specialiter quod nimia preciositas aut superfluitas & curiositas in hiis seu aliis quibuscunq; non potest nostrae professioni aut statui conuenire, quod ideo notandum dico, quia preciositas dummodo non sit nimis excessiva non repugnat quod a nobis habentur in rebus ad cultum Diuinum pertinentibus, in aliquibus maior, in aliquibus minor, secundum quod ad reverentiam cultus Diuini magis uel minus accedit uel conuenit: quia talis usus preciosus dum non est nimius, censetur moderatus in tali materia, ut sunt calices argentei, ornamenti serica & huiusmodi communiter habita in cultu Diuino: secus si sint ampullæ seu lampades argenteæ & ornamenta aurea, gemmata & huiusmodi: nam moderatus usus secundum diuersas circumstantias diversimode consideratur ut dictum est. Ideo in eius stola sancti Bernardini art. 6. habetur declaratum hoc modo. Sexto declaratur quod in calicibus & patenis argenteis, dummodo non nimiae & excessivæ magnitudinis & preciositatis sint, non repugnat regulæ, immo satis conuenit quod possint haberi & ad eum tantum immunditiam & pericula erga sanctissimam Eucharistiam, haec ibi. Et quidem hoc ipsum uidetur esse de intentione beati patris nostri Francisci, ut patet in testamento, ubi sic dicitur: Haec sanctissima mysteria super omnia uolo honorare & uenerari, & in locis preciosis collocare, &c. Secundo dictum est notanter etiam quod sine dispensatione rationabili non potest superfluitas aut nimia preciositas &c. in predictis haberi: quia si adsit rationabilis dispensatio, tunc hic sicut in aliis omnibus praceptis aut uotis dispensabilibus, habet locum rationabilis dispensatio, ut infra cap. 10. q. 4. habetur. Sed an circa haec sit aliqua dispensatio, & an sit rationabilis, uidendum est: & de primo quidem dico quod circa haec sunt duæ dispensationes, quarum una est Sixti 4. fo. 63. ff. 67 fff. 100. ubi concessit nobis tute posse recipere & tenere paramenta aurea, argentea, & alia ad cultum Diuinum pertinentia, & habere magnas & diuersas campanas, quando a capitulo provincia li uidebitur quod sine scandalo notabilium personarum alias commode fieri non possit, s. quod non possunt predicta remittere uel recusare. Caveant tamen fratres ne ipsi sint causa uel scandalum fingant, ubi non est haec ibi. & in cap. gen. aquil. anno Domini 1472 fuit haec concessio acceptata & inter alias recollectionis ipsius capituli

pituli generalis posita est, ut in predicto fff. habetur. Alia est concessio Leonis 10. in priuilegiis merentur, fff. 15. ubi sic habetur, Nos igitur attendentes quod domorum & aliarum rerum tam pro Diuino cultu quam pro communi usu uestro uebis concessarum, solum ad usum & non fructum, nec possessionem cedunt, nec ea sine speciali sedis Apostolicae mandato alienare possitis, ac ad eandem sedem illa omnia quæ de novo ut nostri praedececessores fecerunt in proprietatem dictæ sedis recipimus pertineat, & quod ex domorum amplitudine, aut paramentorum multiplicitate, nihil magis uestris commoditatibus corporalibus adiiciatis, uestris in hac parte suppliciis inclinati auctoritate Apostolica tenore presentium declaramus & decernimus, uos illorum tatum esse custodes & non possessores, & propterea illis absque uestrae professionis macula aut uiolatione, cum debeat iuxta solemnitatum celebritatem & solemnioribus officiis decentioribus paramentis Diuinam honorare maiestatem, & ipsis cultum munificare, & aliis quibus tam ordo, quam fratres utuntur communiter uel diuisimuti & porti libere & licite posse, prout etiam felicis recordationis Julius Papa 2. praedeceessor noster fratribus eiusdem ordinis & familia regni Angliae, ad instantiam charissimæ in Christo filiæ nostræ modernæ reginæ angliae illustris concessisse dicitur, & sic perpetuis futuris temporibus in ordine & familia uestris ab omnibus illius fratribus teneri & obseruari debere uolumus & mandamus. Non obstante, &c. haec ibi. & loquitur ibi Leo 10. de dominibus, ædificiis & ecclesiis nostris sumptuosis quæ in ordine construuntur per alios, aut etiam per ipsos fratres, & de paramentis & uasis ecclesiasticis preciosis nimis, quæ etiam in numero & precio uidentur repugnare paupertati, & de aliis quibuscunq; quibus fratres utuntur communiter uel diuisim, ut patet ex ipso priuilegio & eius narratione, seu relatione ibidem promissa. Sed an istis dispensationibus uel concessionibus licite aut tutu conscientia possumus ut tanquam rationabilibus dicit Spec. fff. 6. & collector comprehendit tit. ornamenta ecclesiastica quod non, quia non sunt rationabiles: tunc quia non est sufficiens causa si seculares debite informarentur per nos, quia sic non scandalizarentur, sed potius ædificarentur quando nolumus acceptare preciosia ornamenta ad cultum Diuinum, &c. ut Sixtus 4. concedebat: tū etiam quia Leo

et non bene informatus de nostra obligatione id cōcessit, quod uel non concederet si esset bene informatus, aut etiam si uellet nō poterat contra uotum nostrae professionis sine sufficiēte causa ad id dispensare: causa autem sufficiens ad sic dispensandum nullā es se uidetur. Ideo ergo dicit quōd potius in foro conscientiæ est dispensatio, quam rationabilis dispensatio. quamvis in foro ecclesiæ & iudiciale ualeat, & per consequens dicit quōd nō est licitum in foro conscientiæ uti talibus concessionibus, præsertim hac ultima Leōis i. quæ est ualde relaxatiua, & sine ulla rationabili causa: hæc in sententia habentur in prædicto fff. 6. in Spec. Sed salua reuerentia & ueritate modestius & temperantius dicendum mihi uidetur, dico ergo quōd aliud iudicium habendum est quo ad utentes prædictis rebus preciosis, &c. secundum prædicta priuilegia, & alind quoad procurantes prædicta superflua & preciosa contenta in dictis priuilegiis aut dispensationibus. Nam quoad fratres utentes, dico quōd omnes fratres possunt licite recipere & tenere paramenta, &c. ut in concessione Sixti 4. habetur cum limitationibus ibi positis. quia est satis rationabilis dispensatio ad tollendum scandalum uel turbationem personarum probabiliter imminentem, & ut deuotioni talium personarum ad Deihonorem condescendatur, dūmodo fratres noui præstent causam prædictis, ut ibidem dicitur: neq; tenentur fratres ualde esse solliciti ad informandum tales personas uel ad multum dissuadendum eis sed sufficit quōd non prouocent eos ad id, & quōd non fingant scandalum ubi non est, ut ibi dictum est, & certe temerarium uide tur dicere quōd sic non sit licitum uti tali concesione quam totū cap. general. supradictum ut licitam approbauit & intimauit inter alias resolutiones pertinentes ad obseruantiam licitam pauperatis. Similiter dico quōd omnes fratres possunt licite domibus & ædificiis sumptuosis uti & ibi morari, & paramentis & uasis ecclesiasticis preciosis ualde & multiplicibus & aliis quibuscumq; qui buscunq; quibus fratres utuntur communiter uel diuisim, utpote cellis, officinis, libris & aliis utensilibus domoru nostrarum, &c. secundum priuile. Leonis i. supradictum. quia uidetur rationabile & habere causam rationabilem ad id illā, s. quæ in dicto priuilegio exprimitur: quia s. talium rerum sumus tantum custodes & ex ipsorum usu nihil magis adiicitur nostris commoditatibus corpore

corporalibus quoad uictum & uestitum, & propter honorem cultus Diuini, sicut supra dictum est, quōd ut satisfaciat deuotioni nobilium personarum, & earum turbationē uitemus, poteramus uti paramentis preciosis, ita ut domini Papæ deuotioni satisfiat & uoluntati piz & deuote ad cultus Diuini honorem possumus licite talibus uti, maxime quia ex quo ipse Leo 10. declarat & decernit esse licitum talibus uti, & uult & mandat idem: iam uideatur decernere rationabilem concessionem seu dispositionem tacitam & eius causam rationabilem esse, & tanq; talis habenda est dū oppositum non constat manifeste, ut est communis practica & regula doctorum utriuscq; turis, & nos sic humiliter stantes Papæ declarationi & decreto omnino tutissimus in conscientia. neq; est dicendum quōd Papa non sicut debite informatus de nostra obligatione. Constat enim quōd sic fuit informatus sufficienter, ut patet in relatione ipsius priuilegii expresse & dato quōd non ei fieri tam extensa relatio & informatio nostræ obligationis, tamen Papa censemur habere in pectore suo omnia iura communia cuiusmodi est obligatio nostræ regulæ de qua in Clementina 5. in sua declaratione habetur, quæ est inserta corpori juris, ergo licite possumus uti prædictis rebus secundum prædicta priuilegia. Et quo ad ædificia idem adhuc clarius patet. quia quamvis Clem. 5. ubi supra decreuerit quōd ædificia nimis sumptuosa non conuenient nostro statui, tamen ipse postea in Clement. cupientes de pœnis præcepit sub excommunicatione quōd talia loca non relinquamus absq; licentia sedis Apostolicæ. ergo licite possumus ea inhabitare & eis uti, ut etiam sanctus Bernardinus in sua epistola art. 4. declarauit, & habetur in Spec. fff. 6. ergo quo ad fratres utentes prædictis rebus: patet quod possunt licite uti secundum prædicta priuilegia. Sed quoad fratres procurantes fieri seu haberit talia sumptuosa preciosa, &c. dico quōd illicite contra statum nostræ professionis talia procurant: ratio, quia in dictis priuilegiis non conceditur talibus quōd possint ea procurare ullo modo, ut patet ibidem. Immo in concessione Sixti 4. id eis specialiter prohibetur ubi supra dictum est. Postq; autem iam semel habita sunt seu facta sunt culpabiliter seu inculpabiliter procurata per ipsos fratres uel per alios, tunc licitum est talibus uti, ut dictum est.

De ædificiis autem, ecclesiis & sepulturis nostris multa habentur in compendio tit. ædificare, tit. ecclesiae, tit. sepulturæ, &c. quæ huic non attinent, ibi uideantur si placuerit. terum autem hic tandem admoneo quod secundum omnia supradicta, proportio nabiliter ut in suis puctis habentur, debent intelligi & limitari omnes doct. ubiuncq; dicentes quod tenemur ad arctum, strictum penuriosum seu pauperem usum rerum, ut patet in Ioanne Pirrino super dispensatione fratrum min. in secundo notabili, ubi allegatur sanctus Bonauentura in apologia & alibi. & patet in tract. de necess. congr. solut. fol. 108. ubi dicitur quod secundum determinationem ecclesiae non omnis usus, sed necessarius & penuriosus & mendicus nobis conceditur, &c. ut ibi allegat Nicol. 3. & Henricum Gandensem 1. & ult. cap. dist. 2. & 7. quodlib. q. 29 & Bonauent. 13. cap. suæ apologiæ dicentes quod tenemur ad etiam sustentationem naturæ, &c. eiusmodi uerba. Similiter & fratre Ioannem Philip. art. 3. dicentem, quod nos tenemur conten tari paucis, & necessaria sustentatione naturæ & operationibus secundum nostræ professionis exigentiam nobis competentibus commode exercendis, & mille alias similes auctoritates eiusmodi sonantes, debemus secundum omnia supradicta intelligere & limitare, ne ex confusione uocabulorum decipiamur, sicut & multipleralogizati sunt, & non satis distincte rem intellexerunt, & multæ auctoritates ex predictis referuntur in Spec. fff. 18. 19. quæ debent sic intelligi, alias non satis ad rem ibi adductæ sunt, ut patet ex dictis, & infra dicendis q. 15. sequente. Ideo ad maiorem declarationem predictorum ponitur quæstio subsequens.

**V A E S T I O X V.** Quæritur quomodo & circa quid debet considerari aut mensurari predicta moderantia usus quo ad nos, ut sic cognoscamus quando est aut dici debet usus moderatus nobis aut superflaus, aut preciosus: & si militer ad quem pertinet iudicare de hoc quando s. est usus moderatus annon, & an fratres subditi maculentur ex abuso prælatorum circa predicta, aut etiam ex communi abuso aliorum alii maculentur, & an quilibet excessus in usu rerum supradicto sit mortalis annon?

Respondeo per quatuor puncta: Quorum primum est, Mode ratus

status usus deberatendi secundum qualitatem nostri status & personarum, & secundum uarietatem temporum & locorum conditiones, & alias occurrentes circumstantias, utpote in qualitate & quantitate rerum & aliis eiusmo di. hoc habetur in Spec. fff. 5. & 18. 19. Simul omnia ibidem dicta colligendo, & secundum declaracionem Nic. 3. art. 2. & secundum sanctum Bernardinum in sua epistola predicta, art. 3. Et Hug. 6. cap. & Bonauent. in sua apolo gia cap. 12. & tract. de necess. congr. solu. ut etiam refert frater Ioann. Pirrin. super dispensatione fratrum min. & expos. sine tit. & idem dicit tract. paupertatis nondum impressus: & tract. de sensiorius contra deuiantes, fol. 196. &c. & communiter doctor. Restat declarare particulæ: dicitur primo quod moderatio usus nostri debet attendi secundum qualitatem nostri status. Nam con stat quod conditio status seu personæ est una de circumstantiis requisitis ad actum: aliquem esse ei conuenientem uel non. Et similiter ad hoc quod aliquis usus rei sit conueniens ei aut non. Nam comedere laute tria uel quatuor cibaria & gallinas quotidie, est usus respectu status & personæ regis aut alterius in dignitate etiæ spirituali constitutæ, ut sunt epilæpi, &c. qui usus est diues & superfluus respectu personæ minoris status, ut patet. Igitur ut aliquis usus sit nobis moderatus, debemus attendere nostrum statum & qualitatem eius & personarum nostrorum: quia sumus in statu religiosorum penitentium & pauperum præ aliis religiosis, ut ex dictis patet. Videamus ergo quiseu qualis usus rerum ad uictum & uestitum suum conuenit religiosorum statui pauperium præ aliis religiosis, & tunc patebit ista circumstantia. Et si quereras quis aut qualis usus conuenit religiosis pauperibus? Respondeo quod secundum est rationabili consuetudini patriæ: rationabilitis autem iudicatur quæ ab omnibus communiter, præsertim à uiris approbatis & prælatis approbatis, ut latius hoc & pulchre deducetur in tract. defensorio contra deuiantes fo. 196. &c. & sic patet prima conditio, s. secundum qualitatem status & personarum, & ly personarum inquit idem quod in ly status, & econtra. Nam saepe in iure Canonico & ciuili qualitas personæ accipitur etiam pro qualitate uel conditione status, & econtra: & ideo pro maiori declaratione nos simul utrumq; posuimus, dicendo secundum qualitatem status & personarum: uel pro tanto dicitur personarum, quia prædi

*locus.*  
4ps.  
predicator pluribus indigeret pro suo officio quam alius simplex  
frater, & similiter de prałatis & aliis respectiue. Dicitur si con-  
do secundum uarietatem temporum & locorum conditiones, quia  
tempore infinitatis aut laboris magni aut festi &c. huiusmodi  
laetior cibus aut delicatior seu maior reputatur moderatus, qui  
alio tempore non sic esset. Similiter in loco conuiuii aut loco a-  
bundatiōri &c. eiusmodi, ut patet, uel quando cum magnatibus  
in suis mensis comeditur, &c.

Dicitur tertio secundum alias conditiones seu circumstantias occurrentes, ut pote in quali-  
tate & quantitate talis rei &c. eiusmodi, quae omnia sunt consideranda & seruanda ad hoc quod aliquis usus aliquarum rerum  
sit & iuste conseatur moderatus respectu nostri. Nam cum mode-  
ratio usus sit uirtuosa, requirit integritatem omnium circumstan-  
tiarum ad eam requisitarum, quales sunt omnes superadietæ. Et  
secundum predicta patet quid sit superfluum, quia est id quo sub-  
lato reliquum comitode sufficit ad usum moderatum, ut duosi  
unum sufficit tunc superfluit alterum, & tria si duo &c. & hoc per-  
tinet ad uirtutem sufficientiae quae rerum numerositatem uirtuo-  
se ordinat, amputando numerum rerum non conuenientem ad

*curiosi*  
Curosus  
suum moderatum. Curiosum est quod sit ad delectationem seu  
suum immoderatum, ut picturæ, cælaturæ, pulchritudo & decor  
ubilis complexus & difficultas uel aliud eiusmodi abiq; talibus curiosita-  
tibus picturarum & pulchritudinum sufficeret ad usum moder-  
atum, & contra curiositatem est simplicitas & humilitas quae pro-  
hibet decorum & sumptuosum, & accipit commodam uilitatem

*prefosum*  
sufficientem ad usum moderatum talis rei. Preciosum est quod  
ultra ualorem rei sufficientis ad usum moderatum habet, ut ubi  
sufficit crux aut calix argenteus querere aureum & procurare am-  
pullas & lampades argenteas ubi sufficient nobis stanze: & idem  
de candelabris & huiusmodi: & contra hoc est temperantia quae  
prohibet ualorem nimium, seu preciositatem rei, & accipit ual-  
orem rei sufficientem ad usum moderatum. Et sic patet quod om-  
nia predicta attenduntur, maxime in numero, quantitate, quali-  
tate, precio & sumptuositate & decoro, ut obiciuntur ex Hug.  
6. cap. & tract. de necess. congr. solut. & Ioann. Pitt. in 2. no-  
tabili, & seren. conscient. q. 9. & Spec. fift. 19. & tract. 10. plag.  
1. parte cap. 1. radio 5. & ex aliis doctoribus communiter. Et no-  
taendum quod non sive causa semper dictum est ~~prædictum est~~ prædictum est

in prædictis diffinitionibus quod curiosum, superfluum, preci-  
sum est quando excedit uolum moderatum. Dictum est enim pro  
pter hoc, s. quod non omne quo sit in numero, quantitate, decoro  
ualore, &c. excedit uolum strictum, certum aut punctuale, debet  
statim iudicari, superfluum, curiosum, preciosum uel &c. Sed quan-  
do excedit numerum aut quantitatem uel preciositatem, &c. re-  
quisita ad uolum moderatum qui non statim extremitate aut pe-  
nuria usus, nec in indiuisibili punctu aliter. Nam in rebus quarum  
uolum penurious tenemur habere, ut pote uilitatem uestium, &c  
tunc id quod excedit à prædicta uilitate bene dicitur preciosum,  
aut superfluum respectu usus talis stricti: licet non sit superfluum  
respectu uulus moderati. In rebus autem aliis quarum uolum penu-  
riosum non tenemur habere, sed earum uolum moderatum, ut su-  
pra q. 14. dictum est. de quo hic agimus: tunc id solum quod ex-  
cedit numerum, qualitatem, quantitatem, aut preciositatem con-  
uenientem ad uolum moderatum est superfluum aut curiosum, &c.  
& non quod excedit numerum aut quantitatem &c. requisita ad  
uolum penurious. Ita quod dupliciter dicitur aliquid superfluum  
aut preciosum, &c. uno modo quando habet numerum aut qua-  
litatem, &c. plusquam conueniat ad uolum penurious: & hoc so-  
lum est & debet dici superfluum & illicitum in rebus quarum uolum  
penurious tenemur habere. alio modo dicitur superfluum aut  
preciosum, &c. quando s. habet numerum aut qualitatem &c.  
plusquam conueniat ad uolum moderatum: & hoc solum debet  
dici, & est superfluum & illicitum in rebus omnibus quarum uolum  
moderatum tantum possumus habere. de quibus hic loquimur,  
& in quo uidebatur aliqua difficultas in cognoscendo quo uulus  
dicitur moderatus, quando superfluum preciosum aut alias immo-  
deratus: & conformiter ad predicta habetur declaratum in præ-  
dicta epistola sancti Bernardini art. 3. fo. 97 sic s. quod superflui  
tas & curiositas non debet discerni respectu necessitatis certæ seu  
usus certi, quoad statum fratrum min. sed moderatus: cum usus mo-  
deratus non potest dici superfluous & curiosus, & per consequens  
nec uiciosus, immo secundum ueritatem omnimodam & regulâ  
licitus, ut patet ex domino Nic. ubi sup. haec ibi. Ex dictis etiam  
patet quonodo debet intelligi Ronauent. in c. 12. suæ apologie,  
dicens, quod hic est modus nostræ paupertatis, quod s. sic relin-  
quit dominum quod non relinquit

usum, sic recipiat usum; quod non reseruet dominium, sic arctiu-  
dinem usus seruet, quod sustentationem naturae necessariam non  
deuitem; sic necessitatibus subueniat, ut ab arctitudine usus non rece-  
dat, hæc ille. & Hug. 6. cap. pulchre ad prædicta dicit multa quæ  
ex prædictis omnibus patet quomodo deoant intelligi propor-  
tionabiliter.

¶ Secundum punctum est, quod prædicta moderatio uel super-  
fluitas aut excessus in usu nostro nō potest nec debet iudicari per  
subditos, sed per ministros & custodes, uel per eos quibus ab ip-  
sis committitur ut prouideant fratribus de necessariis, qui de talibus  
super eorum conscientiis debent districte iudicare, ut pater in  
declaratio: e Nic. 3. art. 2. §. insuper nec utensilia, &c. & art. 4. §.  
& quanquam. hoc ad literam sic habetur declaratum in prædicta  
epistola sancti Bernardini art. 3. fol. 97. &c. Qui autem sint illi  
prælati quibus conuenit ex officio seu commissione, & quomo-  
do cura prouidendi fratribus & iudicandi de eorum necessitatib-  
us & usu moderato uel superfluo, &c. uide latius sup. 4. cap. q.  
6. ibi namq; dictum est late quod hic breuiter iam tactum est, &  
adde quod Clem. 5. §. rursus, art. 3. concordat expresse cum præ-  
dictis, & Ioann. 22. in sua declaratione in casu particulari de ue-  
stibus & de prouisionibus in futurum concordat, ut sup. cap. 2.  
q. 22. & hic cap. 6. q. 12. dictum est. Notandum tamen ut habe-  
tur in tract. 10. plag. plaga 2. 3. & 4. & in tract. de necess. congr.  
fol. u. si subditi uideret prælatos male se habere seu excedere in  
prædictis immoderatum usum in habendo & superfluum seu pre-  
ciosum procurando, & procurari mandando, & male interpreta-  
do, uel relaxate interpretando & iudicando de usu moderato, &c.  
tunc subditi potest & debet si uidet expedire, humiliter notifica-  
re suum uidere in prædictis prælati: nouissime tamen eorum iu-  
dicio determinationi & præcepto obediatur, & non imitatur pro-  
prio sensui: sed expectet cum patientia tempus uisitationis præla-  
ti superioris, & tunc uisitet, & ad regulæ puritatem intendat prout  
potuerit commode id facere, quod si nec sic potuerit regulam à  
talibus relaxationibus propugnare, relinquat hoc iudicio Diui-  
no in quo redditur unicuique secundum opera sua, & sic faciendo  
est securius in conscientia frater subditus, alias non. Nisi forte ui-  
derit manifeste & ita certitudinaliter quod nullum dubium neq;  
ullus.

.15.  
color probabiliter excusans appareat prælatos contra regulam  
interpretari seu mandare: quia tunc non esset eis in hoc obedien-  
dum, quia solum in dubiis aut in non manifestis aperte: non au-  
tem incertitudinaliter omnino manifestis est eis in hoc obedien-  
dum ut patet in prædicta epistola sancti Bernardini art. 3. & 7. ut  
de hiis latius infra cap. 10. q. 2. dicendum est, ibi uideatur: & cum  
prædictis hiis omnibus cōcordat Scotus in 4. dist. 3. q. 4. ibidem  
a quo & prædicta sumpta sunt, ut habetur in prædicto tract. 10.  
plag.

¶ Tertium punctum est, quo ad id, Vtrum fratres maculentur ex  
abusu prælatorum, seu ex communii abusu aliorum circa prædicta  
Ad quod tandem dico, ut in epistola sancti Bernardini art. 4. ha-  
betur declaratum, hoc modo, quod si si in locis sit magna super-  
fluitas uel curiositas ex eis nō uiciantur fratres, nisi solum introdi-  
centes uel consentientes, uel si ad eorum officium pertinet & pos-  
sunt, uel quicunq; alii si commode possunt legitime non resisten-  
tes, & non alii qui dictis rebus utuntur ob aliquam necessitatem  
uel scandali uitiationem, hæc ibi, & concordat Bernardus in epi-  
stola apologetica de excessibus Cluniacens. agente. Ita quod si  
fratres sunt aliquo modo causa prædicti abusus prælatorum aut  
aliorum, seu si eis placent seu consentiunt, &c. certe sunt culpabili-  
les magis uel minus secundum quod magis uel minus sunt in cau-  
sa positiva uel interpretativa seu omisssiva, ut dictum est. Ex quo  
patet quod fratres qui nolunt paucis contentari, neq; parati sunt  
ad patientiam, si non ei adueniat semper uictus ordinarius, sed sta-  
tim murmurant & conturbant domum uel prælatos, & ex hoc  
prælati mouentur ad prædictos abusus contra regulæ ne illi mur-  
murent, &c. tales inquam fratres sunt potissima causa talium abu-  
sionum prælatorum, & sunt maxime culpabiles, ut de hiis latius  
dicetur infra cap. 10. q. 7. &c. ibi uideatur. & quod dictum est quod  
alii fratres qui non sunt ullo modo causa talium abusorum, sunt  
securi & sine culpa: intellige quod sunt sine culpa, ex hoc quod in  
ter alios morantur, ex hoc quod talibus rebus utuntur: dummo-  
do ipsi alias non peccent simul cum aliis introducendo aut conser-  
uando illas abusiones, aut etiam obediendo prælati in his, ut po-  
te in quærendo aut faciendo prædictas abusiones contra regulam  
quando manifeste constaret esse contra regulam, ut supradictum  
est.

**e**t in 2. puncto, quia sic iam essent in causa talium transgressionum ut de hoc dicetur latius 10. cap. q. 7. &c. Ecum prædictis concordant communiter doct. Bonaventura in sua epistola quæ supra q. 14. recitata est. Hug. 2. & 4. & 6. cap. Ioann. Pirr. super dispensatione fratrum min. in 2. conclus. &c. qui omnes sunt limitandi, & intelligi secundum quod supra dictum est.

**Q**uartum punctum est, Non omnis excessus aut immoderantia in usu est mortal, sed solum quando est talis ac tanta immoderantia circa prædicta, & tam notabilis & tam continua, quod merito censeri debeat enormiter laedere, aut notabiliter nostram obligationem supradictam. cæteræ uero immoderantiae uenialia peccata debent censeri sicut & sunt.

**R**atio, quia præceptum de immoderantia habenda in rebus secundum omnem statum hominum semper sic intelligitur, quod eius transgressio non quam est mortal, nisi sit notabiliter contra ipsam uirtutem temperantiae requisitam respectu talis personæ & status: quæ uirtus habet multos gradus, & quilibet gradus suam magnam latitudinem intra quam seruatur uirtus & gradus uitatis, ut est communis doctrina Theologorum & Philosophorum. Sic ergo in preposito dicendum, quod nonquam est mortal transgressio circa hoc nisi excessus sit talis, tatus, aut toties frequentatus quod ei usus sic notabiliter repugnet usui moderato. quod iam simpliciter introducere uidetur usum diuitem aut opulentum nobis sub mortali prohibitum: & in hoc omnes communiter doct. concordat, ut habetur in Seren. conscientia q. 11. secundum Vbertinu & Hugonem, & Ioannem Pirrin. in suo tract. in 2. notabili, & in Spec. fift. 4. &c. Et Federicum & Pet. Ancharr. & Zaharell. in Clem. exiui, & expos. & tra statum paupertatis sine tit. nondum impensis, ubi de hiis pulchra habentur. Pro cuius maiori declaratione notandum, ut habetur in prædicto tractatu paupertatis, quod tripli citer dici potest quod possumus conuenienter sine usu alicuius rei uiuere. Vno modo sic, s. quod sine tali uero talis rei possumus qualitercumque uiuere & exercere necessaria ad nostrum statum & conditionem.

Secundo modo sic, quod sine tali usu talis rei possumus conuenienter explere omnia decētia nobis & nostro statui, officiis & societati nostræ: & ita quod ille talis usus illius rei in nullo nobis decens & utilis. Tertio modo sic, quod sine ta-

tal usu talis rei possumus conuenienter explere omnia decentia nobis & nostro statui, officiis & societati nostræ. Ita tamē quod utilitas talis usus talis rei per aliquid aliud æquivalens & que bene suppleri. Primo modo non tenemur sic conuenienter uiuere, neque moderantia usus stat in hoc quod uiteatur omne illud sine quo possumus conuenienter, id est, qualitercumque uiuere & exercere nostra officia. Primo, multa sunt sine quibus possumus uiuere secundum decentium status & officiorum: quibus tamen utendo non excedimus usum moderatum, sed sunt ad maiorem decentiam usus moderati, ut sunt ædificia, libri, studia literarum, &c. eiu simo. li. secundum Nic. 3. Secundo modo bene tenemur uiuere conuenienter sine usu tali illius rei qui in nullo nobis est decens & utilis, &c. quia talis usus est omnino superfluus respectu decētis status nostri. Ideo quando talis usus superfluus manifeste apparet quod sit sic superfluus aut immoderatus, semper est peccatum magnum uel paruum, secundum proportionem & magnitude uel modicatem superfluitatis rei & usus eius. Tertio modo non tenemur uiuere sine illo usu illius rei, qui usus est decens nostro statui: quamuis bene possit per usum alium ipsius uel alterius rei æquivalentem supplesi, neque ibi est aliqua immoderantia aut superfluitas, aut peccatum, nisi illud aliud æquivalens simul cum alio haberetur in usu: tunc enim est superfluitas uiciosa aut ut dictum est, hæc ibi. Et notandum quod ubi cumque in locis supra allegatis dicitur fere semper: & ubi cumque tam in Speculo fratrum min. & aliis tractat. & docto. quod immoderantia usus aut superfluitas &c. est contra paupertatem Euangelicam & contra uotum eius: & econtra quod usus pauper seu moderatus pertinet ad substantiam eius, debet intelligi non quidem direcione formaliter, uel per se, sed indirecte & de per accidens & occasionaliter, ut patet expeditis supra q. 14. in 1. 2. & 3. punto.

**Quo** ad id, hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.

**VAE S T I O X VI.** Quæritur in quo stat excellentia perfectioq; paupertatis. & an usus moderatus seu pauper ad eam conferuandam ualde faciat, & quomodo? & econtra, An immoderantia, superfluitas & sollicitudo inde sequens minuat aliquo modo ipsam paupertatem Euangelicam, & statum nostræ paupertatis faciat imperfectiorem, quam sit statu habentium aliquid proprium in communis?

Respondeo per quatuor puncta. Quorum primum est, Excel lentiæ perfectioq; paupertatis simpliciter non stat neq; principali ter in maiori tantum defectu, uel penuria uel uilitate rerum corporalium seu temporalium: sed in maiori ueraq; abdicatione interiori & exteriori, & abstractione maioris sollicitudinis & affectionis earum. Ratio utriusq; patet, quia hoc secundum magis facit ad finem religionis obtinendum, s. ad uirtutes & charitatem habendam, & ad Dei uilaritatem & spiritum aiequendum: ut latius patebit infra in 2. & 3. punto. Pater etiam secundo, quia si aliter esset, ergo pauperes mendaci qui non sunt in statu religio nis, sed per inmundum uagantes, & alii uxorati paupers erun no si, et iam si uoluntarie & patienter æ quo animo ferant talem pen uram rerum eis prouenientem à casu, uel aliunde, essent in statu al tiori paupertatis, quam religiosi paupertati profientes & ca rentes uoluntarie sollicitudine rerum &c. habentes tamen usum rerum moderatum, & non tam penuriousum sicut illi primi: hoc autem dicere est contra omnes communiter doctores. Christus enim fuit in altiori paupertate, non tamen habuit usum tam pen ousum ut alii sancti, ut sup. q. 1. 4. in 1. punto dictum est. Pater 3. auctoritate Math. 5. Beati pauperes spiritu: ubi non simpliciter pauperes à Domino beati uocantur, sed principaliter pauperes spiritu, s. affectione temporalium: quibus ideo regnum cœlorum re promittitur. Pater 4. auctoritate regulæ huius 6. cap. ubi dicitur, Hæc est illa celitudo altissimæ paupertatis, &c. ubi loquitur non de penuria rerum in exteriori, sed de abdicatione dominii & juris cuiusq; ciuilis, & de abstractione sollicitudinis temporalium, de solo Deo pendentes in affectu: dicit quod hæc est illa celitudo &c. quæ uos hæredes & reges regni cœlorum insti tut: quia secundum Bonauenturam in sua apologia Euangelica paupertas pro eo quod à terrenis spiritum sublevat & tanquam ea

ea quæ in ecclis totaliter thesaurizat, ideo perfecte ipsam profi tenti suadet omnibus temporalibus debere nudari, quoad affe ctum atq; dominium & arcta (hoc est moderata) necessitate su stentationis esse contentum quoad usum: & in 6. cap. super reg ait, quod ideo nostra paupertas prædicta dicitur altissima, quia s. à mundo remotissimos, & per consequens cœlorum regno sum me uicinos & excelsos facit: illi etiam uitæ æternæ ut est possibi le similimos, ubi nihil terrenum est propriu uel commune. Ideo sequitur, quod uos charissimos fratres meos hæredes & reges regni cœlorum instituit: hæredes quidem, quia omnia dimittenti bus pro regno cœlorum, promittitur gloria æterna, Math. 19. Vos qui reliquistis omnia, &c. Reges autem: quia solutione ple narie facta pro re emenda: Ideo Math. 5. dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsi est reg. cœlorum. Sunt ergo tanquam domini cœlorum qui cuncta dederūt propter Deum: quāuis non dum sunt in eius possessione. Hunc autem modum acquirendire gnum cœlorum, & finem ad quem prædicta paupertas nostra or dinatur, ostendit subsequenter regula, dicens, Pauperes rebus fecit, uirtutibus sublimauit. Ad hoc enim ordinatur prædicta no stra paupertas, ut per eam liberati ab impedimentis, s. à sollicitu dine temporalium, &c. uirtutum sanctitatem augeamus, & ut sic simus præ cæteris in omnibus celiores sicut in hac paupertate su mus cæteris arctiores. Non enim secundum se solam bona est, nec laudanda paupertas (secundum Bernardum) sed in quantum liberat ab illis quibus homo impeditur quo minus spiritualibus intendat, & quibus magis superbiat & magis in exterioribus de lectetur, & in quantum uoluntarie & libere & patienter assumitur & toleratur propter Christum & propter uirtutis effectum & exercitium. Sequitur, hæc sit portio uestra quæ perducit in terram uiuentium, s. eo ipso quo in terra morientium nihil querunt. Cui dilectissimi fratres totaliter inharentes, ut s. omnia quæ in usu fratum sunt hanc prædicent paupertatem & abdicationem, ut s. nihil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuum habere uelitis sub cœlo: hæc omnia ex Bonauent. 6. cap. & Speculo ffff. 5. &c. communiter doctores, quæ omnia patent quæ lo quuntur de paupertate prædicta quoad maiorem abdicationem & abstractionem sollicitudinis temporalium, ad quam ualde cō ducit

ducit & requiritur moderantia & paupertas in usu exteriori, ut proxime in secundo puncto subsequenti dicetur.

¶ Secundum punctum est, ad conferuationem paupertatis evan gelica ualde facit & eam extollit usus pauper seu moderatus, & eo magis quo est usus magis pauper seu magis moderatus. Ad probationem huius sunt prius notanda aliqua, quorum primum est, quod duplex est sollicitudo, quædam circa habita & iam possessa, quomodo regantur & custodiuntur, & ex illis prouideatur necessitatibus quotidianis: & hanc tenent omnes religiosi possidentes in communi, quia oportet eos sollicitari circa ea quæ possident, custodiendo & ad usum fratum reseruando & gubernando ea, &c. Alia est sollicitudo in acquirendo uel procurando temporalia ad usum presentem uel futurum, & sine hac esse non potest status etiam omnia abdicantium. Cum enim non habeant possessiones ex quibus necessaria habeantur oportet quærere & acquirere per modum alias licitum sibi. Secundo notandum quod licet quælibet harum sollicitudinum retrahat ab amore eternorum tamen magis retrahit prima quam secunda. Ratio, quia magis retrahit amor terrenorum iam habitorum seu possessorum à perfectione, quam sola sollicitudo in acquirendo nondum habita, quia cum terrena non minuntur, sollicitudo eorum non tantum impedit. Nunc autem prima sollicitudo nata est de se habere amorem annexum magis quam secunda: nam agis namque amantur habita & possessa quam non habita, ut ait Augustinus ad Paulinam & Zerasiam dicens, quod terrena plus diliguntur adepta, quam concupitæ constringunt: illa enim uelut membra praescinduntur, ista autem uelut extranea facilius repudiantur. Id est sollicitudo ista secunda circa acquirenda est magis naturalis, quia sine ipsa non potest uita durare, ut proxime dictum est, & dicetur, & ideo de seminus retrahit, & haec omnia intelligenda sunt ceteris paribus, & quantum est de se ex sua natura. Nam propter aliquam circumstantiam potest magis impedire ab amore caelesti, ista secunda sollicitudo quam prima, utpote propter indispositionem hominis sic ex fragilitate uel malitia sua magis sollicitant, &c. uel quando quis nimis absidare uult & per consequens acquirere præter necessaria ad usum sibi conuenientem, quia tunc oportet magis sollicitari, & per consequens talis maior sollicitudo circa acquirenda plus impedit quam illa quæ est circa habita debite con-

seruanda & gubernanda. ¶ Tertio notandum, quod licet impossibile sit esse aliquæ statu sine sollicitudine aliqua de predictis, tamen ab utraq sollicitudine oportet elongari statu perfectionis paupertatis &c. quantum possibile est & cōmode fieri potest, salua debita sustentatione naturæ & debita exequitione officiorū sui status. Primū patet quia uita præsens indiget uictu & uestitu & multis aliis, de quibus cōmode sollicitari oportet, unde cū de reiicienda sollicitudine noxia Christus doceret. Mat. 6. Luc. 12. non dixit ab solute(nolite solliciti esse) oportet enim habere curā rerū necessariarū, quia alias uiuere nō possemus, immo tenemur cōseruare naturā nō destruēdo, nec permittēdo sine causa. Sed ait: Nolite solliciti esse quid māducetis &c. ubi docuit reiiciendā esse sollicitudinē circa materiā, non aut oīo circa comestionē aut uestitū &c. sumus enim hoēs non Angeli, ut pulchre ostēditur in facto sancti Ioānis abbatis: Nā uolēs esse sine aliqua sollicitudine ut angelus reiecto habitu heremū petiat nudus & sine aliqua prouisione, qui post ea necessitate cōpulsus ueniēs ad cellā fratris & pulsans ac dicēs, aperi mihi quia ego sum Ioēs frater tuus. Alter facete respondit: Nequaquam frater meus loēs quia ille iam factus est angelus, quia tamen corā fratre pénitentiā egit. Oportet ergo habere aliquā sollicitudinem temporaliū tam habentes in cōmuni, quam non habentes in cōmuni. Quod tamen ab utraq sollicitudine oportet elongari statu perfectionis &c. patet, quia status tanto erit perfectior quanto reddiderit magis liberum hominem à sollicitudine superflua præter necessaria ad usus prædictos, non solum à sollicitudine distractionis sed prouidentiæ, & quanto ex conditionibus ipsius status est maior oportunitas elongandi se ab utraq sollicitudine supradicta tanto erit perfectior, quia tanto est magis idoneus status ille ut in eo acquiratur perfectio, quanto in eo est minor sollicitudo quæ minus sufficit amorem Dei, uel eum sospire uideatur: & econtra tanto erit status imperfectior, quanto ex uiuendi est in eo maior necessitas implicandi se sollicitudini supradicta, ut de hoc etiam proxime latius patet in probatione huius secundi puncti principalis. ¶ Quarto notandum, quod habet carentia prædictæ duplicitis sollicitudinis statum perfectionis constituta, ut proxime dictum est. Tamen plus constituit statum perfectionis paupertatis, &c. carentia sollicitudinis illius primæ circa habita, quam carentia secundæ sollicitudinis circa acquirenda,

quantū est de se & ceteris paribus, nt in 1. & 2. notabilis huius dictum est, quia illa carentia illius sollicitudinis primæ per totalem abrenunciationem terrenorum plus elongat animum ab amore terrenorum quantum est de se, ut dictum est: & eo magis quo talis carentia est maior, majorq; renunciatio eorum in communi & in particulari, ut supra in introductione q. 3. dictum est & probatum. Ideo in regula nostra carentia primæ sollicitudinis praeditæ quæ est per plenissimam abdicationem omnium, includitur in arctissimo præcepto regulæ, Fratres nihil sibi approprient, ut supra q. 1. dictum est. De sollicitudine autem secunda non datur nobis in regula præceptum, sed remittitur conscientiae prælatorum, ut sollicitam curam gerant secundum loca & tempora, &c. ut sup. 4. cap. q. 6. habetur, quia sine hac nō potest subsistere humana infirmitas: potest tamen esse sine ulla sollicitudine in possidendo, sicut absq; omni dominio & possessione rerum. Et isto modo status omnia abdicatiū dicitur perfectior de se, quia tollit sollicitudinem maxime retrahentem ab amore terrenorum, & retinet solū illam sine qua uiuere non potest, implendo consilium euangelicum: Nolite solliciti esse: sed addit de crastino, ut si non sit cura nisi pro necessitate temporis instantis, ut cuilibet temporitatum sollicitudinis exhibeat, quantum præsens necessitas exposcit. Crastinus enim dies (ait saluator) sollicitus erit sibi, id est, sstis est diei crastino sua sollicitudo, sine eo quod grauet aliū diem præcedentem cum sua sollicitudine.

Quinto notandum, quod abdicatio seu renunciatio terrenæ substantiæ cum sollicitudine quadrupliciter se habere potest & comparari, s. aut maior abdicatio cum minore sollicitudine, aut minor abdicatio cum maiori sollicitudine, aut maior abdicatio cum maiori sollicitudine, aut minor abdicatio cum minori sollicitudine. Si ergo detur aliquis status ubi sit illud primum, s. maior abdicatio cum minori sollicitudine: talis sine dubio erit perfectissimus quoad paupertatem: quia in tali nulla uel minima cura est de rebus mundi & sumi potest & debet omne de rebus Diuinis: & in hoc statu existentes possunt esse perfectissimi, quasi non indigentes eis qui sunt mundi quibusq; nec sapiunt terrena nec mundus allicit arridendo in prosperis, nec terret in aduersis. Status autem quartus, s. ubi esset minor abdicatio & maior sollicitudo

citudo esset infinitus omnium statuum perfectionis. De duobus reliquis si vis scire quis perfectior status sit, an s. is qui habet maiorem abdicationem cum maiori sollicitudine, an qui habet minorem abdicationem cum minori sollicitudine, oportet librare & pôderare sollicitudinem maioris abdicationis cum minori abdicatione, minoriq; sollicitudine simul, s. an magis auerata Dei amore una quam alia. Si enim sit parū maior sollicitudo eorum qui omnia abdicauerunt, hæc non tollit status perfectionem: cū talis sollicitudo pertineat ad prouisionem necessariam uitæ, sitq; actus meritorius. Nam si absq; detrimento, immo & cum magno profectu charitatis & perfectionis potest quis intermittere contemplationem æternorum propter necessitatem proximorum & agere ea quæ sunt uitæ actiæ: & hoc non nisi cum maiori sollicitudine temporalium. multo ergo fortius cum profectu charitatis propter necessitatem propriam potest quis sustinere sollicitudinem paulo maiorem: quia talis (ut ait Gregorius) transitoria cuicunque esse conspiciens, curā carnis ex necessitate tolerat: ideoq; non semper putandum est, quod ubi sit minor sollicitudo, ibi sit semper perfectior status: sed debent alia ut dictum est, considerari. Si uero sollicitudo maior cum abdicatione excedat modū ac temperamentum necessitatæ prouisionis curam carnis gerendo, non solum in necessitatibus, sed etiam in desideriis: tunc licet status ille quoad abdicationē sit perfectior alio per ablationem temporalium possessionum, & non habeat talem sollicitudinem circa possessa, tamen fit imperfectior propter excessum sollicitudinis circa non necessaria & superflua, quia talis sollicitudo ualde grauat cor ad terrena deiiciens illud ab amore Divinorum, & à uirtutibus, & ad avariciā, & ad alia uicia cor & affectionem pronam trahit, ut patet per August. super Ps. 63. tantum quærum quatum depellendæ necessitatis satis est: Cūm autem quod superfluum est quæris, compedes tuos onerare desideras, hæc ille: quod est contra finem propter quem paupertas in religiōibus introducta est secundum communiter docit. Ideo enim abdicatio terrenorum & paupertas ad perfectionem conducit, quia tollere solet amorem temporalium, ut sic fiat dispositio ad Diuina & ad uirtutes in schola uirtutum, ut supra in introductione q. 2. &c. habetur. Vbi ergo non tollitur amor terrenorum, sed per prædictam magnam

magnam sollicitudinem augetur & commutatur in amorem uilium & infimorum, certe magis nocet talis maior abdicatio cum illa maiori sollicitudine, & magis nocet perfectioni continua uagatio & distractio & sollicitudo maior, quam possessio reddituum in communi cum minori sollicitudine. quæ namque perfectio est nihil habere nec possidere & nunquam & raro uitæ claustralem seu recollectam tenere? Ideo enim nostra abiicimus ut libiores aliis simus, non autem ut magis cæteris sollicitemur. Nam qualis perfectio est omnia relinquere, si cupiditas terrenorum non abiciatur? terrena certe non nocent si non amatur, ut ait Gregorius tantum nocent temporalia quantum sollicitudo retrahens ad minus est illis annexa, quod si non retraherent multū expeditent. Quæ ergo perfectionis uia est derelinquere temporalia cum eorum sollicitudo non tollatur sed uilius augeatur? Ergo patet quod ubi est sollicitudo notabiliter maior & excedens quamvis cum maiori abdicatione, facit statum simpliciter imperfectorem aliis & econtra, ubi minor sollicitudo, ibi status perfectior, ut probatum est cum suis limitationibus & circumstantiis supradictis. His ergo suppositis probatur secundum punctum principale huius quæstionis supra politum, quod s. paupertas & moderantia usus ualde facit ad conseruationem ueræ paupertatis & perfectionis: & ecōtra immoderantia ualde nocet. Ratio, quia status ille est perfectior (quantum est ad paupertatem & cæteris paribus) qui quantū est de se magis reddit liberū cor à sollicitudine noxia temporalium magisq; dispositum ad diuina & ad uirtutes. hoc patet ex dictis in notabilibus præcedentibus & supra in introductione quæs 2. &c. & in hoc 6. cap. q. præsenti, & infra q. 17. Sed qui est contentus cum usu paupere seu moderato sibi ad suas necessitates & exequitionem officiorum paratus penuriam pati ubialiter cōmode non possit sibi prouideri: talis usus quantum est dese, tollit sollicitudinem noxiā, occasioneſq; propinquas ad omnia prædicta, & disponit ualde ad Deū & ad uirtutes. ergo disponit & facit ad consequitionē ueræ paupertatis uerēq; perfectionis & eo magis quo magis moderatus seu pauper rationabiliter est talis usus; discursus est bonus ut patet & maior patet ex dictis cum suis limitationibus, & minor etiā patet ex dictis, quia ad usum moderatū seu paupere habendū nō requiritur sollicitudo noxia sed ratioabilis tātū, & nō habet occasiōes propinquas peccatorū sed potius tol-

lit &c. In eo præsertim qui est paratus patienter penuriā pati &c. ut patet ex dictis supra quæstione 14. &c. & infra in quæstione 17 ubi de utilitatibus paupertatis & mendicitatis nostræ agitur, ergo. Et illud quod additur, s. & eo magis quo magis moderatus. & cæt. patet ex proportione, sicut tale ad tale, ita & magis tale ad magis tale, dūmodo rationabiliter talis usus pauper habeatur. & cū prædictis expresse concordat Henricus de Ganda u 7. quoli bet. q. 29. ut habetur & resertur in tract. de necess. congr. solu. & in speculo fff. 19. dicens, quod status oīa abdicantū ut oīo abdicātū perfectissimus & in apice perfectionis nō claudicans ex parte utriusq; sollicitudinis supradictæ, s. circa possessa & circa acquirendā: oportet quod sit æqualē (quod uulgo dicitur en fil) per sectionis paupertatis, ut, s. sicut et quantum alios excedit in renunciatione paupertatis, s. in carētia primæ sollicitudinis quo ad possessa: sic etiam tantū excedat in rationabili puritate usus omniū quibus licite uti potest, hac ille. Qui licet nō nominet expresse statum nostrum fratrum min. tamen clare loquitur de nostro statu; & per prædicta uerba non intēdit dicere quod obligamur ad usus strictos & pauperiores, sed quod quo usus parciō fuerit rationabiliter eo magis est conueniens nostræ paupertati & abdicationi omnium rerū, & magis disponens ad perfectionē nostri status, quamvis non teneamur nisi ad usus moderatos ut supra q. 14. & 15. dictum est latius. Ex dictis patet quod usus immoderatus uel superfluu ualde nocet paupertati nostræ & dissonat, & impedit perfectionem, ut proxime de hoc in 3. puncto subsequenter habetur. ¶ Tertium punctum est, Vsus immoderatus aut superfluu rerum quibus alias licite poteramus uti, ualde nocet paupertati nostræ euāgelicæ & perfectioni nostri status. Ratio patet, quia est causa transgressionis uoti paupertatis & aliorum peccatorum usup. quæstione 14. in 3. puncto &c. & sup. q. 13. in 2. puncto &c. & infra quæstione 17. ubi de documentis & utilitatibus nostræ paupertatis agitur. Et insuper quod sit causa maioris sollicitudinis noxiæ ultra prædicta probatur, quia ad superflua habendum oportet sollicitari ualde discurrendo, uaganio & distrahendo se ad ea querēdū, ex quo ea nō habemus. Qui enim plura uult habere quæ nō habet, oportet querere magis sollicitate, q; se haberet ideo si nō excedimus alios i usus parcitate moderata cū uoluntate prompta.

prompta ad penuriam patiendum ubi oportet, pro conseruando spiritu ad Diuina secundum Dei legem & regulam nostram: sed si uolumus æquari aut magis abſudare q̄ alii, iam oportet nos habere maiorem sollicitudinem. Regulariter enim si nihil habentes uolunt ita uiuere, seu abundare, & ita esse certi de suo uictu & ueſtitu ordinario quòd eis non deficiat ullo modo, sicut reddituarii, nullum defectum in suo ordinario uictu, etiam moderato pati uolentes aliquando sicut habentes in communi. Iam oportet eas sollicitari magis, & nisi uelint parcus uiuere, & esse parati ad paciendum penuriam aliquando ut dictum est, oportet eos magis distrahi, uel contra aliqua præcepta regulæ uel legis Diuinæ facere, uel cogere prælatos ad sollicitandum, distrahendum uel culpabiliter faciendum. qui enim necessitatem arctissimam excedit. i. qui non contentatur cum usu moderato sibi, uel qui nō est paratus penuriam pati, ut dictum est: iam secularem curam noxiā probatur habere, ut patet in collatioibus patrum, colla. 9. ubi dicitur, quia seculares curæ etiā in nobis qui nullis actibus mundi admisceimur ea de re nonnunquam possunt, manifesta ratione probatur. Nam secundum regulam seniorum quicquid necessitatem uictus aut cultus quotidiani & ineuitabilem usum carnis excedit ad secularem diffinierunt curam & sollicitudinem pertinere, hæc ibi. Ex quo patet quòd quo quis magis uult abundare eo maiorem sollicitudinem necessario incurrit, ex quo nihil habet ut dictum est.

¶ Quartum punctum, ex dictis patet quòd aliquibus fratribus nostri ordinis qui nolunt paucis contentari, neq; esse parati penuriam pati aliquando propter obſeruantiam professionis promissæ : qui ideo nimiam & distractiūam sollicitudinem habent, melius fuisset si aliam religionem reformatā intrassent ubi communiter uiuitur habendo aliquid proprium in cōmuni cum minore distractiōne & sollicitudine. Nunc autem iam nostram regulam professi, tenentur uelle uiuere efficaciter secundum regulam promissam, uolendo paucis contentari, nec possunt retrocedere hinc ad aliam inferiorem exēdo, alias non sunt in bono statu. Primum patet, quòd s. talibus fuisset melius aliam religionem laxiorem intrasse, &c. ratio, quia licet iste noster status est de ſe perfectissimus, tamen quoad illos qui ſic ſunt indispositi nō est co-

eft conueniens ut ſup. & in introductione q. 2. q. 3. &c. & 2. cap. q. 19. &c. dictum eft. Item licet in ſe ſit perfectissimus, tamē ſi communiter haberetur nimia ſollicitudo & maxima diſtrætio inde proueniens, ita quòd iam non bene ſeruaretur, nec debite uiueretur regulariter, iam eſſet inferior aliis ordinibus bene regulatis in communi aliquid habētibus. Nam status ille eſt imperfectior, licet non ex ſe, ſaltem ex circumſtantia qui habet anexam ſollicitudinem magis diſtrætū à diuinis & maiorem quam alii status, ut patet ex dictis in 2. puncto, & ſup. in 2. cap. q. 19. Sic autem eft in nostro ordine ſi communiter ſic uiueretur uolens do uiuere cum abundantia, præſertim ſi ſuper alios status abundare uelint, ſaltem quo ad illos qui ſic uiuere uellent non parati ad aliquam penuriam patiendam, ut dictum eft. Ex quo non poſſunt id habere niſi cum maiori ſollicitudine diſtractione ac euagatione, & cum multipliſ transgressione aliorum præceptorum legis diuinæ uel regulæ ut ſup. dictum eft, ergo iſtis ſic indispoſitioſis noſtra religio, noſtraq; obligatio ad paupertatem &c. non eft uia, ſed impedimentum ad perfectionem &c. melius fuiffet illis alia uia habentium in communi cum minori ſollicitudine &c. Item idem 2. probatur quia status ille inferior aliis ſaltem respectu quo adhuc indispoſitum, in quo ſtatū uix aut tardius aliquis poſt perfectionem attingere, ſed ſic eft de nostro ſtatū respectu illorum ſic indispoſitorum cum tanta ſollicitudine & diſtractiōne, quia pro talibus ſtatus habentium in communi recollecteq; uiuentium natus eft diſponere eos ad perfectionē, quia poſſunt eſſe amplius à mundo ſemoti, & ſpiritualibus exercitiis quibus perfeccio acquiritur magis uacare. ſ. ieunio, ſilentio, orationi, cōtemplationi, ac uirtutum excommunicatio. Iſta enim ſunt instruſmenta perfectionis religionis, & ubi horum diſpositio eft, ibi & profectior modus uiuendi eft. Notum eft autem maiorem diſpositionem in aliis ordinibus bene regulatis eſſe quam in huiusmodi nostro ſpectu talium ſic indispoſitorū, aut & ſpectu omnium ſimpliciter ſi in communi uiueretur cum magna ſollicitudine &c ut dictū eft. Nam ſi de redditibus ſit in aliis religionibus aura tribus uel quatuor, non tamen omniabus aliis religiosis communiter qui quietius uiuunt, nec eft occasio transgrediendi aliqua alia obligatoria in acquirendo abundantanter. In nostro autem ſtatū ſi

coiter sic abundantem uiuere uellent, iam omnes fere oportet etiam communiter sollicitari. s. prælatos disponendo & subditos exequendo, & ab omnibus fere communiter committeretur transversio contra aliqua præcepta in sic sollicite & abundanter quam rendo ut patet ex supradictis. Sicque nulla uel parua quies spiritui remaneret in talibus saltem sic indispositis, sine qua regulariter persecutio non acquiritur secundum Gregori. Nequaquam mens ad super natollit si continue curarum tumultibus in infirmis occupatur. Itē quid prodest non habere possessiones, nec redditus & tamen quae rere triticum, uinum, arietes & prouisionem aliarum rerum in tanta abundantia, ut habentes redditus & extra uagari ad haec mendi canda? unde qui licitum modum utendi lictis uult excedere, necesse habet expensas ampliare, ac sollicitudinem acquirendi augere, & in periculum aliorum peccatorum se suosque prælatos exponere. Non enim sunt occupationes nisi occupationum precia, dicente Seneca ad Lucillum, facile est occupationes euadere si occupationum precia contempserimus. Item quid prodest propria omnino renunciare, si non tollitur, sed potius augetur amor & sollicitudo terrenorum, & in amorem & sollicitudinem uilium & infimorum uiriliter probrose insuper & culpabiliter communitatur. Ergo talibus indispositis melius est statum inferiorem assumere & obseruare, quam altiorem & ab illo cadere Gregorius in registro epist. 41. Sic est ab aliquis ad altiora promouendus ut dum ipse exterius proficit in deterius non decrescat, nendum ad altiora producitur minor ille seipso cadere compellatur. Necque qui in planis titubant in præcipito pedem ponant: ait idem Gregor. in pastorali. ergo talibus qui non sunt dispositi in uoluntate ad seruandum sui status rigorem, nec perfectionem acquirere possunt sic indispositi melius suisset inferiorem assumere quem melius obseruarent. Sed postquam iam semel talem statum professi sunt & capti illaqueatis sunt uerbis oris sui, non possunt hinc exire ad laxiorem religionem nisi ubi ignoranter profesi fuissent, aut nisi communiter ordo esset deformatus ut supra in introductione q. 3. & in 2. cap. q. 15. q. 2. & q. 16. & q. 19. Ibi omnia uideantur ut oportet. Sed tenentur tales uelle regulariter uiuere paucis contenti ut tenentur parati esse penuriam pati & tenentur deponere suam prauam seu inordinatam uoluntatem & se

& se conformare regulæ & statui nostro quem promiserunt. Alioquin semper sunt in statu damnationis dum permanent in praedicta uoluntate mortaliter culpabili, nolentes pauci debite contentari, neque esse parati ad penuriam patientem aliquando propter regulæ obseruantiam: sed potius uolunt ut non deficiat eis certus suus uictus & uestitus ordinarius aut abundans sicut si essent reddituarii quomodo docuntque res se habeant aut tempora: quod si eis non sic prouidetur, statim murmurant & conturbant domum suosque prælatos, & sunt causa transgressionis suæ & aliorum suorum prælatorum, ut sup. q. 13. &c. dictum est. & q. 14. &c. Sed & de hiis quomodo subditi sunt causa transgressionum communium & prælatorum, & quod ipsis imputantur communes abusus & transgressiones prælatorum, latius dicetur infra cap. 10: q. 7. & aliquid dictum est supra q. 15. In tertio puncto secundum sanctum Bernardinum & sanctum Bernardum in apologia epistola sua. Concordant cum prædictis tractatus Enchyridion fratum min. in quibusdam dubiis, dubio 3. & 5. & 8. & 11. & 12. &c.



V A E S T I O      X V I I .      Quæritur quæ sint utilitates, seu fructus nostræ paupertatis & mendicitatis supradictæ uolentibus eam seruare & uiuere secundum ea: & ecōtra quæ sunt nocmenta nolentibus?

Respondeo per duo puncta, quorum primum est. Sex sunt fructus uel utilitates, præcipue proueniëtes ex paupertate prædicta Euangelica & mendicitate iis qui uoluntarie uirtuoseque secundum ea uiuent. Primo, quia ualet ad expiationem culparum præteritorum & uicia superfluitatis. Est enim paupertas ea minus expurgans & eliminans & consumens sordes scoriæque uiciorum, Es. 43. Elogite in camino paupertatis. & Gregorius, Mala Lazari purgavit ignis inopiae. bona diuitis epulonis remuneravit felicitas uitæ transuentis. Illum paupertas afflixit & tergit, istum abundantia remuneravit & repulit, & infra. De pauperibus sollicite penses, quia eorum uitam uirga paupertatis excruciat quo usque ad rectitudinem perducat. & Proverb. 6. omnem substantiam domus suæ, &c.

Secundo peccatorum radices occasionesque extirpat. per eam enim absconditur prima radix uiciorum, s. cupiditas seu amor ter-

renorum, ex quo paucis contenta nil amplius querit in terris. Item tunc or male humilians, quia nihil habet neque uult habere in mundo, nil timet quod possit amittere, iuxta illud Satyricum: **Cantabit uacuus coram latrone uiator.** Chrysostomus, haec est paupertas, diues pauper obnoxius existens damnis & se tribuens omni nolenti ei nocere. Non enim timet proscriptionem exilii, nec condemnationem. Valde enim fortis est pauper, cum non habeat unde iniuriam patiatur in rebus quas non habet, praeferim si habeat humilitatem annexam, sicut & debet habere, ut proxime dicetur, omnino liber est pauper uerus ab omni timore omnium: quia dum non ambit maior fieri inter homines ab hominibus querens in nuptiis ecclesiae nouissimum locum, nolens in coenis primos recubitus, nec salutationes in foro, nec ab hominibus uocari rabbi, neque primas cathedras in synagogis, quae omnia annexa sunt nostrae professioni, paupertatis nostre fratum minime regula: iam certe nihil est quod frater minor uerus huiusmodi paupertine eat in mundo. Nam si se uiat totus undique mucus aduersus talem pauperem ad quam sortem uiliorem poterit eum deuicere, quod mendicus humiliiter panem querat, id plane quod ipse elegit sponte. Sicque amputat omnia seruicia eorumque radices & occasionses Chrysost. super epist. ad Hebr. dicit. **C**hristianus in paupertate constitutus, qui tamen divitiis ueris magis irradiat, excludit a se superbiae typum, non erit arrogans, sed patiens obtemperans, pudicus & mitis: non adulator, ex quo non querit fauorem diuitum, aut lucrum temporale, non applausum populi, cui nihil est super terram. Amputat sollicitudinem temporalium omnium: quia qui contentus est paucis ad uictum quotidianum, uilibusque contegi contemnatur de Dei prouisione praecipue pendens, sicut aues celi, non congregans in futurum, certe non est unde sollicitetur in crastinum. Amputat etiam discordiae causas & litii: quia qui non habet aliquid, nec meum, nec tuum, unde omnis causa litis oritur, iam non habet unde contendat, neque unde in auaritiam aut in iniustitiam cadat. Similiter & scandala proximorum amputat: nam eo magis scandalam cauent tales pauperes mendici, quanto amplius eleemosynis hominum indigent. Item amputat occassiones luxuria, quia tales pauperes penuria castigantur in carne, arctius de eleemosynis uiuendo (ut tenetur) per quod raro (qua de se

de se est ut sera sylvestris) domesticatur sub iugo rationis & spiritus, &c.

Tertio disponit ad uirtutes acquirendas, conseruandas & ad perfectionem. ex paupertate enim perfecta cum mendicitate bene regulata oriuntur plurimae uirtutes. ideo enim paupertas uocatur mater religionis a Guliel. Parisiens. quia sicut mater generat & nutrit filiam: sic paupertas generat & nutrit & custodit humilitatem: quia pauperes predicit tanto esse omnibus humilioris, quanto magis aliorum subsidio egent, & quominus habeant unde superbiant, omnibusque se inferiores constituant ex quo ab omnibus subsidium accipiunt. Necesse est enim ut qui de alieno uiuunt mendicus & pauper, quod omnibus se subiiciat & humiliet debite & rationabiliter propter Deum: & ideo bea pater noster Franciscus aperte suos fratres uocauit fratres minores, quia minores omnibus hominibus nos facimus ab eis mendicando ea quibus uiuamus, minor enim recipit a maiori. Nunc autem pauper superbus abusio mundi. Paupertas etiam praedicta nutrit obedientiam: quia ubi non est interesse facilius obediatur. Similiter patitur & nutrit castitatem, per temperantiam seu penuriam, quia sine Cerere & Baccho friget Venus, caroque domesticatur & castificatur inde unde castigatur corpus. Similiter & moderantiam qualis pauper cum paucis contentatur: necesse est enim ut qui de alieno uiuunt & pauper mendicus, quod paucis contentetur cum usu moderato, & in austerritate uiuat. Similiter & pacem cum hominibus & charitatem. Cum enim paupertas praedicta tollat haec duos. meum & tuum, unde lites proueniunt inter homines, & cupiditatem quae est uenenum charitatis, radixque omnium malorum. iam ergo per consequens habet pacem cum omnibus hominibus non potens litigare iudicialiter super aliquo, sed potius per charitatem patet ad omnes, nihil mundanum concupiscentis, non sordidatur talis pauper secibus mundi, similiter & confidentiam in Deo. Nam necesse est quod ex quo quis renunciauit omnibus temporalibus omnino sine prouisiōibus in futurum quod speret in Deo & iactet oculos in eum qui nutriet ipsum, ex quo pascit uolatilia celi, Math. 6: & 14. & qui dat escam puluis coruorum inuocantis bus eum, Ps. 146. iuxta illud Ps. 54. laeta curam uel cogitatum tuum in Domino, &c. unde legitur in uitis patrum, quod quidam obtulit.

gulit cuidam patri seni pecuniam, dicens, habe pecuniam pro remedio necessitatum ex quo iam senuisti, & non potest acquirere necessaria. Cui senex, Post septuaginta annos auferre mihi meū nutritorem nunc uenis; ecce multo tempore iuſfirmus nihil indigui, Deo nihil tribuente & ne paſcente, &c. & ex hac confidentia quam generat & nutrit paupertas prædicta consequenter oriuntur & conseruantur aliae uirtutes qui enim recognoscit ſe præ omnibus aliis Dei adiutorio egere in ipſo confidens, certe iam caueret tenetur ab omni offensa per quæ indignus reddatur eius beneficio, & contra ſollicitus tenetur eſſe ad omne eius obsequium atq; uirtutem per quam dignificetur ad eius beneficia quotidiana recipienda, ne ex culpa ſua iuste ſpe ſua fraudetur: & inde ad promerendum & petendum per orationem quotidianam panem ſuum quotidianum à Deo patre ſuo, de cuius pendet prouifione magis allicitur & diſponitur per paupertatem. Similiter & prædictæ omnesq; aliae uirtutes per paupertatem prædictam custodiuntur & perficiuntur & probantur. Custodiuntur quidem ſecundum Hieronymum ad Paulinam dicentem: Socrates magnū aurum pondus à ſe abdicauit, nec putauit ſe uirtutes poſſe ſimul & diuitias poſſidere. Item Gregorius in Omelia, Quid enim ſunt terrena omnia niſi quædam corporis indumenta &c. ſequitur. Nudi ergo cum nudo luſtari debemus. Qui enim ad certamen cum dialolo properat, uestimenta abiiciat ne ſuccumbat, ne unde ad uolum tegitur ad casum inde teneatur, hæc ille. perficiuntur autem ſecundum Chrysost. ſuper epift. ad Heb, Non habentes diuitias non propterea doleamus, ſed magis gratias uniuersorum domino Deo agamus, quia nos paruo labore eandem mercedem poterimus quam diuites promereri, & adhuc (ſiuoluerimus) ampliorē, ex paruis enim & in paruis magna lucramur, & id honorificentius: Nam Euangelici pauperes per mundū diſcurrentes quotidianū necessitates in Christi fidelibus, tot habent cordium crucis & dolores in uiferibus ſuę pietatis. unde & tales ſunt maiiores cleemosynarii, in affectu uero ubi eſt ſedes misericordia corā Deo, & ab omni ſeculi auaricia alieni, nulli rei intrinſicæ parcūt, quin liberaliter eam tribuant pro Christi pauperum ſubleuando defectu, & ſi non tribuant uammos, conſeruit tamen affectū uerum pariter & orationes. Probantur uero ſecundum Ambroſiū in

in 2. lib. de offic. dicentem, Non potest quisquam præmium accipere, niſi qui legitime certauerit: nec glorioſa uictoria, ubi nō ſuerrint uictorioſa certamina. Omnes enim pugnant contra pauperes ſive rationalia ſive irrationalia, & adhuc inanimata. Sed de his omnibus uera paupertas trium hum reportat, ut liquido apparet in ſancto Job, cū ad extremani deuenit in opiam. Similiter prædicta paupertas ualeat ad orationem & contemplationem habendam & conſeruandam. Nam ex quo talis paupertas excludit omnem ſollicitudinem noxiā: atq; timorem, curam, amoremq; temporalium, ceteraq; uicia depurans animum ab eis, eleuans ad Deum patrem per confidentiam ceterasq; uirtutes, aptum ad Diuinam facient hominem. Iam certe talis pauper ſic aptus & idoneus ad Diuinā factus paucis contentus ſolum Deum querit atq; cœleſtia, & inde clauſo oſtio animæ ad omnia humana & temporalia orat in abſcondito ſuī ſpiritus patrem cœleſtē, ad cœleſtia per contemplationis alas, orationisq; ſine ullo uisco terreno ſublimiter eleuatus, ita ut licet maneat per neceſſitate in corporis ſuper terram: habet tamen iam conuerſationem in cœlis. & hic eſt finis paupertatis noſtræ. Cū enim paupertas ſit uirtus moralis & heroicæ, oportet habeat circumſtantias bonificantes, præcipue circumſtantiam finis qui eſt, ut uouens paupertatem eam uoueat, ut Deo liberius uacer, ſeruiatq; quietius ac melius. Vnde Chrysost. Omili ultima ſuper Math. dicit, Paupertas regina eſt pluribus nō ſubiecta ſed inuicta: Portus tranquillus, palæſtra & gymnaſium philosophiæ. Nec ſolū ſecura eſt in hoc ſeculo, uerum etiam in futuro, dicente Bernardo, ſuper Psal. Qui habitat ſcelix paupertas uoluntaria omnia relinquuntium & ſequentium te domine leſu, ſcelix plane quæ tam ſecuros & tam religiosos faciet in illo singulari fulgore elementorum, in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto diſcrimine iudiciorum. & Chrysost. ſuper epift. ad Heb. Se etemur paupertatem maximum, quippe bonum eſt. Nihil enim eſt opulentius eo qui paupertatem ſponte diligit. Ideo 2. Corinth. 6. Nihil habentes, & omnia poſſidentes, ſi iure charitatis paupertas namq; euangelica ſi ſit primum querē regnum Dei & iuſtitiam eius, omnia à patre cœleſti apponuntur ei ad debitam uiftationem, & cum iſpis paucis contenta ſolo Deo diues & opulenta, nihil iam amplius querit ſuper terram. Diues

Diues enim est cui nihil deest ad uotū : hujusmodi autem est prædicta paupertas soli Deo intendens à mundo penitus ut est possibile abstracta conuersationem suam habens in cœlis.

Quarto, prædicta paupertas disponit ad aliorum hominū ædificationem, quia per eam nos fratres min. habemus occasionem exequiā ad aliorum ædificationem, & ut sic per nostrum exemplū alii inducantur ad mundanorum contemptum, ad confidentiam Dei & spem in Deo reponendam. & ex consequenti ad spirituua magis erigantur: & ut sic uiuentes ex eleemosynis ad maiorem sanctitatem uitæ nos accensi meritis orationibus uerbo & exemplo debitū gratitudinis persoluamus nostris benefactoribus qui tali spe nobis sua temporalia dederunt, ut pro eis intercederemus Deus etiam ideo dedit nobis labores gentium ut custodiamus iustificationes eius, ut proper nos misereatur mundo & hominibus, de quorum substantia uiuimus ad honorem Dei, ut de hiis supra q. 13. & supra in introductione.

Quinto, prædicta paupertas disponit ad debitam prædicacionem Euangelicam expeditius, liberius, constantius & minus temere exercendam, ut patet ex dictis supra. qui enim nihil habet nihil timet amittere, & ut sic prædicatio esset magis ædificatoria & fructuosa, cùm nos non solum non faceremus eam uenalem pro temporalibus quæ uolumus habere paucis contenti, sed & sic hominibus appareret gratis ex charitate facta oratio, quod non sua sed ipsos animasq; eorum querimus ad salutem. Ideo enim Christus quando misit discipulos ad prædicandum, prohibuit ne deferrent uel acciperent aurum uel argentum, Math. 10. ne f. ipsarū prædicatio uenalis uideretur. Vnde Christus super illud, Vos estis lux mundi, Talis est luminis uirtus, ut non solum luceat, sed & illuc ducat illos qui eam sequuntur. Cùm enim homines seculi uident Apostolicos uiros omnia præsentia contemnentes, & ad futura præparatos ante omnem sermonem operibus suis credent Et Damascenus in 3. lib. ait euangeliū Diuinæ cognitionis prædicatio non in bellis & in carnis exercitibus aduersarios deuincens: sed pauci mundi pauperes & illiterati, uerberati & mortificati Crucifixum carne mortuum prædicantes, sapientibus & intelligentibus prævaluerunt, & Chrysost. super illud Math. Dignus est operarius mercede tua: quis enim operarius iste manifestum est quo

est, quoniam Apostoli, eos enim oportebat, ut nec magna saperet aduersus eos qui docebantur ab eis omnia præbentes, & nihil ac cipientes ab ipsis, ne ipsi rursus absconderentur tanquam despecti ab eis. & idem Chrysost. Homil. 16. 46. super Math. ait, Si autem duodecim homines pauperculi orbem terrarum conuerterent, ex cogita quanta sit nostra malicia, cùm tanti existentes eos qui errant corrigere non possumus quos decem millibus mundis sufficiere oportebat & esse fermentum. Sed dices, signa habebant illi, sed certe non signa eos mirabiles fecerunt, multi enim etiam dæmones proiicientes, quia iniquitates operati sunt non facti mirabiles, sed puniti fuerunt: Sed quid inquam est quod eos ostendit: pecuniarum utiq; contemptus, gloriæ mundanæ despectus, & ab omnibus uitæ huius negotiis erepto: quia si hæc non habuissent etiam si decem mille mortuos suscitassent non solum nulli proficerent, sed & seductores fuissent astimati, hæc ille, qui ibi & Matthei 10. & alibi de laudibus Pauli multa de hoc dicit ad rē, ut Bonauent. in sua apologia etiam refert plura ex hiis ex Hieron. Ambrosio &c. doctoribus, quod s. paupertas ualde profuit Apostolis ad prædicationem euangelii, libere & frumentose faciendam. Per hæc autem non est dicendum sicut & aliqui quondam erronee dixerunt quod mendicitas est unicum uel præcipuum medium prædicationis Euangelii seu uerbi Dei, ex eo quod spinæ diuinarum suffocant semen uerbi Dei, Luc. 8. quodq; soli mendicantes prædicant euangelium, eo quod pauperes euangelizantur. hoc inquam dicere est error, ut ait Gersoni. parte Sum. alphab. 10. lите 9. & alphab. 11. p. Similiter error damnatus per Ioānem 22. in extenuanti quorundam exigit, ut etiam refert Flor. 4. part. Sum. tit. 11. cap. 7. 6. 5. est dicere sicut & dixerunt quidā de paupere uita, seu pauperes de Lugduno, quod nullus conseruauit Euangelium post Christū & matrem eius & Apostolos, nisi beatus Franciscus, & qui secundum eius regulam uiuit, error est: quamuis sit uerum quod paupertatem Euagelicam in suo excellenti statu seu gradu nullus solemniter professus est post Christum & matrem eius & Apostolos, nisi b. pater noster Franciscus & professores regulæ eiusdem, quia in ecclesia Dei constat quod usq; ad tempora beati Francisci non fuit professio solemnis de tali paupertate, quamuis alii eam seruauerunt sicut & perfectionem euangelicā,

defacto etiam ex uoto, non facta tamen professione solemini, & communi statu religionis pro tali perfectione paupertatis obseruanda. ¶ Sexto, ualeat praedicta paupertas ad minus meritum & premium speciale. Nam maius meritum est cæteris paribus, ubi maior paupertatis uirtus propter Deum effulget, & specialis meriti prærogatiua est in hac paupertate uestigia Christi præ ceteris perfectius imitari & ei configurari, secundum illud Math. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & sequere me & illud Math. 8. Vulpes foueas habent, filius autem hominis nō habet ubi reclinet caput: & alibi, ut ex supradictis patet. Et quod ex hoc sit maius premium specialisq; prærogatiua, patet secundū Chrysost. super illud Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsi, est reg. ccel. & super illud Math. 19. Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis, & sedebitis super sedes duo decim iudicantes, &c. ait Chrysost. ut ergo dignus ccelo efficacis, deride præsentia, ita enim eris & hic clarior & futuris amplius potieris bonis. & Bernard. super eodem dicit, ut pro pudore paupertatis sit honor iudiciariæ potestatis, pro labore refrigeriū placidissimæ sessionis, hæc Bernard. serm. 51. & patet quod loquitur de paupertate potissimum quæ habet exteriorum penuriam, & vilificationem quæ est paupertas euangelica cum mendicitate & inde subsequentibus, ut dictum est: ut latius Bonauen. in 9. ca. suæ apologiæ tractat prædictam auctoritatem Bernardi, & Mat. 19. & utrefert Flor. 4. part. sum. tit. 14. cap. II. §. 6. secundum ali quo doct. tria requiruntur ut pauperes spiritu, s. uoluntarii & euangelici simul & Christum sequentes secundum perfectionem uitæ promissa, habeat potestatem prædictam iudiciariam à Christo promissam ipsis simul cum Apostolis. Quorum primum est, Abdicatio curarum temporalium, ne s. impediatur animus à perceptione sapientiæ & contemplationis. Secundum habitus circa Diuinam iustitiam seu legem scitam & obseruatam. Tertio quod illam iustitiam uel legem alios docuerit, s. uerbo uel ex ep̄lo, sicq; talis doctrina erit complens. perfectio meritum iudiciariæ potestatis debitæ conuenientem tali euangelicæ paupertati, ut etiā de hoc reddit causam ibidem Flor. secundum Thom. in 4. dist. 47. art. 2. q. 1. & 2. Et ad 6. supradictos fructus reducuntur omnes alii qui particulatum ponuntur à doct. communiter, ut est uidere in

q. 4. Bonauent. super regulam. & in xi. cap. suæ apologiæ: & in Spec. fff. 25. & in tract. x. plag. plag. s. & alibi.

Secundum pūctum principale huius quæstionis est, quod op̄posito modo paupertas & mendicitas non uoluntarie assumpta, seu non uoluntarie & prompte & debite obseruata, cum animo parato ad penuriam patientem contentando se cum paucis ad usum moderatum, ut sup. q. 14. dictū est. potius est occasio perditionis finalis & multiplicium uiciorum oppositorum ad prædictos fructus, radixq; malorum quam instrumentum uirtutis aut salutis: sed id omne non ex se, sed ex culpa ipsorum fratrum nolentium uiuere secundum quod promiserunt: patet, quia est causa impatientiæ, murmurationis, auaricie, sollicitudinis noxiæ, distractiōnis uagationis, tedii ad spiritualia, cœcitatris animæ & conscientiæ, obstinationis duricie cordis, mendacii, hipocrisis, adulatioñis, symoniæ, turpilucri, rapinæ, pusillaminitatis scandali, infidelitatis &c. eiusmodi ut sup. q. 13. &c. & q. 16. &c. & per consequens est destructio totius religionis & uirtutis. Imo & totius uirtutis moralis & humanae curialitatis. Nam ad uilia querenda tales ex cupiditate ad ollas Egypti anhelantes fastidientes manna cœlesti, uiriliter & cum animæ periculo querunt ægyptiis carnes, seu mundana hæc quæ per uotum professionemq; euomuerant, resumunt ut canes uilificati & ex os inter homines, & iusto dei iudicio per quæ peccant per eadem puniuntur: quia etiam inter homines ab hominibus contemnuntur qui humana contempserant, quia & à prima sua uocatione & uoluntate retrocedentes & uoti pœnitentes mundana anxie & superflue requirunt. Inde conuertit quoq; Deus cor hominū mundi, ut iuste odirent populum suum, Psal. 104. & quia sc̄tēre nos fecimus religionem paupertatemq; euangelicam coram Pharaone ipsam uilificantes: inde nos etiam Deus abominabiles dabit in tota Aegypto, s. in mundo coram hominibus Exod. 5. & cauendum insuper est, ne tales tanquam ingratos Deus ex cœcari, obstinatosq; tandem in suo peccato mori permittat, qui panem angelorum cœlitus Dei amore collatum manducantes, de mensa Domini, de laboribus populi rum, de sudoribus pauperum, ipsis in ocio atq; quiete uelint abundare, & tanquam super cibo leuisimo eorum anima uelit naufrage.

De quo Ps. 68. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retribu. & in scandalum, &c. de hiis omnibus pulchre Bonauent. in suis epist. & Hug. 6. cap. & Gerson in 1. parte Summae, alphab. 4. litera z & 9. & alphab. 5. 6. litera n. tertia parte summæ, & 2. parte sum. in sermone de vita & honestate clericorum & alibi. Tadē ad prædicta omnia notandum quod aliqui renunciant mundo, ut uere pauperes & Apostoli propter Deum cum parata uolunta te ad penuriam paupertatis, & isti præmiabuntur cum Apostolis ut sup. de quibus Pl. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo meo spem meam. & Ps. 54. lacta cogitatum tu um in Domino, &c. Alii renunciant ut Iudas, quis de rebus religionis defraudent uel abutuntur, & isti cum luda male pereuntes punientur, de quibus Ps. 106. Ascendunt usq; ad cœlos, i.e. in ingressu religionis, & descendunt usq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescet, s. male uiuendo inter sanctos. Alii renunciant, ut Ananias & Saphyra, qui s. de bono mundi non omnino corde & opere se exuerunt, non sunt pauperes uoluntarii, nō parati ad penuriam paupertatis oportune propter Deum patiēdum, & isti uix euadent ultimam maledictionem, quia uix uere conuertuntur ad cor ex sua prava affectione excœcati, de quibus dicitur Ps. 48. qui in multitudine diui. & in uirtute sua gloriantur, &c. Alii renunciant ut Giezi, qui s. in statu religionis abundantius sine ullo defectu, quam in seculo uiuere uolunt, & huius lepra multiplicium peccatorum resparguntur, & uiles abominabilesq; ut leprosi reduntur Deo, angelis & hominibus, tandem extra castra gloriae separandi, de quibus Ps. 51. Ecce homo qui non posuit Deum ad iutorem suum, &c. Qui quidem secundum Bonauent. 4. cap. super regulam in fine, signantur per Antiochum radicem iniquitatis, qui i. Machabeorum i. legitur templum prophanasse: quia si tales per odium paupertatis affectionemq; abundantiae radicem destructionis totius religionis habent, omniaq; sancta religionis prophanan. Antiochus enim interpretatur silentium paupertatis, & dicitur etiam radix iniquitatis, quia radix malorum cupiditas odiiq; paupertatis templum Dei, omnemq; uirtutem religionis prophanan, & contenebrescente studio sapientiae quasi tolle: iam luna studii scientiae atq; rationis in sanguinem commutata per affectionem ad carnalem mundanamq; abundantiam ob scuratur.

scuratur & excœcatur.

 Q V A E S T I O X V I I I . Quæritur an licet nobis assistere curiis aut litigiis & iudiciis, & esse exequutores testamentorum uel dispositores seu consultores eorū, & restituēdorum, & esse iudices arbitros, aut aliorum negotiorum gestores aut tractatores seu interuentores in nuptiis, sponsalibus & aliis huiusmodi negotiis & officiis?

¶ Respondeo per tria puncta, Quorum primum est, quoad assistendum curiis aut iudiciis, dico quod nos fratres min. nullo modo possumus assistere curiis, aut auctibus litigiosis pro rebus temporalibus, pro funeralibus &c. huiusmodi nos immiscere: neque ad id nos personaliter præsentare ad agendum, seu ad assistendum seu instigandum aduocatos, syndicos seu procuratores nostros cùm nostra negotia pro rebus temporalibus ibidem agitantur, & sic decreuit Clem. 5. art. 7. 6. amplius. ratio huius est, quia si uere ipsi fratres agunt seu prosequuntur ius suum iudicialiter, iam expresse faciunt contra uotum paupertatis, ut sup. q. 1. modo id prosequantur per se, modo per alium nomine ipsorum seu ius ipsorum fratrum allegantem. Si autem non uere assistunt, tanquam ius suum prosequentes seu allegantes, sed tanq; informantes seu instigantes iudices aduocatos, seu syndicos & procuratores ibi in iudicio, jam licet non faciant contra uotum paupertatis directe, saltem tali actu exteriori, tamen adhuc est illicitum ratione scandali: quia si uerisimiliter appetat hominibus ex talibus instigatio nibus, pro iure suo seu pro suis rebus temporalibus sic assistant in iudicio: ideo contra ius naturale uel diuinum de uitando scandalo proximorum peccat tales fratres: & has duas rationes modo supradicto intellectas, aperte ponit dominus Clem. 5. ubi supra dicens sic. Amplius cùm non solùm quod malum esse dignoscitur, seu & omne quod speciem habet mali sit à uiris perfectis specialiter euitandum. Ex talibus autem assistentiis in curiis & instigationibus, cùm de rebus agitur in ipsorum commoda conuentis creduntur uerisimiliter ex hiis quæ foris patent, de quibus habent homines iudicare in ipsis rebus fratres assistentes aliquid querere tanquam suum. Nullo modo debent huiusmodi uoti & regulæ professores se talibus curiis & litigiosis auctibus immiscere ut & testimonium habeant ab hiis quæ foris sunt, & puritati satis faciant.

faciat uoti sui, ac euitetur per hoc scandalum proximorum , hæc ibi. Ex quibus patet quòd ex ui uoti nostræ paupertatis & ex iure Diuino, supposito tali uoto tenemur cauere tales assistentias in iudicio & instigationes ut dictum est, & non ex solo præcepto Domini Clem. s. ut aliqui & male dicere uoluerunt. & ad prædicta faciendum, non possumus habere priuilegium aliquod , nisi esset causa sufficiens ad habendum talem dispensationem, ut latius dictum est sup. q. 8. Igitur quando syndicus iudicialiter agit pro rebus temporalibus, tunc non nomine fratrum , nec allegando ius fratrū, sed Papæ uel ecclesie Romanae debet agere, & fratres non possunt comparere iudicaliter agendo, instigando, informando uel alias quomodo libet ad id iuuando , ut dictum est : sed solùm possunt extra iudicium informare iudices , syndicos & procuratores seu aduocatos de ueritate rei seu facti, & ostendere priuilegia quæ super tali negocio habentur concessa , sicut super negocio alieno facere possent, ut constet de ueritate & iustitia pro eccllesia Roma. quāmuis ad utilitatem fratrū. Similiter possunt hæc facere, in iudicio, tanquam testes aut alias modo prædicto, sicut super negocio alieno possent facere , dummodo constet quòd non faciunt id tanquam suum ius allegantes, & dummodo caueatur alias scandalum omne probabiliter inde emergens, ut dictum est, uideatur sup. 4. cap. q. 16. &c. quomodo ad quæ & quibus liceat uti syndico quoad lites iudiciales. Ex dictis etiam patet quòd moltominus sub prætextu charitatis possumus iudicaliter agere uel assistere iudicio pro temporalibus aliorum pauperum, ut negociorum gestores ipsorum uel parētū uel amicorum, nisi ut dictum est , informando de ueritate rei extra uel in iudicio, & ubi omnis species mali & scandalum omne abesset, quia charitas debet esse ordinata & discreta , alias non uera, sed fista charitas est. Cum prædictis concordat Spec. fff. 7. & 8. tract. 10. plag. 7. & communiter doct. Pro aliis autem negociis non temporalibus, utpote pro prædicationibus, confessionibus, &c. huiusmodi, aut pro iniuriis illatis agere in iudicio, non est contra uotum paupertatis, potest tamen esse contra aliud ius Diuinum uel humanum: utpote si cum scando aut per modos indebitos, aut alias illicite contra aliquod ius seu malo fine, siue odio, aut liuore vindictæ fiat.

¶ Secundum punctum, quo ad exequutiones & dispositiones testamentorum, dico secundum Clem. s. art. 7. s. uerum etiam . uerum etiam cùm dicti ordinis fratres non solùm à receptione, proprietate, dominio, siue usu ipsius pecunia, uerum etiam à contrectatione qualibet ipsius, & ab eo sint penitus alieni, quemadmodum sàpè dictus prædecessor noster (s. Nic. 3.) in declaratione huius regulæ plane dixit. Cumq; dicti ordinis professores pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, prædictis fratribus nō licet, nec competit: quin potius considerata puritate sui status, debent sibi scire interdictum quòd huiusmodi executionibus & dispositionibus se exponant, cùm hæc ut sàpius absq; litigio & contrectatione uel administratione pecunia nequeant expediti. Verum tamen in hiis exequëdis dare consiliū ipsorum statu non obstat, cùm ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio, actio in iudicio siue dispensatio tribuatur, hæc ibi. Ex quibus patet 10. (ut habetur in speculo fff. 9. quod non possumus esse exequutores testamentorum , necq; intromittere necq; indispositionibus eorum, aut restitutionibus usurarū & male ablatorum faciendis, quādo ex hiis prouenirēt fratribus ipsis actio seu ius aliquod, aut quādo ex hiis deberēt se intromittere litigiis seu actibus iudicalibus seu in contrectatione, dispensatione, seu administratione pecunia, Neq; possumus esse exequutores ultimarū uoluntatū quādo sustinere deberemus uicem hæredū, utpote quia nos deberemus per nos uel per alios actionem mouere & in iudicio respondere: uel quādo aliquod litigium iudiciale inde nobis speratur, uel quādo aliqua res uenit uendenda uel distrahenda uel in pecunia distribuenda (ut habetur in sere. conscientia. q. ea, secundum petrum Ancharra. & Bartho ) consiliatores autem puri bene possumus esse ad prædicta, ut dictum est, dummodo ille cui consilium est dandum ad disponendum de bonis suis uel aliorum sibi commissorum non sit statim intraturus nostrum religionem: quia hoc est nobis spiritualiter ex regula prohibitum. supra 2. cap. q. 9. & eadem est ratio rei alterius & siue per ipsum disponenda, & dummodo nō speretur nobis lis uel actio prouentura, seu alias scandala, seu sinistra suspicio de tali consilio etiam nudo à nobis dando, ut aiunt hæc omnia Zabarell. & Petrus Ancharr, supra Clementinam exiui, supradicta.

Secundo patet, quod non solo praecepto domini Clem. 5. est nobis prohibitum & illicitum esse exequutores &c. modo supra dicto, sed & ex iure regulæ directe seu indirecte, quia s. ex tali exequitione seu dispositione sequitur actio ius uel litigatio, seu pecunia & administratio, uel contrectatio: quæ omnia uel ex iure pauperatis nostræ, & ex iure prohibitionis pecuniae sup. 4. cap. prohibita sunt nobis per regulam. & in hoc se fundavit dominus Clem. 5. ubi sup. & communiter doct. prædicti ad dicendum quod prædicta nobis prohibita sunt, ut dictum est: & sic dicit Spec. ubi sup. quæ uis ibidem etiam dixerunt quod dominus Clem. 5. prohibuit nobis prædicta, quod est intelligendum sic, s. quod dominus Clem. 5. tanquam alias ex regula prohibita declarando seu decernendo interdixit, seu potius interdicta esse decreuit, ut patet ex suis uerbis ubi supra.

Tertio patet, (ut habetur in Seren. conscient. q. e.) secundum Barth. & concordat Sum. Ang. tit. exequitor. §. 26. quod nos bene possumus esse electores aliquarum personarum, ubi tamen nulla pecuniae distributio aut administratio seu contrectatio nobis acquiritur: nec actio ulla aut litigium in iudicio, aut ius aliquod nobis prouenit aliquo modo: utpote si decem floreni relinquuntur in testamento ut expendantur per aliquem in decem pauperes eligendos seu nominandos per talem fratrem min. aut de consilio eius, tunc talis frater potest eos eligere seu nominare, quia hic sola electio sine distributione quæ iam à testatore facta est, sit per prædictum fratrem min. neq; ullum ex hoc litigium aut ius aut administratio super talibus florenis imminet aut acquiritur ipsi fratri minori, ergo: Sed Zabarell. super Clē. exiui. & Petrus Ancharr. ibidem secundum Baldum, ut etiam habetur in serena conscient. ubi sup. dicunt oppositum, quod s. talis frater non potest esse elector ut dictum est. Ratio, quia electio prædicta est pars exequitionis cuius sumus nos incapaces, ut supradictum est. Item quia in tali electio acquiritur aliquod ius seu administratio seu auctoritas aliqua saltim ministerialis in eligendo personam, seu dispensando pecuniam ipsi fratri min. super talibus bonis dispensandis huic uel illi, quia alii non possunt dispensare nisi cui ipse dixerit uel nominauerit, uel saltem ex tali electio & nominatione oriatur actio in iudicio: si non fratribus, saltem ipsis pauperibus sic per

sic per fratres electis, qui inde uidentur electi ab ipso testatore, saltem mediate. l. uotum, in principio, ff. de legatis 2. Per medium ergo non uidetur electio fieri nosse. ar. cle. religiosus de procura Est etiam alia ratio, quia de facili officiū talis electoris posset trahi ad quæstum pecuniarum prohibitum per Clem. 5. Propter has rationes ergo tenent isti doct. contra Barth. & contra summam Angel. quod nos non possumus esse electores, ut dictum est: sicut nec possumus esse exequutores. Sed saluo semper meliori iudicio, uidetur quod solùm nobis est prohibitum & illicitum esse electores sicut & exequutores, quando s. ex tali electione uel exequitione nobis proueniret seu acquireretur actio uel ius aliquod, uel administratio, seu contrectatio pecuniaria, uel quando oporteret nos iudicialiter litigare ut dictum est: quia in tantum prædicta exequutio seu electio modo sit pars exequitionis, modo non, nobis prohibita est, in quantum est cōtra nostrum statum aut contra regulā uergit directe uel indirecte ut dictum est. quando ergo nihil prædictorum nobis acquiritur seu prouenit contra regulam nostram, ergo non prohibetur nobis nudum consilium uel electio seu exequutio nuda, quamvis pauperi electio per nos seu aliis quibuscumq; oriatur ius seu actio in iudicio ex nostra electione seu consilio, & quamvis alii possint uel non possint disponere seu distribuere aliis seu aliter, quam iis quibus nos consulimus aut quos elegimus ut eis distribueretur. Id enim ex cōditione seu dispositione testatoris prouenit, sufficit nobis quod nos non prætēdamus ex tali electione aliquod ius, aut actionem aut administrationem habeamus in rebus pecuniariis distribuendis, sed solūm nudum consilium nudamq; electionem facientes à reliquis abstineamus, nullum ius allegantes pro nobis, neq; ex hoc litigantes ut dictum est. Sicut enim in casu quo quis in suo testamento disponeret decem florenos dandos decem aut duobus hominibus quos nos fratres min. eligeremus seu nominaremus in syndicos aut in confratres nostros possemus licite eligere quos uellemus, dummodo ius aliud circa illos florenos & administrationem seu actionem caueremus: quamvis ex tali nostra electione oriatur actio illius sic à nobis electis, & quamvis exequutores non possint aliis dare. Ita in proposito dicendum censeo conformiter ad Barth. & sum. Ang. si sic intelligatur ut dictum est. Neq;

ex hoc est occasio propinqua, quis sit remota ad quæstum pecuniarium, si fiat ut dictum est. Si autem fratres plusquam dictum est uelint se intromittere iam illis esset illicitum, ut aiunt Zabarella, Anchā. Baldus &c. & forte secundum prædicta possunt prædicti doctores concordari. Quarto patet, quod hoc modo superdicto sicut possunt esse nudi consultores & electores, ita fratres min. possunt esse exequutores nudi qui impropriæ dicuntur exequutores. i. coadiutores aliorum virorum & principaliū exequitorum ad dandum eis consilium, & ut fideliter illi exequantur officium exequutionis, dummodo ut dictum est, non prætendant ex hoc ullum ius uel auctoritatem seu actionem seu administrationē pecuniae. Neq; litigiosis actibus judicialibus oporteat se immiscere, aut se immisceant. Modo ex hoc oriatur actio iudicialis aliis, modo non, & modo aliis exequutores possint sine talibus fratribus min. in adiutorium datis exequi suum officium, modo non, patet ex dictis ex eadem ratione: & sic credo quod cōmuniter est in prædicta facere exequutores testamentorum fratres min. i. socios uel coadiutores ut fidelius & melius fiat exequatio secundum testatoris uoluntatem: quantum ipsi fratres sunt capaces & possunt: salua suæ regulæ & status puritate, ut dictum est, quāmuis hoc non explicetur in testamento, quia de jure intelligitur talis modus talisq; conditio necessaria. Ex dictis omnibus infert Petrus Ancharr. ubi sup. quod frater min. post professionem non potest diuidere bona inter filios sic, nec inter alios posset, nisi solum consulendo &c. huiusmodi, & de hoc su. q. 9. ca. 2. habetur. Quinto patet (ut habetur in sere. conscientia q. 2. quod nos bene possumus esse consultores & electores seu nominatores aliquarum personarum quæ recipiant & dispensent aliqua legata nobis aut subditis nostris, aut etiam monialibus nobis subiectis pro nostris aut eorum seu earum necessitatibus secundum quod nobis uisum fuerit dispensanda seu distribuenda in necessitates prædictorum fratum seu monialium subiectarum. Ratio, quia dispositio rerum aut eleemosinarum pro nostris & nobis subiectoq; relinquitur & pertinet ad prælatos, habentes curam prouidendi subditis. ut sup. 4. cap. q. 6. & q. 7. conditiō 5. Neq; in hoc est aliquod ius ciuile aut administratio seculi tigatio prohibita, ut patet. Si seruentur modificationis contentæ sup. 4. cap. q. 8. & q. 9. ibi uideatur, & alibi secundū subiectam

materiam habetur. ¶ Tertium punctum quoad officia, aut & negotia quæ possunt uel non possunt fratres min. habere seu exercere dico, secundum Petrū de Anchā. in Clementina exiui, quod nos non possumus officium alienum facere nostrum cura & solli citudine in officii gestione, Nec possumus esse fidei iusfores, nec fidei commissarii. Nec accipere fidei commissum, hæc ille. Neque possumus esse procuratores, neque aduocati pro rebus aut iuribus temporalibus, quāmuis possumus charitatue intercedere dummodo alias fiat prudenter & cum debitib; circumstantiis. Neque (ut habetur in constitutionib; generalibus Barchimonēs cap. 5. & 6.) possumus esse iudices aut arbitrii quoruncunque, arbitratores aut ad sedendas lites amicabiliter sine iure ciuili nobis inde acquisito bene possumus esse secundum summam Ang. titulo arbiter. 6. 4. dummodo id fiat cum debitib; circumstantiis. Sed quia inde aliquando redundat scandalū aut occasio alicuius illiciti, Ideo in constitutionib; ordinis aliquādo prohibetur ne simus arbitratores, quis ex uo nostræ professionis possumus esse. Neq; tabelliones aut notarii seu scribæ publici possumus esse. Neq; tale officium exercere ut de hiis late summissi tit. tabellio, iudex &c. secundum subiectam materiam tractant. & in constitutionib; Martini 5. sub certa pena prohibetur nobis quod nullus frater præsumat regere in contractu uel alibi scholas pueroru uel secularium aliorum, & in constitutionib; generalibus Barchimonens. capit. 5. habetur quod nullus frater procuret per se uel per alium quouis modo committi sibi, uel alteri fratri aliqua negotia, per reges, principes, coitates, seu prelatos, seu quod cum ipsis maneat equitet &c. sub graibus penitentiis ibidē. Vnde & Gregorius 9. priuilegio cum iā per eius gratiam, & Innocentius 4. cōcesserūt nos non teneri ad recipiendū cōmissiones causarū & sententiariū exequutiones &c. huiusmodi etiā de auctoritate Papæ si ne licentia nostroru prelatoru ad uitandū scandalū & multiplicē transgressionē quæ inde occasionaliter probabiliter oriri potest, ut habetur de his latius in cōpendio tit. ex ep̄tio, & alibi secundū subiectā materiā. Similiter nobis prohibūt est intromittere nos in matrimonii & spōsalibus seu nuptiis quorū cungitactādīs. ratio, quia talia negotia dediceat religionē, presertim nostram: ut patet, quia sunt negotia secularia, quis licita ex se, tamen ratione status seu personæ tractantis fiunt indecētia talem personam religiosam ea

tractatatem, ut patet: quia saepe scandalizantur seculares uidentes nos intromittere in ipsis & aliis negotiis secularibus, quamvis non scandalizentur ipsis pro quibus tractatur. Item multamala secuta sunt & saepe sequuntur in dedecus religionis, quia fratres se de talibus intromiserunt, ergo illicitum est propter predicationem in talibus negotiis intromittere: non tamen semper est mortale, nisi quando notabile scandalum aut species mali notabilis, probabiliter sequeretur aut appareret. & cum hoc concordant tractatus 10. plag. 10. Potest tamen esse mortale si insuper sub pracepto prohibetur per prelatos aut per statuta ordinis, ne de talibus fratres se intromittant, & saepe super hoc habentur statuta & praecipua prohibentia idem, tam generalia quam prouincialia, videantur in suis statutis de hoc agentibus. Immo & aliqui dixerunt (ut refertur in dicto tract. 10. plag. part. 2. cap. 2. radio 1.) quod implicite est hoc prohibitum per Clem. s. art. 7. 6., amplius cum, &c. ubi dicitur quod ab omni specie mali de qua possunt homines probabiliter iudicare malum, contra nos est caendum & quod ideo nobis caendum esse decreuit, ne s. non intromitteremus in exequutionibus testamentorum & litibus judicialibus. ergo ubi idem est iudicium & species mali & scandali, est idem ius eademque ratio prohibitionis, eademque prohibitio, qualis uidetur esse in omnibus negotiis supradictis dedecetibus statum nostrae religionis, & ex consequenti dicunt quod eodem pracepto domini Clem. prohibita sunt omnia negotia habetia speciem mali quodque peccat mortaliter quae in predicatione se intromittit, sed illorum ratio nihil ualeat, tum quia Clem. s. ubi supra solum agit & loquitur de negotiis quae sunt uel esse uidentur contra paupertatem nostram, aut contra regulam nostram, qualia non sunt negotia sponsalium tractandorum, nec alia eiusmodi, quantumcumque secularia, tum etiam quia dato quod de omnibus negotiis habentibus speciem mali loqueretur, non praecipit ipse quod omnia talia caueantur, sed ea presupponens alias de iure Diuino cauenda. Inde concludit specialiter esse caueda ea de quibus specialiter ibi agit, modo ipse ibi praecipiat ipsa de quibus specialiter agit esse cauenda, modo non: sed potius declarat esse specialiter prohibitum ex regula & ex iure Diuino, supposito uoto nostrae religionis assistere curiis aut iudiciis, & esse exequutores testamentum,

stamentorum, ut supra dictum est, & non loquitur de aliis. Neque semper ubi est eadem ratio prohibitionis, est eadem lex aut prohibito aut declaratio, sed cum certis limitationibus & distinctionibus quae communiter ponuntur a doctoribus, ut est uidere in summis, praecipue in Siluestrina, tit. argumentatio, & tit. lex, q. 17. q. 18. &c. & nihil horum est in proposito, ut patet ex dictis, ergo teneatur ut supra dictum est, quod talia negotia non prohibentur per dominum Clem. s. sed aliunde ex iure Diuino tanquam dedecentia statum religionis prohibentur aliquando sub mortali, aliquando sub ueniali: possunt etiam prohiberi per prelatos & per statuta religionum, & per ecclesiam generaliter & specialiter, & ideo de hoc uideat quilibet quid & quomodo in sua religione quisque statutis prohibetur: de hoc enim alia certior regula dari non potest. Similiter non possumus esse medici, chirurgi, &c. huiusmodi, sed ex priuilegio cōcessum est circa hoc aliquibus religiosis, ut in compendio habetur, tit. infirmi fratres, ibi uideatur.

 Quo ad id, Et vbiq; sunt & se inuenient fratres, ostendant se domesticos &c. Et si quis eorum in infirmitatem cederit &c.

 V A E S T I O X I X. Quæritur an teneamus in uicem charitatem in signo seu familiaritate exteriori & in affectu interiori, & in opere exteriori circa curam maxime infirmorum exercendam, habere & quomodo?

 Respondeo per duo puncta: Quorum primum est, Nos fratres min. tenemur non quidem ex uiriliter specialiter, sed ex iure Diuino in uicem charitatem in signo seu familiaritate exterius, & in affectu interiori uere & debite habere, & ad id specialiter ex uiriliter instrumenta & consilium nobis datur. Probatur quod teneamus prædictam charitatem in uicem habere ex iure Diuino, quia ad charitatem de iure Diuino habendam in affectu ad omnes, & specialiter ad cōfratres: similiter ad familiaritatem charitatem ad eos non minus tenemur quam alii Christiani ad suos confratres.

tres seu propinquos spirituales proportionabiliter. Ad charitatē enim hæc pertinent secundum cōmuniter doct. in tertia dist. 27. & alibi contra. Quod aut̄ ex ui regulæ hoc non sit spirituale obligatorium patet, quia dom. Clemens s. non computauit inter obligatoria ex ui regulæ utsu. i. cap. q. 1. ergo. Quod aut̄ sit consiliū & instructio seu etiā admonitio ad bonū ex ui regulæ pater sup. i. cap. q. 2. secundum fratrem Gundisaluum, & secundum prædictam debent intelligi omnes expositiones dicentes quod est præceptum scilicet aliis ex iure diuino, & quod specialiter ex regula nobis hoc imponitur, scilicet consultorie & admonitorie ut dictum est. Et quidem rationabiliter hic regula de prædicta charitate in signo & familiaritate exteriori & in affectu interiori agit consuendo & admonendo spiritualiter nos ipsis ad inuicem dicens, & ubiunque sunt & se inuenerint fratres ostendant se domesticos &c. tum quia secundum expos. sine tit. & habetur in quaremoniis propositis in consilio constantiēs ff. 164. Hic noster ordo fundatur in perfectissima charitate interiori & exteriori: tanquam in fundamento suo præcipuo, quo collapso & ipse ordo collabetur: quando fratres ad sibi prouidendū particulariter pro suis infirmitatibus & necessitatibus cogentur, tunc paupertas peribit pariter & obedientia: simulq; tota religio destruetur. Ideo simul post paupertatem agitur de charitate illam sustentante. Et Bonaventura 6. cap. ait, quod quia fratribus sic de paupertatis necessaria est fraterna consolatio ideo, ait & ubiunque sunt fratres, scilicet siue in domo, siue extra domum se inuenerint, ostendant se domesticos i. quasi sint unius domus & familie inuicem, non solum publice sed & familiariter & secrete. Ideo ait inter se, utsup. sit tanta familiaritas affabilis & socia dilectio sub modis sanctis & honestis, ut quilibet alius confrater merito concipere possit in corde suo confidentiam de fratre suo quam protinus sub infert regula dicens (& secure manifestet unus alteri necessitatem suam) ut. s. per confratrem debite & charitatue reueletur, sicut necessitas filii reuelatur per matrem piissimā in filium suū: Ideo sequitur, quia si mater diligit & nutrit filium suum carnalem &c. ubi ostenditur quod charitas debet haberi uera & efficax in affectu & effectu ut comode potest haberi non ficte, quia talis est charitas seu amor matris in filium suum carnalem, ergo similiter debet esse fratris in confratrem spiritualem, ratio secundū Bon. uent. quia amor gratuitus s. charitas fortior est Carnali, & quia chari-

tas superat mortis innatum horrorem. & quia charitas habet fundamētū sui bonū infinitū, propter quod nihil finitū præualet contra eam, quia & spiritus excellentior est carne. ergo ubi notandum secundū expos. sine tit. quod hic non loquitur B. P. no. Franciscus de signis aut affectu carnalis seu mundanæ amicitiae, quia talia non reficiunt sed potius inficiunt charitatem. Cū ergo de spiritualiū fratrū spirituali amore loquatur, oportet quod talia signa charitatis à spirituali etiam amore procedant, & quod modis consonis spirituali amore exhibeantur, hæc ibi. & consonat expo. sanctorum patrum 6. cap. secundum illud Ioann. 13. in hoc agnoscunt omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicē habueritis, & Luc. 22. & tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos. Secundū punctū est, Ex ui regulæ tenemur fratres mi. curare confratres nostros infirmos, seu eis seruare de necessariis ubiunque fuerint. Probatur, quia regula, 6. cap. sic dicitur (& si quis eorum in infirmitatē ceciderit &c.) quod secundū Cle. s. est obligatorium æquipollens præcepto ex ui regulæ specialiter utsup. cap. 1. q. 1. &c. Et notandum quod est affirmatiuum præceptum obligans semper, sed non pro semper. Sed pro loco & tempore, quando est necessaria talis cura à nobis impendenda sicut de aliis præceptis affirmatiuis cōter dicitur à doctribus, unde quando per alios eis debite seruitur & prouidetur non est necesse quod omnes tali cura incumbant, nisi quando probabiliter constaret quod alii negligunt notabiliter infirmis fratribus seruire, tunc enim quilibet qui cōmode potest tenetur eis seruire, seu prouidere. Et maxime prælati tenentur de hoc esse solliciti, tum ratione prælationis, tum ex alio præcepto regulæ eis spiritualiter iniuncto qui ad hoc sup. 4. cap. pro necessitatibus aut̄ infirmorum &c. utsup. 4. cap. q. 6. habetur: Ideo quo ad hæc habentur specialiter multa statuta generalia & prouincialia quod prælati prouideat de infirmariis & aliis necessariis pro infirmorū debita cura: & secundū lo. quod sint solliciti quomodo eis seruitur & prouidetur per infirmarios &c. sub graubus p̄cenis uideatur in statutis generalibus & prouincialibus & quidē impie facerent prælati & aliis fratres cōtra ius diuinū & naturale & cōtra regulā multiplicitate peccarēt prælati & alii fratres circa hoc negligētes notabiliter ut dictū est. Sed an fratres possent esse medici, chyurgi aut minutores nostrorum confratrum infirmorū uideatur, in cōpendio tit. infirmi fratres, & ibi quo ad infirmos habētur multæ concessiōes.

Sequitur in regula, Sicut uellent sibi seruiri. Vbi notandum, quod quamvis ex regula sit specialiter obligatorium nobis seruire fratribus infirmis, ut dictum est, non tamen uidetur esse etiam specialiter obligatorium ex iure regulæ, quod tali modo eis seruimus sicut uellemus in simili necessitate nobis ab aliis seruiri, sed solùm ex iure Diuino seu naturali manet obligatorium, quod si tali modo eis seruamus sicut nobis uellemus rationabiliter in simili infirmitate seu necessitate fieri, iuxta illud quod tibi uis fieri alteri fac: & illud, Diliges proximum tuum sicut teipsum, &c. Et ratio huius est, quia Clem. 5. ubi supra explicando obligatoria ex iure regulæ solùm explicauit esse obligatoriu, hoc si. ( si quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent ei seruire) nō addidit sicut uellent sibi seruiri. Et sic uidetur aliquibus quod ex iure regulæ sit solùm admonitio hoc quod dicitur (sicut uellemus seruiri) quamvis ex iure Diuino uel naturali sit alias obligatorium. Sed certe licet in rigore literæ sic uideatur posse dici, tamen securius ego tenerem quod sit obligatorium ex iure regulæ: licet Clem. 5. non explicauerit causa breuitatis. Neq; enim omnes conditiones obligantes explicauit ibidem omnium illorum æquipollentiam, ut sup. 3. cap. q. 1. & 2. dictum est. ergo dicamus quod est obligatorium seruire infirmis sicut nos uellemus rationabiliter nobis in simili necessitate seruiri: & sic tenet Spec. fff. 3. & communiter expos. 6. cap. Ideo non solùm contra ius Diuinum, sed & contra hoc præceptum regulæ ageret, qui seruiret quidem infirmis, sed defectuose ualde notabiliter. Notandum tamen secundum Hug. 6. cap. quod fratres debet alter alteri seruire, sicut pro indigentia nostri status, ægritudinis, uel personæ, rationabiliter uellent sibi seruiri. Infirmus autem si pauper est uoluntarius, pen set non quæ diuites, sed quæ pauperes infirmos decent. Nā pauperis est modicis esse contentu, & in necessariis sæpe deficere, defectumq; æquanimiter tollerare, grandiū autem est grandia quæ rere, & nullum in uotis æquanimiter ferre defectum, hæc ille. Ne que enim ut bene ait Ioann. Philipp. more reddituariorum possumus communiter prouideri: & ad hoc facit quod infra 10. cap. dicitur quod debemus habere patientiam in infirmitate.

DE

# ¶ De poenitentia fratribus peccantibus imponenda.

## C A P V T V I I.



I Qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis de quibus ordinatū futurum inter fratres vt recurratur ad solos ministros prouinciales teneātur prædicti fratres ad eos recurrere quam citius poterunt sine mora. Ipsi verò ministri si presbyteri sunt cum misericordia iniungant illis poenitentiam. Si verò presbyteri non sunt iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expeditire. Et cauere debent ne irascantur & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatio in se & in alijs impediunt charitatem.



Otandum quod in hoc 7. cap. agitur de absolutione & remedio peccatorum sacramentaliter confessorum (modo sint publica peccata, modo secreta: & modo ipsa penitentia pro ipsis peccatis impo nenda sit publice modo secrete secundum peccati qualitatem, ut latius in q. 1. dicetur) Nam de vihi tationibus & correctiōibus in foro exteriori iudiciali infra 10. ca. agetur, quis super eodem peccato utrumq; forū, s. sacramentalis & iudicialis & utrumq; modus penitentiae concurrere possit aliquando. Et in hoc cap. solum est unum obligatorium ex ui regulae ibi (si qui fratum instigante inimico &c.) usq; eo, sine mora, ut patet in q. 1. Et quo ad praelatos habentes clauem absolutionis reliqua ponuntur ex ui regulae ut consilia & monitiones, praeter illud quod dicitur iniungit faciat per alios sacerdotes ordinis: quia uidetur obligatoriū ipsis ex ui regulae. Ne s. aliis sacerdotibus extra ordinē possint committere hanc auctoritatem absoluendi de reseruatis, ut patebit infra q. 3. Ideo ad maiorem declarationem ponuntur quinque quæstiones, quæ subsequuntur.

**V. AE S T I O I.** Quæritur an de oībus reseruatis peccatis teneantur fratres mi. ex ui regulae recurrere ad habentē clauē absolutionis, & quomodo sit ad eum recurrendū pro absolutione? Respondeo per duo puncta, quorum 1. est. Nos fratres mi. tenemur ex ui regulae spiritualiter recurrere pro absolutione ab omnibus peccatis mortalibus reseruatis tantū publicis ad ministros nostros seu ad alios habentes auctoritatem seu clauem absolutionis. De occultis autē etiam tenemur recurrere pro absolutione, sed non ex ui regulae directe. Probatur 1. quod si ex ui regulae obliganter spiritualiter ad hoc, quia sic declaravit Clemens 5. s. ubicunq; in regula ponitur hoc verbum teneantur habet uim præcepti, ut patet sup. 1. cap. q. 1. &c. hic autē dicitur quod teneantur prædicti fratres ad eos recurrere &c, ergo & in hoc omnes doct. & expositores concordat. Quod autē hoc præceptum intelligatur solum de peccatis mortalibus reseruatis, patet, quia regula expressie dicit, de quibus mortaliter peccauerint, & quia uenialia nec reseruantur, neq; debent reseruari, quāmis forte possint aliqua reseruari, seu etiam præcipi quod talis quis confiteatur, ut de hoc alibi in materia de confessione latius in 4. tractatur à doctoribus, ibi uideat qui uoleat: & notandum quod pecca-

tum mortale non solum est ratione materiæ seu ex genere aut ex obiecto, sed etiam ex circumstantiis secundum coister doct. Quod hoc præceptum intelligatur de peccatis mortalibus puris seu manifestis reseruatis tantum, patet ex declaratione Grego. 9. & In nocent. 4. ubi dicitur quod hoc cap. 7. de manifestis tantum & publicis peccatis intelligitur ex uirgulæ, non autem de occultis seu priuatis peccatis: & quis præfata declarationes Greg. 9. & In nocent. 4. non ualeat quoadmodum recurrendi pro absolutione quia quoad modum tamē iam aliter est prouisum, ut patebit infra in 2. puncto. tamen quo ad declarandum quod regulæ intelligitur de peccatis tantum publicis reseruatis, bene ualeat, quia quo ad hoc nec sunt reuocatae neque aliter declaratum, ut patet. Item oīes expositores concordat dicentes quod hic regulæ intelligitur & loquitur solum de recursu administris pro absolutione & penitentia de peccatis tantum publicis reseruatis: non autem de occultis, ut patet in Bonauent. 7. cap. Hug. Bart. pif. sanctorum patrum & sere. conf. 9. s. s. & expos. sine tit. 7. cap. Et ratio huius est, quia regulæ præcipit quod recurratur quām citius potest. Sine mora hoc autem uix fieri potest, ita clariter quin ex hoc detur occasio suspicandi probabiliter quod talis frater incipit in mortale reseruatum, sicq; esset uia reuelandi peccata occulta. Non est autē credendum quod regulæ præcipiat id unde peccata occulta reuelantur, quia contra ius diuinum seu naturale esset talis coacta reuelatio occultorum (ut etiam habetur in sere. conf. q. alphabeticā litera 8. secundum Petrum Ioannem) tum quia ex eo quod ad ministros etiam laycos qui tunc in principio ordinis erāt, præcipit quod talis recurlus fiat, ergo non de occulto oīo intelligitur, quia contra secretū confessionis præciperetur, tum quia ex eo quod regulæ dicit & cauere debeant ne irascantur & conturbanter propter peccatum alicuius &c. uidetur quod nō de secretis peccatis de quibus in confessione sacramentali nō debet esse ira neccō turbatio, sed de publicis peccatis dignis iracundia in quibus casti gandis solet esse ira & conturbatio propter scandalum, dictū sit. Sicq; non uidetur de penitentia secreta per solum sacerdotem confessorem secrete iniungendā, sed potius de publica à confessore iuxta taxationē ministri Layci iniungenda intelligi, & agere hic regulæ dicens quod ministri si presbyteri non sunt, iniungi faciat per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum deum &c. i. secundum illam formam quam ipsi ministri iudicauerint expedienter

Sicq; non uidetur de pœnitentia secreta per solum sacerdotē confessorem secrete iniungendam, sed potius de publica à confessore iuxta taxationem ministri, etiam layci iniungenda intelligi, & agere hic regula dicens quod minister si presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundū Deū &c. i. secundum illam formā quā ipsi ministri indicauerint expedientē. Sicq; patet quod ex ui regulæ agitur de pœnitentia sacramentali, quāuis publica pro confessis sacramentaliter, & de recursu ad ministros pro talibus peccatis publicis pro quibus pœnitentia publica sacramentaliter est imponenda, sicut olim solebat imponi secundum ius, ut habetur dist. 50. cap. si quis post remissionem & ceteris capitulis sequentibus, ut recitat Gabriel in 4. dist. q. 3. dubio 6. secundum Richardum: nam si de pœnitentia in foro tantū judiciali hic ageretur, non esset necessarium ut ministri layci committerent eam sacerdotibus ordinis. ergo loquitur regula hic specialiter de peccatis pro quibus est recurrentum ad habentem clauem absolutionis sacramentalis pro quibus est pœnitentia publica imponenda secundum iudicium ministrorum, uel habentium clauem absolutionis. Ex dictis patet quod ex ui huius præcepti regulæ, directe non tenemur recurrente pro absolutione de peccatis reseruatis occultis, dico directe non tenemur ex ui regulæ pro occultis. Nam indirecte forte etiam tenemur, ut ait Petrus Ioan. & habetur in Seren. conscient. q. alphabeticā litera s, dicens quod hic regula loquendo de acceleratione publicæ pœnitentiae, per quandam consequentiam uidetur innuere consimilem debitam tamen festinantiā de secreta pœnitentia pro peccatis secretis se uelle fieri ad habentem clauem absolutionis sacramentalis de eis. Et concordat expos. sine tit. 7. cap. Sed quia non constat utrum regula similiter sub præcepto id uelit imponere de peccatis occultis, quāuis id uelit monendo aut cōculendo: quia ut dictum est non loquitur expresse nisi de recursu pro peccatis publicis praepiendo: ideo dixi forte indirecte tenemur, & non dixi quod absolute etiam tenemur, licet indirecte ex ui regulæ recurrente pro occultis. tamen quomodo cunq; sit modo ex regula teneamus in directe uel directe pro occultis recurrente pro absolutione, modo non. Hoc tamen est uerum quod de iure Diuino & humano tenemur recurrente debite pro absolutione de peccatis reseruatis occultis

cultis ad habentem clauem absolutionis eorum: sicut & pro absolutione de aliis peccatis occultis non reseruatis, tenemur debite recurrente ad habentem clauem absolutionis eorum, & in hoc nō est dubium secundum communem & catholicam doctrinam, ut in 4. sententiā agitur latius, & etiam hoc idem dicunt expositores supradicti, præcipue Hug. & Bart. Pis. & Seren. conscient. & expos. sanctorum patrum, ubi sup. & hæc quoad i. punctum.

Secundum punctum est, quoad modum recurrenti pro absolutione: & de hoc dico quod est recurrentum ad habentem clauem absolutionis super peccatis publicis reseruatis, quāmcitius poterunt sine mora (ut ait regula) i. quāmcitius commode poterunt ordinato & debito modo, & honeste secundum formam ordinis, ut ait Hug. 7. cap. & Bonauent. & expos. sine tit. 7. cap. Id enim possumus quod de iure possimus. & addit Hug. quod potest recurri per se, uel per nuncium, si ex causa rationabili impeditur talis frater à prædicto recursu debite faciendo, pro peccatis publicis reseruatis intelligi semper. Nam pro peccatis occultis reseruatis non tenetur quis ullo iure confiteri per nuncium uel per literas, seu etiam per interpretem, saltem sacerdoti absenti, & multo minus layco prælato: immo & aliqui dicunt esse illicitum, uideatur in 4. sententiā dist. 17. Pro peccatis autem reseruatis occultis (ex quo regula non loquitur de eis obligatorie, ut dictum est) dic quod solū tenemur de præcepto Diuino & ecclesiastico recurrente pro absolutione ad habentem clauem absolutionis eorum quando tenemur, aut quando debemus confiteri, aut celebrare, aut Eucharistiam communicare. Ratio, quia non obligamur ea confiteri specialiter alio iure, nisi præcepto Diuino & ecclesiastico, ut patet, quia nullum aliud statutum id præcipit nobis specialiter quod s. ea alio tempore quāc citius poterimus confitemur. nam quod habetur in 6. cap. constitut. generalium Barchinonens. ubi sic habetur, Statuimus quod si qui fratrum membra ratis criminibus (s. casibus reseruatis) fuerint irretiti, pro absolutionis beneficio ad habentem clauem absolutionis recurrente debent sine mora, hæc ibi. patet quod non loquitur obligando neque præcipiendo, sed statuendo: nunc autem statuta illa non obligant ad culpam ex se, nisi alio iure nos obligemur. ergo cum alias iure Diuino uel ecclesiastico non obligetur quis ad confitendum

dum statim casus reseruatos secretos, nisi sicut & quando obligat ad confessionem aliorum peccatorum, aut nisi quando confitetur alia peccata, ut sic faciat integrā debitamq; confessionē omnium suorum peccatorum: sequitur quod tunc & non ante tenetur recurrere ad habentem clauem absolutionis eorum, ut dictum est. Et hæc est cois doctrina theologorum in 4. dist. 17. quis Bonavent. & alii dicant spiritualiter de religiosis quod tenentur statim confiteri q; citius poterunt sine mora omne peccatum mortale etiam non reseruatum, & adhuc uidetur declinare Petrus Iohann. in sere cons. q. alphabetica q. 5. Sed ut dixi hoc non tenetur communiter nisi ut dictum est. Si autem apud aliquos religiosos esset statutum sub præcepto obligans ad statim confitendum reseruata seu non reseruata, tunc illud esset seruandum: sed in nostra religione nullum tale obligatorium est pro nunc. Ideo non tenemur ad statim nisi ut dictum est, loquitur de reseruatis occultis peccatis. Nam de publicis iam sup. diximus, ex regula specialiter obligamus statim recurrere ad habentem clauem eorum. Quomodo autem debet fieri confessio de reseruatis hiis peccatis occultis specialiter simul cum aliis, an possit aliquando dimidiari confessio relatis istis reseruatis in confessis usq; ad aliud tempus cum alio confessore habente clauem eorum, & an possit frater cum contritione interim celebrare uel coicare, an non, uideatur latius in 4. Sententiistarum dist. 17. & in summis tit. confessio. Circa hæc enim standum est iuris & dictis doctorum coiter. Ideo de hiis nihil specialius est in ordine nostro necessario agendum, hoc tamen est notandum quod nullus tenetur pro absolutione à peccato occulto quounque sic recurrere ad aliquem quemcumq; neq; tali modo aut tempore, quod ex hoc probabiliter reueletur suum tale peccatum occultum, aut quod ex hoc alii probabiliter de eo crederet tale peccatum seu aliud graue malum, seu peccatum, aut quando ex hoc alicui probabiliter imminet scandalum spirituale seu temporale malum grande, aut quando probabiliter timetur reuelatio confessionis. Quæ quidem reuelatio non est facile de aliquo præsumenda, nisi ex coniecturis ualde probabilibus habeatur talis credulitas, & semper dico probabiliter, quia non sufficit suspicio aut dubium de hiis, sed requiritur uera & magna probabilitas, seu uerisimilitudo non facta de prædictis

predictis ut quis excusetur: de hiis latius habetur apud doct. ubi sup. ibi uideatur: ex dictis patet quod iam non ualeat modus ille recurrenti pro absolutione reseruatorum occlutorum, quod Dom. Greg. 9. instituerat in sua declaratione dicens, uolumus ut generalis min. constitui faciat tot confessores per prouincias quod eorum ministri uiderint expedire, de maturioribus & discretioribus sacerdotibus quis super priuatis ( s. occultis casibus reseruatis ) audiant penitentes, Nisi ipsi fratres ministri aut custodibus suis ad eorum loca declinatibus maluerint confiteri, hæc ille, hæc inq; dispositio iam non ualeat, quia in consti. 9. Barchinon. habetur aliter ordinatum, quod si ad habentem clauem absolutionis recurratur sine mora, ut commode potuerint fratres, non expectando aduentum ministrorum aut custodum aut alienum superiorum, sed ut iam dictum est. Et sic tenet speculum fiff. 2. & 3, usq; in introductione q. 6, dictum est.



### V A E S T I O I I . Quæritur qui sunt qui possunt reseruare casus & quales? & qui possunt absoluere & absolviri per quem à talibus reseruatis & à censuris ecclesiasticis?

Respondeo per tria puncta, Quorum primum est, Cap. gen. & prouinciale potest generale quidem generaliter pro toto ordine prouinciale aut pro sua tantum propria reseruare causas quos uoluerit tam publicæ q; in secreto commissos: ut non nisi per generalem uel prouincialem seu per alios prælatos aut fratres possit taliter peccantes publice uel occulte absoluiri. Ratio, quia cum per regulam nulla exceptio fiat, sed generaliter dicatur ( de quibus ordinatum fuerit inter fratres ) ergo relinquitur potestas reseruandi causas prædictas cap. generali & prouinciali, ut dictum est. & hoc tam quo ad numerum, q; quo ad qualitatem peccatorum reseruandorum. s. quo ad publica uel occulta, & quia potestas reseruandi causas sicut est in aliis religionibus ita & in nostra, & hoc expresse dicunt Hugo & Bartholo. Pisanus. & expositores sine titulo capit. 7. & habetur in serena conscientia quæstione 85. & quæstione alphabetica litera S. Imo & Alexander 6. in privilegio intellectimus, digesto tertio concessit & decreuit quod omnes prælati nostri etiā Guardiani possunt

possunt reseruare sibi casus de peccatis occultis suorum subditorum: ita quod post predictam reseruationem nullus inferior eis absoluere possit de predictis, & si attentatur absoluere, talis absolutio est nulla, & absoluens incidit in poenam absoluendum a casibus non concessis. Sed postea in cap. gen. Assisi anno Dom. 1526. celebrato, habetur sic ordinatur & mandatur auctoritate Apostolica & totius cap. gen. quod nullus guardianus possit sibi reseruare casum aliquem, sed solus min. prouin. id poterit, haec ibi.

Secundum punctum est, qui possunt absoluere & absolui per quem a casibus reseruatis. Et dico primo quod non potest quis absoluere, nisi habeat auctoritatem seu commissionem seu clauem absolutionis a predictis: sicut neque de aliis non reservatis potest quis absoluere nisi habeat clauem seu usum clavium absoluti onis ipsorum super talem subditum, & super talia peccata, neque per alium potest quis absolui, ut est communis doctrina doctorum in 4. sententiarum: alias absolutio est irrita & inanis & nulla, ut multi Pontifices declararunt, ut Innoc. 8. & Alex. 6. ubi sup. & Leo 10. in priuile. multa accepimus, fff. 124. & multi alii, ut facile est uidere in compendio tit. absolutio, per omnes feret. ibi uide atur ut oportet. Item sic est declaratum in cap. gen. Burdegalen. anno Domini 1520. celebrato, sub grauibus poenis in contrafacientes seu affirmantes quod potest aliter fieri. & iterum in cap. gen. Carpensi, anno Domini 1521. celebrato, ut ponuntur infra q. 4. & tandem in cap. gen. Assisi, anno Domini 1526. celebrato sic habetur, Declaratur iuxta determinationes summorum pontificum, quod fratres confitentes peccata, reseruata eis qui absoluendi non habent potestatem seu auctoritatem, & si formam absolutionis recipient, nullo tamen pacto remanent absoluti, haec ibi. Secundo dico, quod quamvis dicat Hug. 7. cap. quod quando aliqua peccata publica reseruantur per cap. gen. uel prouinc. ministris prouincialibus tantum, tunc possunt custodes absoluere ab eisdem peccatis, quando sunt occulta: similiter & alii fratres possunt absoluere de predictis occultis, nisi specialiter prohibeantur per ipsos ministros: quia solum reseruantur ministris quando sunt publica, non autem quando occulta. Hoc igitur dictum Hugonis quamvis de se sit uerum, tamquam quia iam in ordine statutum

statutum & declaratum est oppositum, ideo non est ei standum generaliter & coiter, nisi specialiter constaret quod solum publica reseruantur. Nam in ordine iam hoc habetur in practica quod si. tam publica que occulta peccata intelliguntur ministris reseruata, nisi aliud, ut dictum est, exprimatur, seu constet aliquando. Ideo nec de publicis, neque de occultis reseruatis possunt custodes neque alii fratres absoluere, nisi ad hoc habeant de ministris seu capitul. prouinciali auctoritatem seu commissionem: & hoc habetur expresse in constitu. generalibus Barchinon. 6. cap. ubi sic habetur, Item custodes non possint absoluere a predictis (s. reseruatis mi. prouinciali) etiam in priuato cōmissis, nisi per min. prouinc. specialiter committatur iisdem, haec ibi. ergo. Tertio dico secundum Hug. 7. cap. quod quis de reseruatis nullus possit absoluere nisi ipse min. prouincialis cui reseruatur peccata sine eius licentia uel auctoritate, seu cōmissione, ut dictum est, tam non est bonus neque expediens negare seu restingere talem potestatem absoluendi de reseruatis occultis, custodibus & Guardianis uel aliquibus aliis fratribus, quia talis restrictio esset causa quod subditi manerent in suis peccatis multo tempore, timentes ea confiteri ministris: uel saltem esset occasio quod subditi ad eos recurrentes se aliquo modo reuelaret uel diffamarent, sicque talis clavis potius esset ad claudendum que ad aperiendum cōclum. Ideo expedit quod committant hanc suam auctoritatem sed reseruatis occultis, custodibus, Guardianis, uel etiam fratribus, ut uiderint expedire, & sic uoluit Greg. 9. in sua declaratione quod fieret, quod si. ministris cōmitterent suam auctoritatem aliis supra peccatis reseruatis occultis. Sic etiam nunc iam est in ordine consuetum quod cōmittant eam custodibus & Guardianis, ut proxime dicetur. Nam de peccatis reseruatis publicis constat etiam quod possunt ministri sacerdotes quales regulariter iam debent esse, seu Layci quales aliquando fuerunt in principio ordinis ubi erat raritas sacerdotum, ut ait Bonavent. cōmittere suam auctoritatem aliis, ut Greg. 9. & Innoc. 4. in suis declarationibus, & oēs doct. in suis expositionibus dicunt. Quarto dico, quod iam generaliter in toto ordine prouisum est circa hoc quod proxime dictū est. Nam in tabul. 20. ui. ge. in cap. g. Albun. anno domini 1530. celebrato, habetur sic institutum, quod si. uniuersi, confessores monialium nostrae fa miliae

miliae obseruantiae habeat præsentis decreto semper actiue au<sup>r</sup>to  
ritatem prælatorum super moniales in foro conscientiaz, quoad  
causas & sententias, habeant similiter guardiani ac Vicarii Guar-  
dianorum in eorum absentia, haec ibi: & hoc est amplius declaratum  
in subsequentibus. 21. uic. g. Lauali anno Dom. 1505. celebra-  
to, ubi sic habetur. Declaratur quod illa clausula in tab. cap. ge.  
Albien. inserta, scilicet quod Guardiani & eorum Vicarii habeat  
auctoritatem prælatorum in foro conscientiaz &c. sic debet intel-  
ligi, quod uidelicet auctoritas per patrem prouinciale concessa  
Guardianis remaneat semper pene seorum uicarios, seu uicarios  
uicariorum ipsis Guardianis suum conuentum pro suis negotiis  
exeuntibus, haec ibi. Super quo notandum i. quod iam coiter in  
literis Guardianatus ponitur prædicta commissio seu auctoritas  
concessa Guardianis per prouinciales. Ideo ibi videatur quid eis  
committitur ex uo sui officii Guardianatus & quomodo. quia ni-  
hil aliud neq; aliomodo possunt ex uo sui officii, nisi quid & quo-  
modo, eis sic in literis Guardianatus committitur super casibus re-  
sequatis & aliis pertinentibus ad officium ministri prouincialis.  
Dico ex uo sui officii Guardianatus nihil aliud possunt &c. quia  
tanq; personæ particulari potest eis aliud seu aliter committi parti-  
culariter à prædictis ministris, tamen ex uo Guardianatus nihil  
aliud habent coiter Guardiani q; in eorum literis habetur, ut di-  
ctum est. Et hoc scire est necessarium, ut sciant uicarii eorum quid  
ipsi possunt in absentia suorum Guardianorum: quia nihil aliud nec  
aliter nisi quid & quomodo suis guardianis ex uo officii guardia-  
natus per min. prou. commissum est, ut in literis guardianatus co-  
iter solet haberi. Secundo notandum quod ut patet ex dictis in tab.  
20. ui g. committitur guar. ex uo sui officii potest as prouincialiū su-  
per reseruatis & aliis &c. hoc solum actiue i. ipsi absoluunt alias  
subditos suos, seu ut dispensent uel ut dent licentiam illis ad ali-  
qua ibi contenta in literis guardianatus. Non autem passiue. i. non  
ut ipsi guardiani absolui possint aut dispensari. &c. Ideo si uo-  
lunt habere auctoritatem passiue pro se, ut ipsi etiam possit absol-  
ui &c. oportet quod particulariter ipsis ut personis particularibus  
concedatur. Et quis ipsi guardiani habeant hanc auctoritatē pas-  
siue sibi concessam, eorum tamen uicarii non habent, nisi solum acti-  
ue in absentia guardianorum: quia ex uo officii guardianatus solum  
conceditur eis actiue, ut dictum est, & eorum uicarii solum

habent quod eorum guardianis ex officii guardianatus cōcessum  
est & quomodo cōcessum est s. actiue tantū: prouinciae aut possunt  
in suis capitulis statuere quod etiam passiue cōmittatur prædicta  
auctoritas guar. tantū, tamen non autem eorū uicariis ut uide-  
tur consuetum in prouincia Castellæ. Tertio notandum quod  
guardiani & multo minus eorum uicarii prædictam auctoritatem  
ipsis ex uo sui officii commissam per min. prouinciales non pos-  
sunt committere aliis fratribus ut absoluant uel dispensant &c.  
nisi eis specialiter concedatur. Ratio, quia commissarius parti-  
cularis non potest aliis committere secundum ius, ut potest uideri  
apud simmistas, tit. confessio. tit. uicarius, tit. commissarius, tit  
delegatus. quod si eis conceditur quod possint cōmittere possunt  
& similiter eorum uicarii possunt cōmittere aliis sicut & sui guar-  
diani: & hoc si ipsis guardianis prædicta auctoritas committendi  
aliis erat concessa, etiam ex uo sui officii guardianatus. Nam si  
solum particulariter ut personæ particulari est eis cōcessum quod  
possint aliis committere, tūc licet ipsis guardiani possint cōmittere  
non tamen eorum uicarii: quia solum possunt uicarii in absentia  
guardianorum quid & quomodo suis guardianis ex uo guardia-  
natus concessum est, ut patet ex dictis. Nunc autem cōmuniter  
cōceditur guardianis ex uo sui officii auctoritas min. prouincialis  
actiue & aliquando passiue, sed cum proprietate etiam cōmittēdi  
aliis actiue, tamē ut patet in libris guardianatus, & ideo eodē mo-  
do possunt eorū uicarii cōmittere aliis. Sed credo quod uirtute  
præfatae cōmissionis non potest guardianus, & multo minus eius  
uicarius, cōmittere generaliter alicui subdito uel subditis suis præ-  
dictam auctoritatem ut possit absoluere seu etiam absolui quo-  
tienscunq; & quomodocunq; seu à quocunq; etiam subdito suo,  
sed solum in particularibus occurribus possunt id committere  
alicui uel aliquibus, seu etiam omnibus suis subditis, ut pro hac  
uice seu pro tali uice absoluant & absoluuntur à reseruatis sibi cō-  
cessis. Et ratio est, quia commissarius particularis habens facul-  
tatem cōmittendi solum potest in casu particulari & non uniuers-  
saliter pro quotienscunq; & ad quemcunq; committere, quia talis  
est intentio min. prouinc. concedentis seu committentis ultra-  
quam se non potest extendere Guardianus seu eius commis-  
sarius quicunque ab eo habens facultatem committendi.

Quinto dico (ut habetur in constitu. 9. Barchinon. 6. cap. & sere. cons. q. 86. quòd si minister provincialis cōmittat alicui subditorum auctoritatem super casibus sibi referuatis. Si contingat talem min. prouincialem mori uel ab officio amoueri, talis commissio penes illum cui facta fuerat remaneat donec min. prouincialis in prouincia habeatur.

Tertium punctum, quoad prædicta dubitatur 1. utrum min. prouinciales custodes & Guardiani & eorum uicarii possunt absoluere de peccatis reseruatis intra terminos suarū administratio num fratres hospites, sicut possunt ius suos fratres subditos? Respondeo quòd hoc pendet ex iure coi à quo prælato seu sacerdote possint absolui uiolatores, peregrini & uagabundi, habentes seu non habentes domicilium seu habitationem alicubi determinata, ut coiter doct. in 4. dist. 17. & summistæ, præsertim summa. Ange. tit. confessio. 3. f. 11. & confessio. 5. f. 12. & Siluest. confessor. 1. q. 10. q. 11. ubi prouinciales opiniones recitantur. Sed ad propositum nostrum quo ad necessariam religionem loquendo & attēndo statuta & consuetudinē nostri ordinis & ex omnibus illis opinionibus sumendo, quòd communius & melius uidetur, saluo meliori iudicio, dicamus quòd prædicti prælati & superiores bene possunt absoluere de reseruatis sicut & possunt de non reseruatis absoluere, & dare licentiam absoluendi fratres hospites intra terminos suarū administrationivm, sicut possunt cum suis subditis facere. Et hoc maxime quando tales hospites ibi debent coicare seu celebrare seu confiteri secundum ordinis statuta seu consuetudinem loci, uel quando ultra tres dies ibi in contrāctu moram traxerit, & maxime si tales hospites id nō faciant principaliiter in fraudem seu præiudicium suorum prælatorum: cum hiis limitationibus non uidetur dubitandum de hoc, & magis uidetur concordare doct. Veruer. & Rodo. & Archidia. Panor. Palu. in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. conclu. 4. & summistæ ubi sup. quia et ex quo intra terminos administrationū tales hospites subiiciuntur talibus prælatis pro tunc, & se debent cum aliis conformare, uidetur ergo quòd subiiciuntur quoad forum conscientiæ pro tunc, ut sic licite possint sacre oia, quæ uirum religiosum decent, qualis est debita confessio, & per consequens absolutio peccatorum, sicut alii fratres subditib[us] possunt confiteri & absoluiri. quodq[ue] prælati religionis,

ligionis sic volunt: quia & aliquarum priuinciarum consuetudines sic habent. Sed notandum quòd territorium Guardianorum quoad hoc maxime quo ad hospites est solum suus cōtractus, ut ait dum. Ang. tit. excoīcatio. f. 15. Ideo extra conuentum suum dubium est secundum Sum. Ros. an possit absoluere fratres hospites Guardianus seu eius uicarius, saltem de casibus reseruatis. Sed saluo meliori iudicio uidetur quòd sicut tota prouincia est territorium min. prouincialis, ita & tota Guardiania sit Guardianorum, maxime quando sine præiudicio dicecesanorum uel curatorum agitur, & constit. generalis uidetur ad hoc & ordinis consuetudo ut innuitur in Sum. Ang. utsup. & tit. Sentētia f. 6. & Sil. tit. excoīcatio cap. 2. q. 5. & tit. p[ro]cena q. 11. Ministri autē habent pro territorio totam prouinciam, & custodes totam custodiam. Sed quia hæc oia pendent ex uoluntate superiorum statuentium ex consuetudine, Ideo securius esset ut hoc declararetur in cap. g sicut in prouincia Castellæ, pro ipsa prouincia est declaratum & statutum, utsup. dictum est, sine ulla limitatione, quòd hospites possunt absolui à Guardianis, sicut & alii Guardianorum subditi, & hoc esset melius ad tollēndā dubia & scrupulos & alia pericula. & iam sic pro toto corde est statutū in cap. g. Assisi, anno domini 1526, licet non sit positum in tab. ipsius cap. & ea quæ dicta sunt intelliguntur de peccatis reseruatis min. prouinc. Nam de excoībus & aliis censuris patet quòd hospites possunt absolui & dispensari à min. prouinc. & eorum uicariis seu commissariis & custodibus, sicut & sui subditi possunt secundum priuilegia multa: ut habentur in compendio tit. absolut. f. 7. & excoīcatio. Sed an Guardiani similiter possint eas absoluere à prædictis censuris dubium est, & credo quòd sic per coīcationem priuilegiorum fratum prædicatorum qui id possunt, infra uideatur in cōpendio, ubi sup. & alibi secundum subiectam materiam, quia ibi latius de hiis. Secundo dubitatur an ipsi prælati possint absolui à peccatis reseruatis etiam à censuris, sicut ipsi possunt facere cum suis subditis? Respondeo de ministris prouincialibus, constat quòd à peccatis possunt absolui ex uo[li]i sui officii, à censuris autē possunt similiter ex priuilegio, ut habetur in compedio ubi supr. Vicarii autē prouinciales seu commissarii prouinciales generaliter deputati habentes uicē ministrorū in oībus similiter possunt. Custodes uero similiter:

Si nimiriter possunt à censuris absolui & dispensari uirtute priuileg. ut patet in cōpendio ubi sup. sed à peccatis reseruatis nō possunt absolui, nisi eis per min. g. uel prouinciale concedatur, quia super hoc non habent priuilegiū aliquod, & per statuta ordinis generalia hoc omnibus inferioribus min. prouinciali prohibetur ut patet in constitu. generalibus Barchinon. Guardiani autem dictum est sup. in 2. puncto quòd non possunt absolui à peccatis prædictis reseruatis sine licentia min. prouinc. A censuris autem dic quòd si ipsiſ coicatur priuilegium fratrum prædicatorū, quòd si- cut ministri ita & guardiani possunt absolui & dispensari, si autem non coicatur, dic quòd non possunt. Sed an eis communicetur præfatum priuilegium an non, credo quòd sic stando in rigore: quis collector cōpendii tit. absoluto ordinaria quo ad fratres s. 7. &c. attendēs quòd non utebantur guardiani præfato priuilegio dixerit aliqualiter oppo. quòd si. non cōmunicatur eis prædictum priuilegium quando à superioribus eis hoc prohibetur. Sed de hiis in nostris annotationibus super cōpendium latius di- cetur secundum subiectam materiam, ibi uideatur.



V A E S T I O III. Quaritur an per alios à prædictis prælatis & commissariis eorum possint fratres min. ordi- nis absolui & dispensari à peccatis reseruatis & nō re- seruatis, & à censuris intra uel extra ordinem etiam uirtute bul- larium seu priuilegiorum aliquorū & quomodo? Respōdeo per duo puncta: Quorum primum est, generaliter & uniuersaliter seu regulariter loquendo sine bulla seu priuilegio speciali, dico quòd nullus frater min. de obseruantia potest intra uel extra ordinem confiteri neque absolui nec dispensari à peccatis non reseruatis uel reseruatis uel à censuris, nisi per prædictos prælatos uel eorum Vicarios seu commissarios eorū, aut nisi de licentia ipso- rum, & hoc intra ordinem seu per sacerdotes ordinis duntaxat. Particulæ singulæ huius primi puncti simul declarātur & proban- tur. Dicitur primo quòd generaliter & regulariter loquēdo sine bulla aut priuilegio speciali hic nunc agimus. Nam in 2. puncto sequenti tractabimus in uirtute bullæ seu cruciæ id possit fieri. Dicitur 2. quòd nullus frater min. potest intra & multo minus extra

extra ordinem absolui, nec dispensari à quibuscumq; peccatis re- seruatis uel non reseruatis uel à censuris nisi per prædictos præla- tos uel eorum vicarios seu commissarios, uel nisi de licentia ipso- rum, ut in q. præcedenti dictum. Et ratio est, quia absolu. seu di- spensario facta à non suo iudice est nulla. ergo omnes alii à præ- dictis non sint sacerdotes proprii neque iudices stratum: sequitur quòd eorum sentētia & absolu. est nulla. Et hoc idem est declara- tum statutum & prohibitum per multos summos Pōtifices, ut pa- tet in compendio tit. absol. excommunicatio, dispensatio, &c. Ibi uideatur, & constit. generalibus ordinis idem habetur quoad pec- cata, & omnes communiter expositores, ut Hug. & Bart. Pif. 7. cap. & alii expresse idem dicunt quo ad peccata reseruata & quo ad peccata non reseruata, & est cōmuni doctrina doctorū triu- sq; iuris, ut etiam patet in Sum. tit. confessio, excommunicatio, di- spensatio &c. secundum subiectam materiam. Dicitur 3. & hoc in tra ordinem seu per sacerdotes ordinis duntaxat, quia ministri nō possunt licentia dare absoluēdi de casibus sibi reseruatis extra ordinem seu per sacerdotes qui nō sint de ordine nostro, sed per sacerdotes tantū ordinis nostri, ut ait Hug. Bar. Pif. Neq; possu- mus absolui per sacerdotes qui non sint de nostro ordine etiam cum licentia ipsorum ministrorum à prædictis casibus reseruatis ex ui regulae ipsis ministris, quales sunt peccata publica ipsis mini- stris reseruata, ut sup q. 1. dictum est. Et cum prædictis concordat speculum fffl. 16. & ratio eorum est quia regula solum concedit quòd per alios sacerdotes ordinis ministri possint imponere pœ- nitentiam seu hoc facere, ibi si uero ministri presbyteri non sint, iniungi faciant per alios sacerd. ordinis &c. Sed certe hæc eorum ratio non uidetur aperte suum intentum probare, cum quia non uidetur quòd hic regula obligatorie hoc prohibeat ipsis mini- stris, sed solummodo ait aut dicit quid faciendum & quomodo s. per alios sacerdotes ordinis quando ipsi ministri erant Layci in primituo tempore ordinis secundum Bonavent. propter rarita tem sacerdotum. Sicq; de ministris sacerdotibus non loqui- tur neque eis prohibet hoc regula. Immo si de omnibus ministris loqueretur non uidetur loqui obligatorie, ut dictum est, quia nec Clemens quintus hoc computauit inter obligatoria. Sed

sed solum computauit inter obligatoria illud dictum, si qui fratum instigante min. mortaliter pecca. &c. usq; eo, q; citius poterunt sine mora. Item oes prædicti expositores indifferenter dicunt quod peccata reseruata ministris, modo sunt publica, modo non, quod non possunt committi aliis sacerdotibus extra ordinem: qui a regula hoc eis prohibet, constat autem quod regula solum loquitur de publicis, ut sup. q. i. dictum est. Igitur non uidetur eorum dicta omnino cohædere. Igitur alterum de duobus dicendum uidetur saluo meliori iudicio, s. quod ex iure regulæ non prohibetur ministri committere potestatem absolui de sibi reseruatis peccatis, saltem occultis, aliis sacerdotibus extra ordinem, sed solum prohibitum est eis hoc ex Papalibus prohibitionibus generaliter prohibentibus, ne extra ordinem confiteri possimus, & etiam ex constitutione cap. g. seu ex consuetudine habente vim legis, & similiter eodem iure prohibitum est subditis absolui de prædictis per alios extra ordinem, ita quod absolutio erit nulla si attentetur uel saltem propter reuerentiam prædictorum doctorum communiter id dicendum, ut dicendum quod quis aperte non confitet de hoc ut sup. argutum est, tamen ita est quod s. ex iure regulæ prohibitum est ministris quibuscumque committere aliquibus extra ordinem potestatem absoluendi de sibi reseruatis publicis uel occultis, quodq; fratres non possunt extra ordinem absolui, etiam de licentia ministrorum, nisi in articulo mortis deficientibus sacerdotibus nostri ordinis, quia tunc possent etiam sine licentia ministrorum per alios sacerdotes absolui a peccatis reseruatis & aliis quibuscumque peccatis, sine allegatione iterum ea reconfitendi alicui alteri ut est communis regula doctorum, excepto ergo casu mortis, uere uel probabiliter imminentis ut dictum est, non possunt absolui fratres extra ordinem de prædictis peccatis reseruatis etiam de licentia ministrorum, quia multa sunt ex iure regulæ seu multæ conditio nes & circumstantiae obligantes ex iure regulæ, quæ tamen non sunt omnino satis explicite computatae inter obligatoria regulæ per Dom. Clem. s. ut patet sup. cap. 3. q. 2. & cap. 6. q. 19. & sic possumus dicere quod similiter est hic, quodque breuiter tangendo quod in principio huius cap. 7. tanq; obligatorium Dom. Clem. s. intellexit prohibitum omne aliud quod ibidem secundum communiter expositores tanq; prohibitum ex regula communiter intel ligeatur

ligeatur ut in locis sup. allegatis dictum est. Quod si hoc non placeat, eligat unusquisque quodlibet melius & securius uideatur posse dici. Vel dic quod ex quo directe prohibetur per Bonif. 3. ut habetur in 6. cap. consti. g. Barchinon. ubi sic habetur. Inhibemus uniuersis fratribus uestri ordinis ne aliquis eorum nisi in necessitatibus articulo, aliis q; prælati suis peccata sua confiteri præsumant uel aliis sacerdotibus eiusdem ordinis secundum regulam & ipsius ordinis statuta, haec ibi. Ex quo uidetur quod saltem indirecete ex regula est prohibitum nobis & ex cœquentiis ministris committere auctoritatem absoluendi aliis extra ordinem, quia dicit Papa ibidem (uel aliis sacerdotibus ordinis secundum regulam) ergo meliori iudicio semper relinquitur quid sit de hoc tenendum, quousq; clarius constet: & notandum, quod hic locutus sum de reseruatis peccatis, non de censuris. De censuris enim non est prohibitum ministris committere aliis extra ordinem potestatem ab soluendi & dispensandi, ut patet. Ideo quando expediret, possent committere extra ordinem, & similiter nos de eorum licentia possemus absolui & dispensari per alios extra ordinem, nisi ipsi ubi specialiter per priuilegium, uel per statutum, seu aliis nobis prohibetur, uideatur de hoc in summistis tit. exemptus, tit. excoicatio, tit. religiosus, tit. dispensatio, tit. absolutio, & in compendio sub eisdem titulis, & alibi secundum subiectam materiam, ubi de his latius habetur. Hic enim propter breuitatem sufficit ea tetigisse uel admouisse ut alibi latius perquirantur: Notandum tamen ad prædicta quod in tab. 19. uic. g. habetur quod claustralium seu conuentualium fratre nostri ordinis bene potest confiteri frater de nostra obseruancia, & hoc de licentia prælatorum ordinis. Intra ordinem autem & obseruantiam nostram habetur in tab. 7. uic. g. quod nullus audeat confiteri nisi de licentia sui prælati, & sufficit licentia generalis seu etiam tacita secundum coiter doct. ut potest uideri in summistis, tit. confessio. Clerico autem seculari etiam de licentia prælatorum non nisi in extrema necessitate deficientibus sacerdotibus nostri ordinis, ut habetur in tab. 19. uic. gen. & sup. sape dictum est.

Secundum punctum est, utrum uirtute bullarum cruciatorum uel aliorum priuileg. fratres possunt confiteri & absolui & dispensari per alios sacerdotes a supradictis intra uel extra ordinem a pec-

catis reseruatis & nō reseruatis & à censuris sine licentia p̄r di-  
ctū prælatorū. Ad quod dico primo, quod si cōstat manifeste de  
uoluntate Dom. Papæ quod sic uellet cōcedere facultatē ad p̄r-  
dicta, nūc nullū dubiū esset in hiis: nā cōstat quod possunt hoc cō-  
cedere specialiter & generaliter quibuscumq; Christianis, etiā reli-  
giosis uellet & quomodo uellet, ex quo totū hoc negotiū rāgens  
iurisdictionē prælatorū aut iudicij specialiū eius ordinationi &  
potestati subiicitur secundū cōter dicit. & tunc secundū talē con-  
cessionē eius possent religiosi sicut & alii Christiani confiteri & ab  
solui intra & extra ordinē de reseruatis &c. alijs secundū quod Pa-  
pa illis cōcederet si ut dixi, de hoc manifeste cōstat: sed quia de  
hoc non semper constat, ideo est dubium super hoc.

Secundo dico quod stando in foro conscientia securius es te-  
nere quod per bullas cruciatæ & per alia priuilegia generaliter  
cōcessa omnibus Christianis non intendit Papa quod nos fratres  
min. obseruantæ possimus indifferenter confiteri & absolui à  
quocunq; intra seu extra ordinem à peccatis reseruatis min. pro-  
vinc. & forte nec à non reseruatis. Ratio, quia sic semper declarar-  
uerunt omnes Pontifices præcedentes, Six. 4. I. n.c. 8. Alexan.  
6. Iullius 2. Leo 10. quod I. in suis bullis quantūcumq; generaliter  
sonarent quod oēs Christiani etiam religiosi quicurq; n endican-  
tes id possint, declararunt quod non poterant sed neq; de ipsis  
fratribus min. obseruantæ intendebant p̄fati Pontifices le qui.  
Ne per tales bullas daretur occasio relaxationi disciplinæ regu-  
lari, prauaq; libertas: incentiuumq; peccatorum, pronitasq; ad  
liberius peccandum. Quæ oīa sequuntur ex p̄dictis bullis quo-  
ad religiosos plusq; quæ ad teculares, ut patet experientia: ut ex-  
pressè hoc dicitur a p̄fatis Pontificibus ut patet folio. 6. in lib.  
ordinis, per Inno. 8. aperię hac omnia dicuntur, & per Six. 4. &  
fiss. 48 per Leonem 10. Clare dicitur quod per tales bullas & li-  
bertates dissoluitur religio occasionaliter, & quod earū p̄a textu  
fratres ad illicita prohibentur, quodēq; ideo nobis declarant pro-  
hibitum, nē s. eis utramur aut uirute earum possumus absolui, nisi  
de licentia nostrorum prælatorum, s. min. provincialium. Quod  
sin illicet credendum est uelle & intendere emesalios Pontifices  
& successores, quod s. per tales bullas non intendunt concedere  
nobis p̄fata licentiam generalem cōfitendi, maxime dñe refer-  
mat in dissolutionem religionis. Non enim est credendū quod

uellent concedere bullis in obseruantæ relaxationem: ex quo id  
facere nō possent p̄fati Pontifices cu n bona conscientia tanq;  
dissipatores Ecclesiastice officii, si ipsi essent satis informati de re  
laxatione ordinis q; ex p̄dictis bullis subsequitur. Ideo cū  
eis hoc non constet quando tales bullæ a' eis impenetrantur gene-  
raliter pro omnibus Christianis (quod si constaret nō est creden-  
dū quod sic culpabiliter concederent) sequitur quod saltē quo  
ad nos in foro conscientia quoad p̄dicta sunt subreptitiae, uel  
quod pro nobis noluerunt tales bullas concedere ut dictum est:  
quantumcumq; generaliter de omnibus sonare videantur. Clau-  
sula enim generalis debet interpretari & limitari secundū ius di-  
uinum & etiam humanū, neq; debet extendi ad ea quæ quis non  
esser uerisimiliter concessurus in specie, si cōstat ei oīo de causa  
& de aliis incoauientibus, maxime in materia aliqualiter & par-  
tim odiosa quæ militat contra ius coē, qualis est in proposi. urest  
eoī regulā iuristarum utriuscumq; iuris. Imo dato sed nōdūm con-  
cesso quod Papa intēderet quod fratres possent accipere tales bul-  
las, non possent uirute earum absolui de reseruatis min. prouin.  
secundū regulam, nisi id Papa specialiter aliter exprimeret. Itaq;  
de hoc constaret, & ratio est licet in p̄fatis bullis concedatur ac-  
cipientibus eis quod possint absolui ab omnibus etiam reseru-  
atis Papa hoc non sufficit pro casibus secundum regulam mi. pro-  
vinc. quia ut habetur in cap. quod translationem de officio dele-  
gati, in istis exorbitantibus & prohibitis non sit extensio de-  
uino casu ad aliud, etiam per maioritatem rationis, quis bene pos-  
set dici quod huc cap. quod translationem non sat sufficit ad rem,  
neq; casus secreti sunt ex regula reseruati ministris, utsup. i. q. di-  
ctum est. Prædictis tamen non obstantibus dicendum est, quod si  
Papa bene informatus de p̄dictis concederet aliquando ta-  
lem bullam pro aliquo seu aliquibus religiosis nostris specialiter  
seu etiam generaliter, ita quod probabiliter constaret Papam sic  
uelle saltē in pro illa vice ut absoluerētur oīo, tunc bene possemus  
secundū tenorem bullæ absolui sicut s̄pē contingit quādo ce-  
lebratur cap. g. Papa concedit specialē au toritatē toti ordini, ut  
possint oēs se in absolu ab oīis reseruatis à sacerdotib; ordi-  
nis & nunquām concedit quod se per generaliter toties quoties  
quando cumq; id possint, neq; quod extra ordinem confitentur.

Etsimiliter credo quod possimus semel absolu*i* intra ordinem ab omnibus etiam reseruatis, quando Papa propter specialem necessitatē ecclesiae praecepit seu statuit quod oēs Christiani confiteantur seu ieiunent & orient & recipiant sacramentū Eucharistiae infra tot dies, & ad hoc melius faciendum concedit auctoritatē confitendi cuilibet & absoluēti à quocunq; etiam reseruato &c. ut in nostris temporibus aliquoties concessum est, quia tunc credere quod nos etiam possumus intra ordinem cōfiteri & absolu*i* ab omnibus etiam reseruatis, semel tantum intra illud tempus secundum tenorem bullæ seu iubilei: quia sic credendum est Papam uelle in illa generali concessione iubilei, & de aliis simile iudicium habeatur. Et ad prædicta omnia facit quādam constitutio declarativa facta. in c. g. Burdegalen. anno Dom. 1520. ubi sic habetur. Ut fratribus iuxta regulæ puritatem maior recipiendi sacramētū p̄cūnitiaz tribuatur occasio. Reuerendiss. pater min. g. tam quo ad fratres, q̄ quo ad moniales reuocat omnes gratias, facultates, confessionalia, indulgentias & quaslibet literas sub quacunq; forma uerborum, etiamā sede Apostolica concessas, siue uigore bullæ cruciatæ uel fabricæ sancti Petri de urbe, aut qua rumlibet confraternitatum pro quanto sunt in præiudicium cassum ministris reseruatorum, declarando esse contra sanctissimi Domini Papæ uoluntatē, tam fratres q̄ sorores uti præfatis gratiis quoad cōfessiones fæciendas de casibus prædictis, aut contra ordinis instituta absq; licentia generalis aut prouincialis min. quouis modo sit etiam irritum & inane, quicquid alias fuerit attentum, & hoc uigore cuiusdam breuis præmissoriū declaratorii ab Alex. 6. olim concessi, & breuis specialis Leonis 10. Reuerendiss. patri min. g. missi, & in hoc cap. publicati, ha cibi. Et cū prædicta sententia concordat collector cōpendiit, cruciata in fine, q̄uis alii stando in rigore literarū bullarū ut sonant generaliter dicant op̄positū, quod s. de facto Papa uult quod fratres possint accipere & uti prædictis bullis, tum quia sic litera bullarum sonat aperte, tum quia consultus hiis temporibus Papa super hoc respondit, & similiter commissarii bullarum auctoritatē Papæ ad hoc habentes, modo Papa id culpabiliter uelit & intendit, modo non, tamen de facto id uult, ut dictum est. Sed primum uidetur securius in conscientia, quis in foro exteriori judiciali forte aliud dicit posse.

sit stando in sonitu literæ tamē. Sed quia in hiis agitur corā Deo ideo uniuscuiusq; conscientia conuenit ad limites rationis & definitionemq; religionis, uideat quomodo se dubio quis expōnat: in dubiis enim tuior pars est eligenda. Attendaq; religiosus uir quod tales bullæ sape extorquentur, eaturq; commissarii ut reciperent suam pecuniā accumulatius. Declarare aliquando pos sunt & forte cōtingit id quod sicut Papa & nō somniauit: & uellet quod omnes etiam nondum nati bullas acciperent darentq; pecunias quodq; iam corruit in platea ueritas à facie pecuniae & mortua est sine confessioñe, ac perinde sine absolutione. Ideo cōsulendū est ne quis temere exiliat gremium statutāq; suæ religioñis, necq; transgrediatur terminos quos patres sui poluerunt ad religionis & definitionem & conseruationem. Nā & summus Pontifex qui est cōdicator s̄cipium religionis rationabiliter agens, mauult religionem sibi cōstare, q̄ per huiusmodi bullas ab eo extortas dissipari. Sed & de prædictis qui plura & latius uidere uoluerit, legat in prædicto compendio tit. cruciata, & tit. absolutio. quia ibi de hiis. Prædictis tamē non obstan. Leo. 10. fff. 49. concessit specialitet ordinis nostro quod fratres nostri prædicatores & alii etiam fratres quando sunt extra conuētum & non possunt habere copiam sacerdotes nostri ordinis, quia nō habent socium confessorem, possint confiteri peccata sua alteri religioso alterius ordinis uel presbytero seculari, & hoc dum modo fiat sine fraude & dicant prælatu suo, hæc ibi. Pondera limitationes: & notandum quod hic non loquitur de casibus reseruatis, necq; datur maior potestas q̄ si ab alio confratre ordinis simplici sacerdote absoluētur. Notandum etiam quod min. g. & prouincialis in cap. g. & prouincialibus possunt declarare utrum à tali concessione & ab aliis similibus uiuæ uocis oraculo tantū concessis, fratres debeat cauere & non ut ea, ut habetur in compendio tit. priuilegia fratrum, s. 26. Notandum etiam an iam tute fratres possint uti tali concessione, ex quo quandocunq; id sciunt prælati ordinis prohibent & puniunt utētes ea contra ipsorum prohibiciones, quia & nolunt concedere licentiam ad id.

IV AE S T I O      I I I I .

Quæritur quot & qui sunt casus coiter seu generaliter in toto ordine reseruati min. prouincialibus, & quæ sit p̄ cena absoluētis ab eis sine auctoritate.

ctoritate uel commissione supra dicta. Respondeo per tuo puncta, Quorum primum est, Casus manc coiter in toto ordine reter uati min. prouiciabas sunt 14. qui sequuntur.

Primus est peccatum inobedientie contumacis quod est quando quis tria monitione praemissa factis congruis interuallis per diem, naturale, s. per uiginti quatuor horas inobedies perseverat.

Secundus, peccatum detentionis proprietarie quarumcunq; rerum, quod est quando fratres aliqui nolunt libros uel res alias usui suo concessas concedere alteri fratri, uel non permettent nisi renientes & iniusti res & huiusmodi a praelatis sibi auferri. Nam qd tales sunt in tali aio seu a tali preparative uoluntatis quod ad praeceptum praelati non concederent neque permetterent nisi iniusti seu coacti auferri, sunt in peccato detentionis proprietarie interioris, & quando exterius defenderent, resisterent seu abscondenter a praelatis, tales res sunt in peccato detentionis proprietatis exterioris, ut habetur declaratum in cap. g. Fontinaciano Dom 1457. celebrato, ut patet in tab. 3. uic. g. Similiter est peccatum detentionis proprietarie ut elicitar ex expositoribus suis per regulam sexto capitulo ut patet ex dictis supra sexto capitulo & questione septima, quanto aliquis frater habet aliquam rem scienter & uoluntarie sine licentia aut contra uoluntatem praelatorum & ea in deuinciam tali animo, ad suum usum, seu a faciendo de ea ut dominus illius, dando, uendendo, comitando, seu alias quomodolibet distraheat seu disponendo. Ex quibus patet quod fratres qualiquando alicubi abscondunt seu deponunt apud aliam personam libro, tunicas, seu alia quaecumq; suppellectilia quibus utitur cum tali aio ne uideantur & ne tollatur per suos praelatos quando uisitari cellas fratrum seu ipsos fratres, ut uideat quid habent fratres subdit, tales inq; fratres sic abscondentes sunt in peccato detentionis proprietarie reseruato ministro provinciali. Quod si quis abscondet et ali quid non quid tamquam uibilem, aut non aio carendi tali re, sed potius ne confundatur si praelatus sciat aut uideat talē rem liberi ab eo, ut pote si abscondit quis cibos aleas, seu chartas lusorias quas habet, ne si deprehendatur ad suam confusionem, aut si abscondit literas in quibus continetur aliquod secretum quis dinnolum, quod non uult sciendi a praelato. Similiter si abico ad sermones quos ipse fecit, ne aliquando

sciantur a praelato eorum fabricæ &c. huiusmodi, tunc quis forte aliquan lo sit peccatum aliud gulæ, avariciæ spiritualis, inobedientiae aut alterius turpitudinis, non ta nec credo quod sit peccatum hoc proprietarie detentionis rerum ex quo tales res non absconduntur ut res, sed potius ut secretum culpabile seu non culpabile seu ut instrumentum suæ confessionis, seu ut non confundantur, aut puniatur, aut non deprehendantur peccata sua seu secreta eorum. Non aut ut res alicuius ualoris in se ad usum ipsius. Ideo tales abscondentes ex quo non faciunt neque peccant contra præceptum aut uotum pauperatis in hoc sequitur quod non incurrit peccatum reseruatum proprietarie detentionis rerum: quis aliquando aliud peccatum ex hoc incurrit, ut dictum est.

Tertius, peccatum seu lapsus carnis tam secum quecum alia persona quacumq; & quomodocumq; commissum, ut uidetur aliquibus sicut de pollutionibus cum leipso factus hic includitur quando interueniunt tactus uel motus corporales enormes. Reliqua de tactibus impudicis, enormibus & quibus infra in §. casu dicetur.

Quartus, sollicitatio uel incitatio ex circa scientia ad peccatum carnis, & hoc quomodocumq; fiat ideo siue fiat per literas amatorias seu requisitorias inducentes ad peccatum carnis tacite uel expresse, Siue fiat per nuncium seu alium, siue per ueiba, per signa uel per frequentem uisitationem, per dona, aut munuscula quomodocumq; ergo fiat, si fiat scienter & cum intentione determinata inducendi illam aliam personam quacumq; ad peccatum carnis committendum cum ipsomet inducente seu cum alia, seu pro alia persona: itaq; quod hoc non faciet ipse nisi ad tam finem, est sollicitatio ad peccatum carnis reseruatum. prouinciali. Similiter ut uidetur aliquibus qui seipsum sollicitat seu incitat per tactus aut motus obsecros cum voluntate libidinosa cum proprio deuenienti in pollutionem sui ipsius tantum, quamvis non subsequatur ipsa pollutio sui ipsius ad peccatum carnis cum seipso tantum: & similiter est calus reseruatus sicut sollicitatio alterius ad peccatum carnis, sed & aliis uidetur, & mihi, & rationabiliter quod lapsus carnis & sollicitatio ad peccatum carnis intelliguntur reseruari in tertio & quarto casu, quando sunt cum secunda persona: quando uero secum, in quinto casu sequente.

Quintus

Quintus tactus quicunq; impudicus & enormis cum quacunque persona etiam cum seipso factus. Et notandum quod ut sit reseruatus istud peccatum requiritur quod sit tactus, non enim sola uisio seu loquutio etiam enormis est reseruata, nisi sit sollicitatio determinata facta ad peccatum carnis ut dictum est. Requiritur secundo sit tactus impudicus. i.e. libidinosus seu luxuriosus factus cum animo delectandi. Nam si fiat talis tactus leuiter sine tali animo libidinoso, sed ex familiaritate, ex consuetudine proximae, aut ex ludo, aut ex alia leuitate, dummodo non sit perfecte libidinosus uoluntas, non est casus reseruatus, quia nondum est tactus oio impudicus. Requiritur 3. quod sit etiam enormis talis tactus impudicus: enormis in q. i. ualde notabiliter impudicus. Ita quod ipsa statim fronte notabilem insuetam communiter & magna animi impudicitiam libidinosam q; uoluntatem in carnali delicatione talium tactuum praesertim seu ostendit talis tactus. Sicut dicitur enormous iniuriosa læsio illa quæ est & magna extraordinaria notabilis. Ideo quicunq; sit tactus impudicus si non sit etiam enormis: id est, notabilis, ordinaria & magna & impudicitia tactus non est reseruandus quis sit mortal is: & bene Gaietanus secundus Tho. 2. 2. q. 54. art. 4. probat contra Martinum de magist. lib. de temperatia, q. de luxuria, quod tales tactus libidinosi sunt mortales non tamen reseruati, si non sint enormes, quia expresse dicitur quod est reseruatus tactus impudicus & enormis simul, ut dictum est.

Sed dubium est in quo stat & quomodo agnoscetur praedicta enormitas seu notabilis impudicitia tactuum praeditorum? Respondeo multi multa dicunt. Mihi tamen saluo semper meliori iudicio diligenter uidetur quod tam ex ipso genere actus impudici, q; ex aliis circumstantiis, potest & debet considerari enormitas seu notabilitas iniuria & læsionis enormis, ut habetur in summis, tit. enorme. Ideo tactus impudicus dicitur enormis aliquando ratione personæ, utpote si mas in mare libidinosos tactus quicunq; exerceat. Aut si quis in seipso, etiam si non perueniat ad pollutionem, etiam si non cum intentione deueniendi in pollutionem fecerit, uoluntarie tamen cum plena deliberatione praedictos tactus aut motus libidinosos. Notentur particulæ, quia cum quis semidormiens non habens plenam deliberationem, neq; plenum

num iudicij rationis: illusiones has patitur, seu facit praedictos motus aut tactus, q; iis forte peccet habens aliquale iudicij rationis, nō tamē credo quod mortaliter peccat, & per consequens non incidit casu in reseruatum, etiam si deueniat in pollutionem. Videatur Martinus de reperatia, in q. de pollutionibus, & q. de ebrietate. Et Adrianus in 4. in materia de Euch. ubi agit de impedimento pollutionum, & Gerson in tract. de pollutionibus qui omnes exactius hanc materiam pertractat. Tales ergo tactus impudici de liberati facti à mare in mare uel cum seipso, uel etiam si fiant cum matre uel filia carnali ratione personæ, sunt enormes, & notabilē impudicitiam extra ordinariam extra naturam aut contra naturam habentes. &c. Item ratione loci possunt esse enormes, utpote si religiosus mulierem cōtresteret seu pertrahet in locis inhonestis, utpote in pudendis, cruribus &c. huiusmodi. De osculis autem & aplexibus à facie ad collū tantum, aliquibus uidetur quod etiam sint enormia, ali quibus non. Mihi autem uidetur quod non sunt enormia ratione loci, possant tamen esse enormia ratione alterius circumstantiæ modi, & froris, temporis, aut &c. ut infra dicetur per singulas circumstantias discurrendo. Item ratione circumstantiæ si nis possunt esse enormes, utpote si religiosus mulierem osculetur libidinote, seu pertrahet quod non docunq; cum intentione pertrahendi eam, sic per tactus paulatum incitando ad peccatum carnis, maxime si tali incitatio per oscula & tactus sit notabilis in se. Ratio, quia hoc uidetur potius pertinere ad sollicitationem ad peccatum in carnis super diu in reseruatum. Item ratione circumstantiæ modi, utpote si frater libidinote mulierem osculetur seu pertrahet, modo tamen obsecans aut insolito, utpote incumbendo alter super alteri, seu alii auctores litates immixtæ, &c. quas ipsa uoluptas afluens, nec fas est scribere seu explicare. Itē ratione circumstantiæ te nooris, aut locis sacri, aut scānali &c. ut uidetur aliquibus, utpote si religiosus indutus uestibus sacris, seu tempore quo ministrat sacramentum euch. aut si publice & scandalose coram multis ita libidinote osculetur seu pertrahet mulierem aliquam quod nullo colore posit rationabiliter libidinem suam publicam excusare seu palliare, tunc credunt etiam esse notabiliter turpes & enormes tales tactus impudicos seu libidinosos, etiam si breuiter fiant, si tamen sunt & liberatae, ut dictum est. Et ubi cunq; aliqua praedi-

Etarum circumstantiarum concurrit in tactu libidinoso seu impudice facit eum esse enormem & reseruatum, ut dictum est. Secus ubi est tactus impudicus sine aliqua praedictarum circumstantiarum, ut quando religiosus tangit seu tenet manus mulieris etiam cum animo delestandi ibidem tantum, aut quando eam simpliciter osculari, ut coiter sit inter homines, aut amplexatur etiam animo ibide delectandi libidinose ut dixi, quis de per accidēs & præter intentionē sub/equatur inde aliqua pollutio secreta in aliquo ipsorum: nō est enormis neq; reseruatus tactus ille impudicus & mortalis, dummodo non adminisceatur aliqua praedictarū circumstantiarū & dummodo non faciant in intentione se uel mulierē prouocandi ad lapsum carnis, quia si aliquid horū admiscetur, tunc est etiam euormis & reseruatus, ut dictum est. Sed notandum quod quando in praedictis casibus fuerit dubium, an talis tactus sit enormis ex talis circumstantia an non, hoc iudicare & determinare pertinet ad eum qui habet auctoritatem absoluendi à tali casu reseruato, qualis est min. prouinc. quia generaliter ad eum pertinet determinare in dubiis super aliquo casu ad quem pertinet auctoritas absoluendi seu dispensandi super eo, & cui committitur principale committitur & accessorium, ideo Guardiani quibus hoc committitur coherēt à provincialibus deberent esse instructi super hiis uel habere declarationem à ministro provinciali, seu à capitulo generali, provinciali, quia forte aliqui eorum sunt minus docti in hiis uel q; eorum subditi, & caueant ne in manifeste euormibus peccatis iudicent non esse enormia: aut econtra, quia seipso & alios in tali iudicio manifeste errore deciperent.

Sextus casus est, furtum rei notabilis, seu frequenter iteratum. Res notabilis dicitur casus argenteus, crux uel aliud notabilis ualoris, attentis debitiss circumstantiis: furtum etiam frequenter iteratum etiam si sit de rebus parui ualoris est casus reseruatus, ut pote quando quis est assuetus furarrhodie unum quid etiam uile, & cras aliud & huiusmodi. Nam frequentia aut quantitas est circumstantia qua sepe mutat specie peccati de ueniali in mortale, ut de his latius potest uideri in Angest. in moralibus, ca. 8. & Hadria in .6. quol. art. 2 & in 7. quoli. art. 2. & alibi secundū cōmuniter doct.

Septimus casus est, iniectione manuua uiolenta in quancunq; personam.

personam. Et notandum quod in quancunque personam clericum sive secularem fiat talis infectio uiolenta taliter quo dicitur peccatum mortale, est casus reseruatus tale peccatum, ut hoc declaravit Reuerendissimus misstr. gener. frater Vincentius Lunel in cap. prouinc. proximae Castellae, cum toto simul Cap. prouinc. anno Do. 15. 37. & expressius habetur in consti. generalibus antiquis 7. cap. & sic habetur in spec. ffif. 16. sed si talis iniectione uiolenta fiat in personam ecclesiasticam quancunq; ultra peccatum mortale reseruatum, ut dictum est, incurritur excoicatio à iure reseruata Episcopo uel Papa, si sit enormis, ut patet in summist. tit. excoicatio. Sed in ordine nostro talis excoicatio ex uo constitut. g. ut habetur in constit. Barchinon. cap. 6. reseruatur custodi uel Guardiano, si custodis pœnitentia infra diem naturalem minime posset haberi, aut uicario Guardiani, si custodis uel Guardi. pœnitentia infra triduum non possit haberi. Hoc aut tam priuilegium q; statutū intelligitur de iniectione atrociori uel subditi in prælatum, hæcibi. Sed notandum quod si guardianus habet à ministro prouinc. commissionem ratione officii guardianatus absoluēdi non solum à casibus reseruatis, sed etiam ab excoicationibus ( quod ex literis guardianatus constare potest ) tunc potest absoluere à praedicta excommunicatione ( etiam non expectato predicto temporis interuallo ) similiter & uicarius guardiani in eius absentia sicut à casibus reseruatis potest statim absoluere non expectato præteruallo, ut sup q. 2. dictum est. & hoc maxime est uerum in foro consc. nam in foro exteriori forte non esset uerū pro quanto hoc esset in præiudicium iurisdictionis custodii aut guardianorum qui nō debent se inuicem conturbare in suis officiis secundum eadem statuta generalia Barchinon. & forte minister provincialis non intendit guardianis cōmittere præfatā suā auctoritatem in præiudicium custodium, ut dictum est, saltem in foro exteriori. Ideo ubi habentur custodes oportet de hoc informari quomodo talis auctoritas per ministrū provincialē commititur quo ad sententias. Nam si quo ad sententias nihil commititur, sed sola in quo ad peccata seu casus reseruatos, tunc non est dubium. Nam itandum est predicto statuto Barchinon. quo ad sententiā prædictā excoicationis pro iniectione uiolenta,

**F**thoc nisi habeatur aliud priuilegiū, uirtute cuius Cuard'. ex suo officio sine ulla alia commissione possint absoluere ab illa & ab alia excoicatione: quod ideo dico quia iam habentur multa priuilegia uirtute quorum possunt nostri prælati, s. min. g. prouinciales & cust. absoluere suos subditos, etiā hospites ad eos declinantes ab omnibus excoicationibus & aliis censuris, præter q̄ à quibusdam ibidem exceptis: & est dubium an talibus priuilegiis possint uti etiam Guardiani sicut & possunt priores conuentuales & eorum praesidentes fratum ordinis prædicatorum. Imo & uidetur probabilius quod sic possunt uti, ut de hoc latius habetur in compendio. & similiter in multis festiuitatibus anni possunt fratres uirtute multorum priuilegiorum absoluiri ab omnibus excoicationibus (exceptis quibusdam expressis) per quem curi q̄ confessorem potenter absoluere à peccatis. Ideo tunc saltem in foro conscientiæ, nō est opus recurrere ad cust. uel ad Guar. uel ad alii superiorē pro absolutione à praedicta excoicatione, etiam si supio iniectione atroci uel subditi in prælatum, ex quo in præfatis priuilegiis non excipitur, de quibus omnibus videatur in compendio ubi sup. Notetur aut̄ hic quod uirtute præfatorum priuileg. nullus frater potest absoluiri à peccatis seu casibus reseruatis min. prouinciali, quia sic saepe declaratum est per prælatos ex parte Papæ: quodq̄ sic Papa intendit utsup. q. 3. dictum est, sed solum possunt absoluiri à censuris & lucrari indulgentias secundum prædicta priuilegia, saltem in foro conscientiæ. Ex quibus patet quod quamvis quis sit absolutorius ab excoicatione-prædicta pro iniectione uolenta in personam ecclesiasticam modo sit absolutus in toto conscientiæ modo in foro iudiciali publici, remanet ligatus ut absolutatur in foro cōsc. sacramentaliter à casu reseruato mi. pro. pro pecato prædicta iniectionis. ideo oportet auctoritatem mi. priu. habere ad id sicut & ad absolutionem aliorum peccatorum reseruatorum, utsup: dictum est.

Octauus casus est, falsum testimoniū in iudicio factum, quod intellige modo sit pro modo contra aliquem tale falsum testimonium, quia ex quo ius non distinguit sed simpliciter dicit quod falsum testimonium in iudicio factum est casus reseruatus minist. prouin. ergo nec nos distinguere debemus.

**N**onus casus est falsa criminatio in infamia cuiuscunq; ubi nectandum

randum quod sit casus reseruatus requiritur quod sit criminatio & infamatoria cuiuscunq; i. quod falso imponat aliquod crimen i. peccatum mortale notabile dignum correctione publica, seu quod communiter cedit in infamiam committentis illud, utpote si quis frater falso diceret de alio fratre ordinis nostri quod forniciatus est, uel quod uidit eum habere uel accipere pecuniam manibus propriis contrectando polyticæ, uel quod est proprietarius, uel quod furatus est aliquid notabile &c. huiusmodi, quia intra nostrum ordinem talia crimina sunt digna correctione publica graui, & sunt infamatoria, licet & sint apud seu inter seculares. Similiter si de aliquo seculari aliquis frater falsa diceret quod est furatus tale quid notabile, uel quod peccauit contra naturam, &c. huiusmodi. Credo quod quis ex tali falsa criminazione infamatoria dese, ut dictum est, non sequatur infamia illis de quo dictum est tale crimen, utpote quia audientes non credunt tali fratri infamanti, credentes eum falso ex odio contra alium id dicere: quod nihilominus est casus reseruatus, etiam si extra iudicium id dicat, seu falso infamare alium prædicto modo conetur: quia ut sit casus reseruatus, sufficit quod tale crimen sit infamatorium & falso impositum alicui ut dictum est, quamvis cognoscatur tunc uel post falsitas infamantis, seu quis ei non credatur, & ex hoc non sequatur actualiter infamia, sufficit ad casum reseruati quod quantum in se fuit falsum crimen in infamia, cuiuscunq; scienter dixit, seu imposuit, ut diximus: quod si non falso quis crimen uerum quantum cunq; infamatorium dixit de aliquo, & quantumcumq; infamia sequatur. Similiter si non dixit scienter sed leuiter seu inaduententer, ita quod non peccauit mortaliter sed solū uenialiter, falsum crimen infamiam cuiuscunq; dixit. Similiter si non dixit crimen infamatorium, sed crimen aliud quantumcunq; mortale & falsum & falso & scienter dixit, quod tamen non est infamatorium inter tale genus hominum, quibus & de quo dicitur tale crimen: utpote si de uno seculari concubinario dicatur quod cum una alia fornicatus est & huiusmodi, tunc in quoconq; isto rū triū casuum non est casus reseruatus, quamvis sic dicendo seu infamando peccet aliquando mortaliter, aliquando uenialiter talis frater, qui aut sit casus reseruatus requiritur quod frater dicat crimen falso de aliquo, & quod sit infamatorium: & quod sic scienter aut sic leuiter aut

aut inaduertenter dicat illud quod sic dicendo , aut sicut leviter dictum non retractando ut debite potest , peccauerit mortaliter , nam ut supra quæstione prima , dictum est , nullus est casus reseruatus nisi sit peccatum mortale , ex se seu ex circumstantia quacunque seu etiam ex sequela debita prouideri & caueri sub mortali , ideo cauenda est lubricitas linguae , & de his latius uideri potest in summissis , & pulchrius in Hadriano in undecimo , quod libello , in quarta sententiaru , ubi agit de restitutione famæ , seu si mauis & in quodam nostro tractatu detractatione & denunciatione ibi omnia distinctius compagimus .

72 Decimus casus est , compositio uel projectio aut publicatio libelli famosi i.e. infamatorii : per libellum autem famosum intelligitur omnis scriptura seu charta continens in se aliqua mala notabilia in infamiam seu maculam notabilem alicuius uel aliquarum personarum , quæ quidem mala non sunt alias publicata , seu quæ non possunt legitime probari . Neque qui componit proiicit aut publicat talem scripturam uult ea probare , sed solum uult ea probare tacendo suum nomen , & diuulgando per scripturam prædicta mala , & talis scriptura auctor seu compositor & adiutor ad componendam . Similiter & qui proiicit seu ponit talem scripturam seu libellum infamatorium in aliquo loco ut alii legant & uideant . Si militer qui inuentum talem libellum maliciose ostendit aliis seu publicat , omnes isti incurruunt peccatum reseruatum . Et aliquando contra tales est etiam excoicatio per statuta prouincialia alicubi inficta & à iure coë est excommunicatio ipso facto Papæ reseruata contra facientes libellos famosos contra ordinem nostrum minorum & prædicatorum , ut potest uideri in summis titulo excommunicatio .

73 Undecimus casus est , falsificatio sigilli cuiuscunq; personæ notabilis : per personam notabilem intelligitur ois persona indignitate quam cunq; ecclesiastica seu laicali , de quo uideatur sum. tit. dignitas , tit. persona . An autem tabellio seu notarius publicus censeatur persona notabilis seu dignitatē laicalē seu ecclesiasticā in nostro proposito habere , crederem quod sic , ex quo in scripturis seu sigillis est habens præcellentiam super alios ad fidem faciendam in foro contentioso , & sic large comprehenditur sub nomine dignitatis seu

tis seu personæ notabilis . Per sigillum aliqui intelligunt etiā subscriptiōne seu sigrum quodcumq; cum nomine subscribitis ad fidem faciendam delcripturis : & ratio , quia utrumq; s. sigillus , & subscriptio ordinatur ad idem , si ad fidem faciendā ergo utriusq; falsificatio eadem ratione prohibetur & reseruatur , & placet mihi Ergo falsificatio , id est , sigillatio seu subscriptio , aliquarum literarum false facta sub nomine alicuius personæ notabilis supradictæ est peccatum , reseruatum ministro prouinciali , ut dictum est . & insuper incurrit talis falsificator alias pœnas secundum statuta generalia ordinis , ut habetur in constitut. generali Barchinon , quod quicunque frater per se uel fer alium sigillum uel literas prælatorum uel principum , generalium , uel prouincialiū ministri , uel uicariorum eorundem , uel aliorum notabilium personarum falsificare præsumperit , si legitime fuerit deprehensus carceri mancipetur , quod si falsificauerit sigillum uel literas ministri generalis seu eius vicarii , non liberetur à carcere sine speciali mandato eiusdem ministri generalis uel vicarii generali s.

Duodecimus casus est , quando accusati seu visitati inquirunt scienter de nominibus ipsos accusantium . Nisi quando accusatus de criminis petit à prælato accusantium seu testimoniis nomine ad se excusandum sibi reuelari , notentur uerba : & insuper si tales accusati inquirentes sunt uicarii prouincialiū custodes uel guardiani , ultra peccatum reseruatum tenentur iejunare infra 6. menses decimaquinta diebus in pane tantum & aqua , sine dispensatione ; & per superiorum debent cogi ad id faciendum .

Decimustertius casus est , releuatio nominum accusantium seu visitantium accusatis uel aliis nescientibus scienter facta , nisi quando de crimine accusati ad excusationem suam petierint à suo superiore accusantium & testimoniis nomina sibi reuelari , notentur uerba . Et insuper superiores generales uicarii custodes & guardiani , si reuelando contra fecerint , nec non & subditi accusatores eorum reuelantes eisdem prælatis tenentur iejunare quindecim dies , ut supra , & debent cogi à superioribus ad id ultra peccatum reseruatum ministri prouinciali , quod incurrit , ut supra dictum est .

Decimus

Decimus quartus casus & ultimus, est quando quis deponit eodem aliquo prælato uel visitatore false ac scienter de aliquo criminis causa aliam fratrem, uel ad hoc faciendum aliam personam inducit aut reuocat false, seu ad reuocandum in tunc quod uere depositum erat. Notentur particulae, Notentur etiam quod non potest talis à prædicto casu reseruato absolui priusq; satisfacta prout sibi possibile fuerit in forma secundum quam deposuit uel reuocauit, s. publice: si publice, uel occulte, si occulte depositum uel reuocauit, & insuper debet incarcерari si de prædicto criminis conuictus fuerit, quia sic habetur expresse in statutis g. Barchinon. cap. 6. ibi uideatur, & habentur ibidem omnes casus reseruati su prædicti. Et q; iis oī n aliis casus reseruati habebantur, Nunc autem coeteri in ordinis soluū habentur 14. supradicti, ut dictum est.

Secundum punctum principale quo ad absoluentes à sapradi eti seu aliis reseruatis est. Et dico primo quod quicunq; ex certa scientia absoluere præsumperit à prædictis seu aliis casibus reseruatis sine auctoritate sibi commissa, ut su. q. 3. dictum est. Similiter qui scienter procurat absolui à talis sacerdote non habente commissione peccat mortaliter uterq; & insuper nulla est talis absolutione: patet ex dictis & dicendis quod si non scienter sed ex ignorantia ueniali id fecerūt excusantur à mortali peccato sic absoluendo seu absolutione procurando à prædictis, tamen ipsa absolutione nulla, ut dictum est & dicetur. Secundo dico quod quicunq; frater ex certa scientia præsumperit absoluere de prædictis primis unde cum casibus reseruatis seriatim positus est ipso facto suspensus à confessionibus audiendis, nec restitui potest nisi per min. prouincialem. Et quicunq; in hoc uiciosus fuerit deprehensus seu legitimate cōuictus, pena carceris est puniendus, ut habetur in constitutio. g. Barchinon. cap. 6. Absoluens autem à tribus ultimis casibus reseruatis sup. positis non incurrit prædictam suspensionem secundum prædicta statuta generalia Barchinon. sed bene alias penas carceris, et in prædictis statutis g. habetur etiam sic. Si quis autem ausus fuerit affirmare quod quilibet sacerdos possit absoluere à peccato super quo non habet communiam auctoritatem & maxime de prædictis (s. undecim primo positis in principio primi puncti præcedentis) & correctus reuocare non uerit tanq; errās & subuersor carceri mancipetur, hæc ibi. Sed postea in cap. g. sequentibus est prædicta

prædicta pena quo ad omnes casus reseruatos indistincte aliter posita & aggrauata. Nam in cap. g. Burdegalen. anno Domini, 1520. celebrato, habetur in tab. sic. Qui ausus fuerit absoluere uel affirmare quod possit quis absolui à casibus ministri reseruatis etiam occultis & secretis super quibus non habetur specialis auctoritas, pro prima uice priuetur auctibus legitimis: pro 2. carceri mancipetur, hæc ibi. Et in tab. cap. g. Carpen. anno Domini 1521. celebrati postea sic habetur. Afferentes quod quilibet confessor potest absoluere à quibuscumq; casibus etiam reseruatis & secretis. Si militer absoluentes ab eis, pro prima uice auctibus legitimis sint priuati, & si fuerint recidiui, carceri mancipentur, hæc ibi. Et sic patet quod huic statuto est standum quod oēs casus reseruatos sine uilla differentia, quis in spec. fff. 16. aliter dicatur secundum constit. g. Barchinon. supradictas, quia forte tunc nondum erat celebratum prædictum cap. g. ubi est aliter dispositū quoad hoc ut dictum est, unde si concederetur custodibus & Guardi, quod possent sibi reseruare casus aliquos, iam absoluens ab eis sine commissione sibi facta incideret in præfatas penas secundum cap. g. Carpen. nisi aliter in alio cap. g. disponeretur. Sed semper absoluens nihil facit & absolutio est nulla & peccat mortaliter si scienter absoluat & absolui procurat, ut superius dictum est, & ut patet ex dictis sup. q. 2. secundum Alex. 6. & q. 3.

Tertio dico pro declaratione prædictarum & aliarum penarum ipso facto infiſtarum, quomodo debeant intelligi, dico ergo quod in cap. g. Carpen. supra dicto sunt reuocatae, quia ibi sic habetur ordinatum, quod s. pro serenitate conscientiarum fratrum Reuerendissimus pater mi. g. una cū suis cap. gen. suspendit quassat & irritat omnes & singulas priuationes & censuras à suis prædecessoribus forte per sua statuta uel capitula generalia lata, quæ præiudicium possent fratrum aut sororum animabus inferre, hæc ibi. quomodo ergo debent intelligi seu infligi, dico quod in cap. g. Burdegalen. anno Domini 1520. celebrato sic habetur, Ordinatar pro conscientiarum fratrum quiete quod multæ poenæ quæ ipso facto infliguntur in statutis generalibus de cætero intelliguntur sic infligi quod s. cum primum ministro aut prælato de perpetratōe propter quod poena infligitur constiterit, tenetur indispesabiliter poenam taxatā fratri delinquenti SS infligere

infigere, hæc ibi. Sed quia ibi non satis hoc est dilucidatum, ideo tandem in cap. g. Assisi anno Dom. 1526. celebrato sic habetur. Declaratur quod ubi cunctis in statutis gene. uel particularibus taxatur pœna incurra ipso facto, in talem pœnam nullummodo incurrit nisi post declarationem factam a prælato. Prælatus autem non declareret delinquentem commisisse factum pro quo pœna erat imposta ipso facto nisi per rei cuidetiam uel legitime de crimine constituerit. Post declarationem tamen in huiusmodi reus ipso facto in pœnam uenit imposta sine noua impositione hæc ibi. Et haec declarationi seu statuto est standum quo ad omnes pœnas ipso facto per quæcunq; statuta ordinis impositas seu imponendas, quarum executio requirit actuū hominis, ut est priuatio uocis & actuum legitimarum incarcera. &c. secus quoad pœnas, quartū <sup>hæc</sup> executio requirit actuū hominis, ut est constitutio, su spetio, irregularitas, uel huiusmodi. Et quead censuras ipso facto impositas per ecclesiā uel per Papam, seu per ius comune die quod debent intelligi quod incurrunt eo modo quo etiam modo secundum coiter doct. alii Christiani eas incurront, ut de hoc potest uideri in summis, præcipue Silvestri titu. excoicatio. s. in 4 notabili, & tit. pœna, q. 25. quantum attinet ad propos. quis Silvestri. tit. excommunicatio s. ubi sup. cum Felino & supple. teneat quod potius sit standum dispositioni concilii Basiliensi. q Constantien. quod communiter non tenetur, ut bene Adrianus in 4. in mat. de clauibus art. 3. dicit cum aliis summis. Tamen id non est multum ad nostrum propositum, sed ideo tetigi ne uideter omnia dicta Silvestri, probare ex eo quod ad ipsum remitto lectorem. Quoadea enim quæ necessarium propositum tangunt, bene loquitur Silve. in locis supra allegatis. Similiter & alii summiſtae, s. quo ad censuras ecclesiasticas ipso facto inflatas quo modo debeant intelligi.



V A E S T I O V. Quæritur utrum ad cautelam possimus etiam de referuatis & aliis absolui, & de pœnitentia cum misericordia imponenda, salua semper fidelitas signilli confessionis, & an regulariter layci possint esse prælati. Respondeo per tria puncta. Quorum primum est, quod Sixt. 4. ut ab aliquibus resertur, de quo non tamen constat in aliquo libro ordinis hucusq; impresso, concessit nobis quod possimus absolu-

soluti ad cautelam: sed in lib. firmamenta trium ordinum in 2. parte tract. 1. fo. 8. habetur quod Sixtus 4. concessit nobis posse absoluere ad cautelam, sed certe ibi solū uidetur quod loquitur & conceditur in illo casu speciali, quod si illi fratres tunc præsentes absoluenter ad cautelam ab excommunicationibus incurris propter receptionem locorum. Et notandum, quod absolui ad cautelam est, quod dubitatur rationabiliter an quis posset absolui per talē facerdotem, utpote quia dubitatur an sit casus referuatus, uel an sacerdos possit illum de illo absoluere ex quacunq; alia causa, quia tunc si uera est præfata concessio, concessit Sixtus ubi sup. quod possimus licite absolui & hoc est absolui ad cautelam s. ualeat quantum ualere potest. Sed postq; constituerit quod non potuit absolui quis forte teneatur procurare absolutionem rite faciendo per eum qui potest absoluere, quia prædictus absolutor ad cautelam solum ualeret ad hoc quod dum manet dubium prædictum non teneatur quis statim saltem quantum est ex præcepto ecclesiæ seu humano, recurrere pro absolutione ad eum qui rectitudinaliter potest absoluere, sed potest cum tali absolutione facta ad cautelam celebrare & cōmunicare Eucharistiam contritus quousq; ut dictum est, sit de suo dubio rationabiliter certificatus, apponendo debitam diligentiam ad certificationem prædictam habendam. Potestetiam probabiliter dici quod non tenetur amplius reconferiri ex quo in tali casu concepsum est sibi ualide absolui. Et quis in hiis sit magna difficultas inter doct. quomodo hoc ualeat & quo ad multa quæ hic tanguntur, quæ omnia in 4. sententiarium in materia de confessione & de clauibus dist. 17. & 18. à doct. latius tractantur, tamen prouincia ista sufficient. Neq; enim omnia ubiq; pertractanda sunt.

Secundum punctum est, quod pro refutatis peccatis publicis pœnitentia imponenda est quidem iuste, sed & misericorditer à quo cunctis imponatur talis pœnitentia publica in facie ecclesiæ, quia sic suadet regula dicens (cum misericordia iniungat illis pœnitentiam) quod licet ex uirginitate non sit obligatorium, sed instrutio consilium & admonitio: tamen ex iure Diuino & naturali est obligatorium, ut si caueatur ita crudelis & præsumptuosa punitione seu aliis uicioſa interior & exterior: quis ira per zelum moderare & debite sumpta sit laudabilis, ut de hoc habetur in Bona

## C A P V T VII.

uent. Hug. Bar. Pis. 7. cap. & alibi sacerdos apud communiter doct. quia in ipse puniente & in ipso punito seu penitente talis ira & con- turbatio i. impedit charitatē, patientiā & alias uirtutes & inducit p̄cidentē ad desperationē & alia peccata. Similiter & multo ma- gis est cum misericordia imponēda p̄cidentia sacramēta lis sacra mentaliter pro peccatis reseruatis occultis, & hoc dese patet. Imo & est fideliter agendum ita ne ullo modo in pr̄iudiciū sigilli con- fessionis fiat aut imponatur p̄cidentia, aut aliquid aliud tunc aut post fiat, quia ageretur contra ius naturale & diuinum & huma- num. Ideo ut habetur in serie. conf. q. 88. & q. alphab. litera I. se- cundum etiam Barth. Pis. 7. cap. quando recurrunt ad mini. seu ad alios pr̄elatos pro absolutione à reseruatis occultis, non debet de loco ad locum tales fratres mutare, uel retrahere eos à promo- tionibus quas essent habituri uel dure eis loqui, seu se dure postea cum eis habere, seu alia facere per quæ directe uel indirecte talis frater infametur, uel de eis suspicetur alii quod aliquid graue ocul te commiserunt, propter quod sic à pr̄elatis tractantur. Sed de hiis uideatur in summistis tit. confessio, ubi de sigillo confessio- nis agitur.

Tertium punctū, quod quamvis in principio ordinis propter raritatem sacerdotum layci poterant esse pr̄elati aliquando, ta- men regulariter non expedit eos esse pr̄elatos, sicq; tenēsi nunc & seruandum est, ut ait Bonavent. & Bar. Pis. 7. cap. quia pr̄elati habent ex officio & ex priuilegio curam animarum, & au- cto- ritas absolui principaliter pertinet ad sacerdotes ex uicario & pr̄e- lationis prefatæ, quia omnia nō bene quadrare possint nec conuenire laycis si essent pr̄elati, & multa alia inconuenientia contra sacramentū confessionis s̄æpe possunt inde prouenire. Ideo iam regulariter layci non possunt esse pr̄elati. Imo & in tab. 5. min. g. habetur quod layci coram Papa in cap. g. appro- bante, sunt inhabilitati in toto ordine ad officia ordinis in tab. 6. uicarii generalis habetur quod layci non fiant commissarii, & de laycis multa habentur in compendio titu. layci fratres, ibi uideat qui uolent.

De

# De electione generalis milie NISTRI HVIVS FRA- ternitatis, & de capitulo Penthecostes.

## C A P V T VIII.



Niuersi fratres vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habe- re generalem ministrum & seruum totius fraterni tatis, & ei teneantur firmi- ter obedire. Quo decedente, electio suc- cessoris fiat à ministris prouincialibus & custodibus in capitulo Penthecostes: in quo prouinciales ministri teneantur sem- per in simul conuenire ubiunque à gene- rali ministro fuerit constitutum. Et hoc se- mel in tribus annis, uel ad aliū terminum maiorem uel minorē, sicut à pr̄dicto mi- nistro fuerit ordinatum. Et si aliquo tem- pore apparceret uniuersitati ministrorum prouincialium

prouincialium & custodum prædictū ministrum non esse sufficientem ad communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres quibus electio data est, in nomine Domini aliū sibi eligere in custodem. Post capitulum verò Penthecostes ministri & custodes possint singuli ( si voluerint & eis expedire videbitur ) eodem anno in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum conuocare.



Otandum secundum expos. sine tit. 8. cap. quod ut habetur ex Aristot. in Polyticis, inter omnia genera regiminum melius est regimen quod sic est monarchicum, quod etiam cum illo omnes aliqualiter comparticipant, sicut membra capitis cum suocitate, quod regimen habet Deus in mundo utens causis secundis, & habet etiam illud ecclesia ubi Papa, alioqui praefati gubernant eam: & hic etiam ex regula habendum in nostra religione decernitur. Ideo hic agitur de min. ge. & prouinc. aliorum prælatis, & de capitulis ad eorum electiones destitutions & substitutiones oportunitatis. Sumuntur autem omnia ex euangelio. Nam illud uniuersi fratres unum de fratribus istius relig. teneat semper habere g. mi. &c. sumitur ex ioā. 10. fiet unum ouile & unus pector. Et Math. 19. Magister uester unus est Christus. Ne per oppositum dicatur illud Luc. ii. Omne regnum in se diuisum desolabitur, &c. & nomen ministri, ex Math. 20. Qui maior est uestrum erit min. uester. Et Luc. 22. Ego in medio uestrum sum, sicut qui iniiciar. & seruū totius fraternitatis, ex Math. 20. & Luc. 22. ubi

ubisupra. Cui teneatur firmiter obedire, ex 10. 5. & 6. Descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et notandum quod in hoc cap. sunt tria obligatoria ex uirginale distincta ab aliis obligato iis ex regula. Quorū 1. est, uniuersi fratres unū de fratribus &c. Secundū, quo decederet, electio successoris fiat. Tertiū est, & si aliquo tempore appareret uniuersitatis &c. ut patet ex declara. Clem. 5. quia ubi ponitur Ly. (teneantur) est habens uim præcepti uirtute regulæ, utsu. ca. 1. q. 1. ideo ad maiorem omnium declarationem ponuntur 4. quæstiones subseuentes.

Vniuersi fratres unū de fratribus &c. quo decederet electio successoris &c. Et hoc semel in tribus annis &c.



V A E S T I O I. Quæritur an sit nobis obligatoriū habere generalem min. & per quos eligendus & quomodo, ubi, seu quando, & qui tenentur ire ad cap. generale?

Respondeo per tria puncta. Quorum primum est. Omnes fratres min. tenemur ex uirginale habere unicum tantum mi. g. tanq caput totius ordinis. Ratio huius est, quia sic expresse dicit regula præceptoriae ( uniuersi fratres unum de fratribus &c. quia unicunq; habetur ly. (teneantur) habet uim præcepti secundum declarationem Clem. 5. ubisup. cap. 1. q. 1. & in hoc non est dubium. Sed quomodo intelligatur, dico quod intelligitur negatiue & positivue. Negatiue quidem adhuc sensum, quod non habeantur plures mi. g. ne sit biceps religio & monstrosa si duo capita & que generalia & principalia haberet. Esset enim causa Chrismatis & divisionis, ut Luc. ii. Omne regnum in se diuisum desolabitur &c. & sic glossant Bonavent. Hug. & Bart. Pif. 7. cap. Positiue etiam adhuc sensum, quod si. tenemur habere unum mini. genera. tanq caput ordinis totius, ne nostra religio acephala sine capite uno principaliori. & hunc sensum etiam dicunt prædicti expositores, & etiam omnes alii coiter, & expresse regula id dicit ut patet ex regula ipsa. Et notandum quod debet esse frater professus de nostra religione

religione prædictus mi. g. Non enim possumus alium habere in min. gen. quia regula expresse sic dicit. Notandum etiam quod illud quod dicitur quod uniuersi fratres teneantur ad habendum min. gene. prædictum, intelligitur sic, s. quod ministri prouinciales & custodes & alii quibus conuenit eligere minist. tenentur ad id, eo modo quo infra dicetur. Item si ipsi quibus conuenit elige re præfatum minist. general. noluerint aut prætermiserint eligere oportune & debite ex causa odii, ambitionis, & aut ex alia causa negligerent notabiliter & culpabiliter eligere, tunc omnes fratres tenentur quantum in se est, ut commode poterunt, procurare quod fiat prædicta electio ministro generali, seu quod habeatur in ordine min. g. per electionem aut alio modo debite institutus a Papa uel ecclesia, uel alias ut oportet, sicut in obligationibus omnibus communibus quodammodo deficiunt illi quibus conuenit satisfacere tali obligationi communi, tenentur quilibet alius ut communiter dicunt dict. in 4. sententiarum dist. 26. super illo Genes. i. Crescite & multiplicamini, & sicut communiter dicitur quod omnes Christiani tenemur unicum uerum Papam uicarium Christiani habere in terris &c. Sic in proposito de unico generali, habendo, ut habetur in expos. sine tit. & etiam inuenitur in expositione sanctorum patrum cap. 8. Illud autem quod dicitur in regula, cui s. min. generali tenentur fratres firmiter obedire, quis sit obligatorium ex regula, quia tamē includitur in alio obligatorio, ut infra 10. cap. q. 2. habetur: Vbi dicitur quod omnes tenentur obedire suis prælati, Ideo hoc non computatur inter obligatoria regulae distincta ab aliis, sed hic breuiter pertransitum regula de obedientia min. g. tangit, quia ipsi est obediendum fortius minusq; q; cæteris prælati ordinis tanq; capiti summo totius ordinis. Et decedente uno ministro generali a suo officio per mortem naturalem uel expirationem officii sui, uel aliis quomodo libet cessante ab officio suo, similiter sub eadem obligatione regula tenentur fratres procedere ad alterius electionem seu procurare quod min. g. in ordine habeatur, ut dictum est, & dicetur: quia regula dicit, quod uniuersi fratres teneantur semper habere g. mi. &c. & quo decedente electio successoris fiat, &c. ubi notandum, quod tunc min. gen. erat perpetuus, quod Bonavent. fuit mini. gen. 18. annis, & alii, ut habetur in memoriali ordinis, ideo dicit, quo

quo decedente, decedere enim est à uita.

Secundum punctum est, per quos est eligendus min. gener. & quomodo. Respōdio, quod per minist. prouinciales & custodes, ut expresse ait regula, quo decedente electio successi fiat a ministr. prouincialibus & custo, sed qui intelliguntur nomine custodum dic quod olim intelligebantur, ut sonat uocabulum prælati illi qui sunt custodes custodiarum supra guardianos, & sic ex uo regulae accipitur uocabulum: & de istis custodibus, unus tantum de qua libertate prouincia habens uocem aliorum ueniebat ad capitulum g. & a electionem ministri gen. ut patet in declarationibus regulæ & const. g. &c. Nunc autem à tempore Leonis 10. anno 1517 in capitulo generalissimo Romæ celebrato, ubi ministeriatus fuit ad nostrā obseruantia à conuentualibus translatus, magisteriatus autē ad conuentuales datus, ut patet in bulla unionis ff. 2 & ff. 33. ubi datus est modus elegendi min. g. & prouinciale, & celebrandi capitulū g. &c. ibi decreta est quod nomine custodis quo ad præsens propositum attinet intelligatur & appelletur ille qui olim dicebatur discretus discretorum prouincialis electus, in capi. prouinciali ut discretus ad capi. g. & quod alii custodes prælati nil auctoritatis in electione mi. g. habeant. Sicq; nunc obseruatur, ut etiā habetur in speculo ff. 10. quomodo autē debeat fieri electio mi. g. a prædictis mi. prouincialibus & custodibus secundū diuersitatem temporum uariantur statuta & modus electionis. ideo nil certum de hoc tradi potest. Sed pro temporū uarietate stetur statutis & consuetudinibus currentibus & ualentibus. hoc tamen notandum quod prædicti min. prouinciales & custodes qui modo prædicto intelliguntur & censemur noīe custo. quoad præsens propositū electionis mi. g. tenetur ex uo regulae eligere prædictū min. g. quia ipsis præcipue ex regula conuenit talis electio, & ex consequenti præfati custodes sicut & min. prouinc. tenentur ex regula semper ad capitulum generale conuenire, quis diuersi modetenentur. Nam ut habetur in speculo fff. 17. custodes præfati directe non tenentur semper ire ad capitulū generale, Sed solū min. prouinciales, quia de ipsis tantum min. prouincialibus directe & expresse ait regula (in quo prouinc. min. teneantur semper in simul conuenire &c. indirecte autem, & per quandam consequentiam tenentur præfati custod. sicut & min. prouinciales

les conuenire ad cap. g. Pro quanto. s. si oportuerit fieri nouam electionem propter mortem vel absolutionem min. g. tenentur ad hoc sicut & min. prouin. ex regula, ut dictum est, quod. s. elec<sup>tio</sup> min. g. aut successoris fiat a min. prouin. & custod. supradictis. Et quia in quolibet capi. ge. inquirendum est de sufficientia mi. g. Ideo ad omnia cap. g. tenentur i.e. præfati custodes, & ultra præceptum regulae est insuper præceptum Papale & præceptum cap. g. sape in ipsis cap. g. quod præfatim min. prouin. & custod. uadant ad cap. generalia iub grauissimis penitentias, nisi sint valde rationabiliter excusa i propter infirmitatem aut alias, de quibus uideantur multa priuilegia Leonis. io. ubi sup. & multæ tabulæ cap. g. super hoc. Sicq; hoc est obligatorium ex regula quod. s. præfati mi. prouinc. & cust. supradicti eligant min. g. quodq; ipsis præcipue ex regula conuenit potestas eligendi mi. g. quis etiam aliis possit hæc potestas dari per Papam, seu de auctoritate, quod que præfatimi. prouin. & custod. tenentur ex regula conuenire ad omnia cap. generalia, ut dictum est. Modus autem celebrandi præfata cap. g. & prouinc. & eligendi mi. g. & pro. & eundi ad præfata cap. relinquitur ordinatio Papæ & cap. g. ut diximus.

Tertium punctum est quando debet eligi min. g. & cap. g. celebrari ex uir regulae, & dico quod nunq; debet eligi min. g. nisi in cap. g. cap. aut generale nunq; nisi in festo Pentecostes potest celebrari ex uir regulae. Probatur, quia expresse dicit regula quod electio success. fiat a min. prouin. & custod. in cap. Pentecostes in quo teneantur conuenire &c. quod est obligatorium ex regula secundum Clem. s. quia dicitur, in quo. l. cap. Pentecostes neantur semper insimul conuenire ad electionem min. g. ut dictum est. Ideo habetur in constitu. Martini s. cap. 8. & in expositione sanctorum patrum, & Hug. Bar. Pif. 8. cap. & in aliis expositonibus coiser, quod ministro generali dececedente non statim debet fieri electio nec cap. gen. sed in Pentecoste tantum. Nam extra cap. g. quod solum in Pentecoste potest celebrari, min. g. non potest eligi, nec deponi; & insuper ait expos. sine tit. ca. 8. quod tunc proprie dicitur cap. g. quando fit in Pentecoste a prædictis electoribus & pro electione vel absolutione seu depositione min. g. principaliter celebratur, unde prædicti electores non habent plene uim cap. g. nisi quando in Pentecoste conueniunt.

niunt ad cap. g. praesente ministro generali aut de eius consensu, seu auctoritate ipsius alibi existentis, aut nisi pro electione, absolutione, seu depositione ipsius mi. g. conueniunt in Pentecoste ad præstatum cap. g. celebrandam. Vnde in statutis generalibus Burgen. anno Domini 1532. habetur quod quis mi. g. possit mutare locum cap. g. non tamen potest tempus mutare. Ideo inuolabiler in Pentecoste celebretur, & fiat electio aut depositio, & omnia alia quæ facienda sunt, etiam si plures, uocales non uenerint, etiam si ipse min. g. aut commissarius non uenerint. Sed uota absentium suppleantur, & eligatur unus qui præsideat cap. gen. uideatur ibidem & alibi latius de hoc. Si autem min. g. moriatur ante cap. g. Pentecostes, quis debeat interim regere ordinem loco eius, iam de hoc habetur prouisum in statutis ordinis, ibi uideatur.

Et si aliquo tempore appareret vniuersitati ministr. prouincial. & custod. prædictum ministrum non esse sufficientem.

**Q**V A E S T I O II. Quæritur an min. gen. insufficiens ut necessario absoluendus seu deponendus & alius ei substituendus, & per quos, & ubi seu quando, & quomodo?

Respondeo per duo puncta, quorum primum est, min. gen. insufficiens est necessario ex uir regulae absoluendus seu deponendus per supradictos min. prouinc. & custodes, quibus electio data est, & per eosdem est alius min. g. substituendus vel eligendus. Et hæc omnia non nisi in capitulo generali Pentecostes fieri possunt, probatur quod ministr. genera. insufficiens est deponendus &c. quia expresse dicit regula, & si aliquo tempore appareret uniuersitati &c. quod habet uim præcepti, ex quo ibi dicitur quod teneantur ad id min. prouin. & custod. supradicti in quest. præcedenti. Ad eosdem enim pertinet absoluere vel deponere min. generali, ad quos pertinet ipsum eligere ex regula; & notandum quod discussio seu examinatio de insufficiencia min. generali &

eius depositio & alterius ele<sup>s</sup>tio non nisi in cap. gen. Pentecostes fieri potest secundū cōmuniter expositores, ut dictum est su<sup>i</sup> inq. 1. in 3. punc<sup>to</sup>. & quo dicitur, si appareret uniuersitati mi. provincialium & custodum prædictum min. nō esse sufficientem &c. nō quòd nomine uniuersitatis intelligitur hic illa maior pars uocalium quae secundum statuta ordinis sufficit ad deponendum & eligendum mi. g. de qua in statutis ordinis uideatur, quis secundum ius coē uniuersitas dicatur maior pars medietate uocum ut etiam dicit expos. sine tit. & quatuor magistri cap. 8. & quòd dicitur quòd teneantur alium eligere in custodem, intellige. i. ministerium generalem ( ut aiunt coiter expositores ) Nam olim nomen custodis usurpabatur pro guardianis & mi. g. & prouincialibus: & similiter nomen custodiæ pro prouin. etiam accipitur, ut ut hic dicitur infra, post cap. uero Pentecostes &c. in suis custodiis &c. ut ait Hug. & expos. sine tit. & quatuor magistri, & Bar. Pis. 4. & 8. cap. quod ideo s<sup>e</sup>pē in regula fit uocando. s. prælatos omnes nomine custodum, sicut & infra 10. cap. nomine ministrorum omnes prælatos intelligit regula dicens, obiiciant suis ministris &c. ut non secundum nomen dignitatis prælati glorientur & extollantur, sed potius secundum nominis ueritatem præsent & non in solo nomine, sed in rei ueritate consona suo nomini & statui euangelio suo gregi prouideant fratribusq; ad salutem ministrent, ideo nomen dignitatis subtitetur, nomen autem actionis officii imponitur min. cust. & guar. & concordat Hug. 4. ca. & in apologia fol. 176. latius de hiis. Vbi etiam habetur quod est notandum q; curialiter per solam substitutionem successoris regula dicens (teneantur aliam sibi eligere in custodem) insinuat absolutionem mi. g. præcedentis, ut hoc ipso doceatur quòd quanto trāquillius & reuerentius hoc fieri potest, fiat talis absolutio seu depositio, hæc ibi.

Secundum punctum, causæ propter quas min. g. censeri debet insufficientis & deponendus seu absoluendus est, sunt præcipue citca duo attendendæ. Primo quidem quando esset in sufficientia personæ seu quo ad seruicium fratrum ratione infirmitatis seu alterius importunitat<sup>is</sup>, propter quam non posset debite uisitare quæ uisitanda essent personaliter, nec exercere commode suum officium. Secundo quando ad communem utilitatem fratrum esset insufficientis

insufficientis, utpote si esset onerosus fratribus in expensis, aut si careret notabiliter aliis necessariis conditionibus quas mi. g. debet habere ad suum officium debite exercenda, de quibus habetur in libro conformitatum conformitate 12. cap. 32. Sicq; propter has duas causas generaliter tenentur prædicti mi. & custo. deponere mi. g. & alium eligere in cap. g. Pentecostes, ut dictū est, & hoc innuit regula dicens prædictum mi. esse insufficientem quoad servitium, ubi innuitur prima causa & communem utilitatem fratrum ubi innuitur 2. causa supradicta: & concordant coiter expositores, ut patet in Bar. Pis. 8. cap. & in sere. cons. q. 93. & expos. sine tit. 8. cap. ultra prædicta ait, quòd plus est dicere ipsum non esse sufficientem ad seruitium & coēm utilit. fratrum. q; si solū regula diceret absolute ipsum non esse sufficientem. Illud enim primum plus includit. Includit enim sufficientiā discretionis, sanctitatis, roboris & omnium aliarum conditioniā ad tale officium requisitarum & expedientium, & hoc nō qualemcunq; sed solū quantum exigit ordinis prosector & utilitas, hæc ibi. Vnde & in apologia defensoria obseruantæ fol. 176. habetur, quòd etiam insufficientis prælatus est qui est notorius suæ regulæ transgressor, uel iuris diuini, uel constitutionum, uel qui tandem est notorie criminosus, seu scandalosus, & hoc est uerum tam de mi. g. q; pro uinciali, custo. & guar. q; etiam de quocunq; prælato, qui datus est in ædificationem. Notandum etiam secundum expo. sine tit. quòd quis aliqui dixerunt quòd pro nulla alia causa à prædictis potest mi. g. absolvi, tamen melius dicitur secundum alios coiter doct. & rationabilius quòd potest min. g. absolvi ab officio propter alias causas, utpote si ipse instanter peteret gratiam absolutionis, quia sic potius est consentire suo uoluntariae cessioni, q; ipsum deponere. Similiter si ipse promoueretur ad aliquid aliud sibi uel ordini uel ecclesiæ utilius, & loco ipsius prouideretur ea que utili, Similiter ex aliis causis rationabilibus potest cedere officio, sicut & coiter aut s<sup>e</sup>pē contingit.



IV AE S T I O      III I. Quæritur an mi. gene. possit contra statuta cap. g. aut supra & econtra. Similiter de potestate commissarii generalis.

Respondeo, primo dico secundū quatuor magistros & Hug. octauo

ostauo cap. quod id quod fuerit de consensu superiorum & inse-  
riorum ordinis in cap. ge. generaliter ordinatum & per Papam  
approbatum, in iis maxime in quibus est ordinatio seu limitatio  
potestatis, & in hiis qui tangunt regulæ puritatem (ut hoc specia-  
liter haberetur in sere cons. q. 90. & constitu. Martinis.) Non po-  
test infirmari per solum mi. g. sine assensu cap. gen. & hoc maxi-  
me est uerum secundum (expos. sine tit.) quando constat quod  
talium statutorum mutatio non est relata arbitrio min. gen. si-  
ne praefato assensu ca. generalis. Et ratio huius est, quia ex hoc  
quod absolut. min. generalis ut dictum est, manet in iudicio &  
potestate cap. g. arguitur quod regula præponit capitulum ge.  
ipsi ministro generali, ideo plus teneatur cap. g. q. min. gen. ut ait  
præfata expos. sine tit. Vnde in tab. 5. min. g. & in Hug. 7. cap. ha-  
betur quod potestas min. g. & cæterorum potest per cap. gene-  
coarctari, patet ex dictis & ex quotidiana practica cap. genera-  
lium. Sed statutum aut præceptum cap. g. aut min. g. neminem  
potest obligare aut arctare contra animam aut cōtra regulam, ut  
patebit latius infra 10. cap. & in libro firmamē. trium ordinum, in  
4. parte fol. 93. habetur quod ad ita per cap. prouinciale & mi.  
g. præsidente non possent infirmari per cap. prouin. sine au-  
toritate min. g. aut Papæ sed durant in perpetuum. Ratio pater, quia  
contra superiorem nō potest inferior. Secundo dico quoad cōmis-  
arios g. quid & quomodo possunt multa habentur in compen-  
dio tit. commissarius, uide etiam ibi tit. gene. tit capitulum g. &c.  
ideo enim hic omittuntur tum causa breuitatis, tum etiam quia  
semper fere uariantur humana statuta.

### Post capitulum verò Penthecostes. &c.

**Q**UÆSTIÖ IIII. Quæritur de electione, depositione  
seu absolutione min. prouin. custod. & guard. & de cap.  
prouincialibus & custo. & de eorum potestate iniucem &  
supra subditos & cōuentus, & an præfati oës sint prælati & an ele-  
ctus teneatur prælationem acceptare? Respondeo per quinque  
puncta, quorum 1. est, ex uirgulæ nihil obligatorium habetur  
quo ad electionem mi. prouin. cust. & guard. & celebrationem  
cap. prouinc. & custod. Sed solum hoc relicum est dispositioni  
Papæ

Papæ uel ecclesiæ & statutorum ordinis, patet, quia quod dicitur  
in regula, post capitulum uero Penthecostes, ubi agitui de cele-  
bratione cap. prouin. & custod. Non est obligatorium ex regu-  
la, scilicet instructio, ergo uideantur statuta ordinis quo ad hæc  
omnia & ipsis stetur. Nam quia uariantur quotidie, ideo nill cer-  
tum de eis tradi potest.

Secundum punctum est, quod uocales cap. prouin. possunt &  
tenentur deponere min. prouinc. insufficientem, si aut cap. gene-  
potest deponere min. g. in sufficientē ut sup. q. 2. dictum est. Ra-  
tio, quia secundum Bonavent. & habetur etiam in supradicto tra-  
ctatu defensorio obseruantiae. Mos regulæ est de similibus simi-  
lia dare intelligere & minoria in maioribus implicare. Item ius na-  
turale dictat membrum inutile amputandum. Similiter ius canonici  
cum id decernit, & tandem Leo 10. in bull. unionis fff. 30. sic dicit:  
Poterunt tamen intra suum triennium præfati min. prouin. à suis  
cap. prouin. quæ secundum regulam & consuetudinem celebra-  
buntur, si minus utiles inuenti fuerint, ab officiis prouin. absoluvi;  
& idem iudicium de custodibus per omnia habeatur, hæc ibi. & in  
tab. 10. Vic. g. habetur quod extra cap. prou. nō potest mi. pro-  
prouinciam dimittere aut renunciare. Nec min. g. extra cap. pro.  
potest prædictam renunciationem recipere, aut quod de alio pro-  
uideatur mandare, cum hoc habeant fieri in cap. prouin. hæc ibi.

Tertium punctum est, quod prædicti prælati non se debeant  
conturbare in suis officiis, sic s. quod min. prouin. non se intro-  
mittat aut destruat ea quæ pertinent agere ad officium custodis  
vel guardiani. Similiter nec superior destruat quæ conueniunt in  
feriori prælato, quia ratio sic dicit, ut corpus religionis debite gu-  
bernetur, & sic habetur in statutis generalibus. Et notandum quod  
quamvis cap. prouin. sit maioris potestatis q. min. prouinc. sicut  
de cap. g. & ministro generali dictum est q. 3. tamen alii fratres seu  
tota prouincia non sunt maioris potestatis q. min. prouin. nisi ut  
dictum est sint in cap. prouinc. Similiter guardianus est maior to-  
to conuentu etiam capitulariter congregato, quia non habet po-  
testatem à conuentu sed à capitulo prouinc. leu à ministro prouin.  
ideo in tab. 10. uica. gener. habetur quod pertinaciter afferens &  
uolens sustinere communitatem alicuius conuentus congrega-  
tan esse maiorem suo guardiano, tanquam subuersor sanctæ  
obedientiae

## C A P V T V I I I .

obedientiae & errâs incarceretur. & de uicariis guardianorum habetur ibidem quod omnino subsunt guardianis, nec possunt habere cap. dum Guardianus est in contractu, & conuentus solus sine guardiano non potest tales uicarios deponere. Neque ipsi uicarii suo uicariatu resignare sine licentia guardiani.

Quartum punctum est, quod mihi g. prouin. & custod. & guardiani sunt & censemur esse ueri praelati & habentes curam animarum, ut spiritualiter de custodibus & guardianis patet in compendio tit. guardianus, ut Clem. 4. & Sixt. 4. decreuerunt ff. 139. Et in statutis ordinis similiter habetur declaratum. Unde & in tab. cap. g. Floreaci anno Domini 1493. celebrati, habetur sic. Declaratur quod nomine praelati intelligitur generalis, prouincialis, custos & guardianus. Ita quod quandocumque in regula & declarationibus summorum pontificum statutis & ordinationibus aliquid continetur faciendum vel prohibendum per praelatum seu praelatos, aut eorum licentia seu concessionem, intelligitur de aliquo prædictorum, qui sunt ueri prælati ordinarii, si non exprimitur alter eorum per quem sit tale quid faciendum prohibendum vel corrigendum &c. hæc ibi. Et concordat Siluest. tit. prælatus §. 2. & summa Ang. tit. delegatus, §. 3.

Quintum punctum habetur in tab. 16. g. quod frater canonice electus & officium prælationis pertinaciter reuens, nisi causam legitimam dederit suo prælato etiam occultam censemur sim pliciter & absolute inobedientis; & ideo puniendus arbitrio sui prælati cum consilio discretorum, hæc ibi. Sed an sit legitima causa, timor probabilis, ne maculetur ex transgressione regulæ multipli ci ad quam fere timet necessitari propter proteruiam subditorum eorumque murmurationes & turbationes, si eis non prouidet guardianus ad uotum perphas & nephias &c. latius uidebitur infra cap. 10. ubi etiam dicetur quod talis prælatus peccat sic acceptando, et multo magis talem prælationem ambiendo seu appetendo, ibi si deatur. De aliis autem tangentibus materiam hanc electionum quærumcunque & capitulorum, uideantur statuta ordinis & consuetudines, quia positiva & variabilia nimis sunt.

De

## De prædicatoribus

## C A P V T N O N V M .



Ratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit contumelictum. Et nullus fratrumpopulo penitus audeat prædicare, nisi a generali ministro huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo prædicationis officium sibi concessum. Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, ut in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad utilitatem & edificationem populi, annuncianto eis uitia & uirtutes, poenam & gloriam, cum breuitate sermonis, quia verbum abbreviatum fecit dominus super terram

VV Notandum

Otandum secundum Hug. 9. cap. quod in hoc cap. sunt tria puncta principaliter. Primum quod fratres prædicantes seruemus pacem cum ecclesiæ prælatis quibus sumus in adiutorium dati. Secundum ut non prædicemus nisi mittamur. Tertium ut prædicando ædificemus. Et ista sumuntur ex euangelio. Nam illud (fratres non prædicent in episcopatu &c.) Sumitur ex Math. & Luc. 10. Qui non suscepint uos exite inde &c. Et illud & nullus fratribus populo penitus aud. præd. nisi &c. Sumitur ex Ro. 10. quomodo prædicabunt nisi mittantur, & Mat. & Luc. 4. ubi baptizatus Iesus & plenus spiritu sancto & post ieunium cœpit prædicare missus a patre. & Luc. 3. ad exemplum Baptiste, super quo factum est uerbū Domini mitten tis ad prædicandum. & illud moneo quoq; &c. sint examinata, &c. infra patebit q. 3. de singulis agendo. s. t notandum quod in hoc 9. cap. solum sunt duo obligatoria ex uirregulari & equipollenti præcepto secundum Cle. 5. ut sup. cap. 1. q. 1. habetur. Quorum primum est, (fratres non prædicent in episcopatu &c.) Alterum est (& nullus fratribus populo penitus &c.) reliqua ab illo loco (moneo quoq; & exhortor &c.) patet quod ex uirregulari solu est monitio & exhortatio, sed multa ibidem contenta sunt obligatoria ex iure naturali, diuino uel humano, ut patebit infra q. 3. Ideo ad maiorem omnium declarationem ponuntur tres quæstiones sequentes.

Fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi cum ab eo. &c.

**Q**VAESTIO. Quæritur ubi & quando & quomodo licitum sit nobis prædicare?

Respondeo per unicum punctum, quod est, Ex uirregulari te nemur abstinere a prædicando in episcopatu alicuius episcopi contra eius uoluntatem, nisi in hoc aliud ecclesia ordinaret: patet, quia expresse regula sic dicit (fratres non prædicent in episcopatu &c.) quod est & equipollens præcepto secundum Clem. 5. & Nich. 3. artic. 6. s. uerum quia expresse &c. dicit quod sic ad litteram obseruetur donec ecclesia aliud super hoc ordinauerit, ergo constat quod ordinationi ecclesiæ tandem est in hoc standum cul-

cui ecclesiæ etiæ ipsam regulā subiectā esse uoluuit B. Pater noster Franciscus, ut de hoc sup. in introductione q. 5. dictum est. Ideo dum ecclesia aliud non ordinaret possent fratres prædicare ubiq; de licentia probabilitate præsumpta episcoporu aut curatorum, & maxime ubi opus esset prædicare, etiam si non sit licentia eorū petita seu obtenta: quia ut ait Bonauen. soluim prohibet regula prædicare in episcopatu aliquo cum ab ipso episcopo nobis fuerit contradictū. ergo de licentia præsumpta quando non contradicitur, licitū est ex uirregulari prædicare ubique, nisi ecclesia aliud ordinet: quia eius ordinationi tandem est in hoc standum, ut dic tum est. Sed quæres nunquid super hoc est aliter ordinatum per ecclesiam? Respōdeo quod sic, nā in Clem. dudum de sepulturis habetur sic statutum per Bonif. 5. & Clem. 5. & iam communiter per ecclesiam est approbatum, ubi sic habetur. Statuimus & ordinamus ut prædicatorum & minorū ordinum fratres in ecclesiis & locis eorum ac in plateis communibus libere ualeant clero & populo prædicare ac proponere uerbū Dei. hora illa dūtaxat excepta, in qua locorum prælati prædicare uoluerint, uel coram se facere solemniter prædicari, in qua prædicare cessabunt, præterquam si aliud de prælatorum ipsorum uoluntate processerit ac licentia speciali, in studiis autem generalibus ubi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis quibus prædicari solemniter consuetuit, ad funera etiam mortuorum & in festis spirituibus sive peculiaribus ipsorum fratrum possint iidem fratres, & liceat eis libere prædicare, nisi forte illa hora qua solet ad clericum ad se generaliter conuocaret, ac ex aliqua ratione uel causa urgenti clericum ipsum duceret congregandū, in ecclesiis autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant uel debeant prædicare, uel proponere uerbum Dei, nisi fratres prædicti a parochialibus sacerdotibus fuerint invitati uel uocati & de i. forum beneplacito & assensu, seu petita licentia fuerit & obtenta, nisi episcopus uel prælatus superior eosdem fratres prædicare mandaret, hæc ibi, & notetur uerba secundū doctores & sumistas: ut prædictor, ubi de hoc latius. Et sic patet quod huic ordinationi ecclesiæ est standū, non curando de aliis priuilegiis ante prædicta constitutionem concessis, & conformiter ad prædicta est intelli-

gendum quod habetur in constitutionibus Martini, .cap. 9. & in serena conscientia, quaestio. 94. refertur quod si nullus frater presumat in alienis ecclesiis praedicare ad scandalum & dedecus ordinis, nisi in hiis terminis ubi pro tempore fuerit constitutum ut in processionibus, quadragesima, & huiusmodi, haec ibi, quia ubi est tale constitutum, iam est licentia praedicatorum ad id si non aperte contradicunt. Ideo tunc licitum est praedicare ibidem, ut dictum est. Quod si quis frater contra praedictam formam Clem. dudum praesumeret in dominibus nostris uel alibi praedicare, esset transgressor mandati ecclesiae praedicti, quod si insuper contradicente episcopo dicecesano & contra praedictam formam praesumeret praedicare, esset transgressor mandati ecclesiae pariter & pracepti regulae supradicti: si uero secundum praedictam formam Cle. dudum quis frater praedicaret in nostris dominibus uel. &c. non pecaret ullo modo etiam si episcopus contradiceret, quia secundum Bonavent. nulli facit iniuriam qui utitur iure suo, & contra licentiam Papae uel ecclesiae non potest inferior contradicere. Regula autem ut diximus, ecclesiae ordinationi subiicitur. Verum tamen si alicubi imminaret scandalum, iam esset cessandum a nostra licentia uel scandalu prouidendum, nihil enim omnino cum scandalu agendum est, etiam si sit alias licitum, nisi etiam scandalum phariseorum, quod est prudenter contemnendum: & similiter & contra praedicta concederetur alicui fratri priuilegium ad praedicandum possit secundum formam priuilegii praedicare, dummodo scandalu prouideatur oio, ut dictum est. Concordant Bonif. 9. in priuile. sacra religionis fff. 118. Et Sixt. 4. in priuile. ad uberes fructus, ffff. 133. usq. ffff. 136. ubi contra oppositum afferentes quod si de licentia Papae non licebat nobis praedicare contra uoluntatem inferiorum, ponit multas censuras. & de hiis potest latius uideri in compendio tit. praedicatorum uerbi Dei.

*Et nullus fratrum populo penitus audeat praedicare, nisi a generali ministro, &c.*



V A E S T I O II. Quaritur an frater min. possit praedicare populo, nisi sit debite missus seu institutus praedicator, & per quem debet, & quomodo institui praedicator? Respondeo

Respondeo per quatuor puncta, Quorum primum est, nullus frater min. possit praedicare populo nisi sit debite institutus praedicator. Ratio, quia regula obligatorie prohibet, dicens (& nullus fratrum populo &c.) quod est aequipollens pracepto secundum Clem. 5. secundum etiam expos. pro quo notandum primo quod hic nomine populi accipiuntur oes extra nostram religionem constituti & maxime seculares, ut ait Hug. 9. cap. secundum aliquos docet. Secundo notandum quod dicitur penitus non audeat praedicare, Ly penitus uidetur intelligendum i. nec palam, neque in suggesto in ecclesia neque in altari sub colore indicendi festa, ergo penitus, i. nullo modo praedicent populo praedicto alicubi intra ecclesiam, nec in foro nec &c. quo non obstante ait Hug. 9. cap. quod possent oes fratres min. tanquam uiri euangeli citam grades quam humiles in uia, in domo, in mensa, & ubique bonis coiter & dicere locutionibus & exemplis id praeципue facere debent, ut etiam habetur in prima regula capitulo septimo & capitulo uicesimo primo.

Secundum punctum, Non solum min. gen. per seipsum extra cap. gen. & provinciale potest examinare approbare & institueret fratres praedicatores ad praedicandum, sed & minister provincialis cum diffinitoribus in suis cap. prouid. id possent, patet quia licet regula expresse solum id concesserit min. prouinc. ut patet, tamen Nich. 3. art. 6. id concessit min. prouin. cum diffinitoribus in cap. prouin. tantum, ut dictum est. Similiter & Grego. 9. in sua declaratione art. 6. similiter & Clem. 5. & Sixt. 4. in mari magno fol. 35. ff. 139. concesserunt, & constit. g. ordinis habetur quod in cap. prouin. & custod. possent praedicti min. prouinci. cum diffinitoribus instituere praedicatores & confessores secularium. Sed notandum quod addit dominus Nicolaus tertius ubi supra quod praefatam licentiam praedicandi possent praefati min. s. generales & provinciales reuocare suspendere & arctare praeditis fratribus institutis praedicatoribus quando & quomodo eis uisum fuerit expedire, & sic post praedictam reuocationem uel suspensionem &c. non poterunt sine peccato transgressionis regule praedicti fratres praedicare. Notandum etiam secundo quod quis dominus Gregorius 9. in sua declaratione dixerit regulam coarctando, quod mi. g. non potest committere ulli absenti hanc suam

## C A P V T   I X .

sciam auctoritatem examinandi & instituendi prædicatores: tamen ut ait Hug. & 4. magistri & Bonauent. 9. cap. bene potest min. g. id committere alteri ex uo sui officii, nisi per cap. g. prohibetur, seu per Papam, quia hoc pertinet ad suum officium ordinare ex regula, ergo potest id alteri committere, nisi ut dictum est, prohibetur. Prædicta autem declarat Greg. 9. quo adhunc articulum iam non ualer, quia est reuocata per Nich. 3. ut supra in introductione quæstiō 6. dictum est. Et cum Hug. concordat Martinus 5. in suis constitutis cap. 9. & habetur in sere cons. q. 95. Sed nullus à prædictis potest hoc facere neq; committere alicui, nisi ut dictum est. Vnde tertio notandum quod in ta. 8. Vi. g. habetur quod extra cap. prouin. uel cust. min. prouin. promouere non possent fratres suos ad præfata officia prædicationis & confessionis secularium, etiam si fuerint commissarii min. g. Sed ipse min. g. per se tantum id facere potest, & in tab. 19. uic. ge. habetur quod iste casus semper reseruatur min. genera. s. promouere fratres ad officia prædicationis & confessionis secularium extra capitulum prouinciale uel custod. & quod nullus facere possit extra præfacta cap. aliquem ad dicta officia promouere ad libitum suum, hæc ibi. Et secundum prædicta omnia limita & intellige Aluarum de planctu ecclesiæ apud sere cons. q. 96. dicentem quod omnino est contra regulam quod alius à min. gen. instituat prædicatores uirtute alicuius priuil. hæc ille. Sed ut dixi in hiis standum est ordinationi ecclesiæ, ideo si Aluarus aliter sentit, non est curandum de eo, quia nimis scrupulose & sine fundamento saepè planctum facit. Tertium punctum, instituendus prædicator de cuius sufficientia ad id munus satis probabiliter constat, non eget examinari, neq; est necessario examinandus de tali sufficientia, alius autem de quo non sic constat, est examinandus ante q; prædicator absolute instituatur: probatur, quia regula expresse dicit quod (nullus nisi fuerit examinatus & approbatus & institutus prædicator à prædictis min. audeat prædicare) & Clem. 5. ubiupra. Similiter & Nich. 3. expresse id dicunt, neq; concedunt regula & declarationes aliter posse institui prædicatores, nisi examinatos & approbatos,

probatos, & similiter expositoris, utpore Barth. Pis. &c. 9. cap. id dicunt, quod si. est necesse esse examinatos instituendos prædicatores, & hoc est uerum quando non constat probabiliter de eorum sufficientia. Nam quando constat de sufficientia in doctrina & aliis requisitis ad id, tunc non est necesse eos examinari, ut de hoc aperte dicunt Bonauent. & Bart. Pis. 9. cap. & habetur in serena. conscient. secundum declarat. Gre. 9. & lano. 4. sed Hug. 9. cap. dicit, quod ex uo regulæ omnes sunt examinati necessario, quia id sic dicit regula. Ratione autem priuilegii prædictorum pontificum Greg. 9. & Inoc. 4. ubi supra, solum sunt necessario examinandi illi qui examinatione indigere creduntur, ut dictum est. quomodo cuncti ergo sit seu ex uo regulæ seu ex uo priuile. hoc te nendum est, quod qui non creduntur indigere examinatione, non sunt necessario examinandi, alii autem sic: & hoc ex uo regulæ, ut dictum est, & facit adhoc. c. nullus i. dist. 24. & ibi glos. ubi habetur quod ignoti tantum sunt examinandi ad sacerdotiam licet ius dicat absolute quod præexaminantur c. d. petro dist. 47. in uers. ignota habetur idem in glossa. Quomodo autem debeat talis examinationis & approbatio fieri de hoc nihil dicit regula, ideo relinquuntur dispositioni prælatorum & constitutionum ordinis. an debeat fieri ante capitulum prouinc. uel nec ipso cap. prouinci. uel alibi prout in ordine fuerit statutum & consuetum. Tamen quo ad hoc & quo ad prædicta omnia in hoc tertio puncto pro eorum maiori declaratione habentur duo statuta generalia, quorum primum habetur in tabu. 8. uic. g. ubi sic dicitur. Ordinatur quod promouendi ad officia prædicationis & confessionis in cap. prouinc. debeat illuc personaliter accedere, & ibidem secundum regulationem examinari, licet prius fuissent in conuentibus à quibus mituntur examinati. Verum tamen in prouinciis, in quibus sunt custodiæ sufficit quod tales fratres promouendi ad cap. custodiale conueniant & ibidem examinantur, & in casu quo uic. prouinc. ibidem præsideret, possit eos ad dicta officia promouere. Si uero non affuerit tunc per diffinitores illius capituli custod. fiat ueri dicta relatio ad capit. prouinciale de prædictorum examinatione & tunc ipsi absentibus possint ad præfata officia promoueri, hæc ibi. Sed postea est aliter statutum, ut habetur in tabula decima nona Vicarii generalis, ubi sic habetur. Declaratur quod fratres

tres multū notabiles in moribus graves, per mini. prouinciales in capitulis conuentualibus examinati & laudabile suæ sufficientiæ patrum sui conuentus testimonium habentes, possint pér eosdem min. una cum diffinitoribus in cap. prou. etiam in eorum absentiā ad officium prædicationis & confessionis secularium promo ueri. Alii uero exāminandi aut promouendi cap. intersint, hæc ibi Ex quibus patet quanta uis sit in hoc, quòd si instituēdi prædicatores debeat præexaminari, ut dictum est. Et notandum quòd non solum debet esse exāminatus quoad sufficientiam scientiæ seu doctrinæ, Sed & approbatus quoad circumstantias, scilicet & morum, prudentiæ & maturitatis & aliarum conditionum ad prædicationem euangelicam assumendam in ecclesiæ ædificationem; & hoc inuit regula dicitur. (exāminatus & approbatus) ut sic idiotæ repellantur & inhabiles alias. Similiter & discholi ut reprobri officio prædicationis habeantur, ut dictum est. Vnde Bonauen. 9. ca. & Mar. 5. in suis const. 9. ca. dicunt quòd nullus debet institui prædicator nisi habeat ætatem aptam sacerdotio uel diaconati, scilicet 25. annum uel circiter, & quòd sit competentis literaturæ uita & moribus cōprobatus, cuius doctrina populus merito ualeat ædificari, hæc ibi. & de hiis latius Bonauent. in sua apologia & epistolis & in concilio Lateranen. ff. 27. statutū est, quòd qui-cunq; prædicator secularis uel religiosus non audeat prædicare nisi prius per superiorem suum respectiue ad quem hoc pertinet sit diligenter exāminatus. in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus, ut morū honestate, etate, doctrina, probitate, prudencia, & uitæ exemplaritate ad illud officium aptus & idoneus reperiatur &c. ut de hiis latius in compendio titu. prædicatores uerbi Dei.

Quartum punctum quòd frater qui non est institutus prædicator, ut dictum est, non potest prædicare cruciatam aut aliud quodcumq; aut quo cum modo, etiam uirtute bullarum. Imo illi qui sunt instituti prædicatores modo prædicto, nō possent prædicare cruciatas discurrendo per terras, etiam uirtute bullarum ipsarum, sine licentia prælatorum ordinis. Ratio, quia Papa non intendit per tales bullas instituere prædicatores eos qui non sunt instituti, ut dictum est, & hoc oēs conceduntur. Similiter non intendit eximere fratres etiam institutos prædicatores ab obedi-  
tia

tia suorum prælatorum, nisi hoc expresse constaret esse de mente Papæ. Sed de hac materia & de cofessoribus secularium, uideatur latius in compendio tit. prædicatores, tit. confessionis, tit. absolutionis &c. secundum subiectam materiam.

Moneo quoque & exhortor eosdem fratres &c.

 V A E S T I O III. Quæritur qualis debet esse prædicationis nostra? Respondeo quod debemus habere quatuor conditiones quas regula monet & hortatur habere, licet alias de iure diuino naturali & humano, sit obligatoriū plures eorum & multas alias habere. Prima ergo conditio est quòd sint exāminata & casta uerba, exāminata. i. non temere prælata nec inaduertenter: ideo ait Bonaue, quòd nūlūs debet prædicare ex improviso, nisi prius se disposuerit oportune & sufficiēter studuerit. Casta, i. impudica nec lasciuia, neque saporem impudicitia habentia. Nec iocosa, nec scurrilitatem sonantia, aut capiētia item casta. id est catholica, non habens aliquid impuritatis erroris aut hæresis, nec saporem eorum. Nec male sonantia, nec suspecta de hæresi aut errore: Nec noua aut extranea doctrina aut uerba, nec uana, secundum illud 2. Corinth. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex synceritate, sicut coram Deo in Christo loquimur. Ex Deo contra falsitatē, corā Deo, permaturitatem in Christo, per intentionis puritatem, ut ait Bonauen. & expos. sine tit. 6. cap. 8. & 2. Timotei 2. formā habe falso uerborum &c. & 1. Timot 6. Deuitans prophanas uocum nouitates. Secunda conditio, ad utilitatem & ædificationem populi ita, quòd non sit prædicatio prætendens fastum aut gloriam humanam, neq; ex corrupta intentione facta, neque ad iactantiam &c. Sed sit utilis, ædificans, & ad hunc finem ordinata, & ut ait expo. sine tit. 9. cap. sit prouida prædicatio & discreta & circumspecta & circumlibrata secundum facultatem audientium utilis & fructuosa, nō inanis & scandalosa. Vnde & secundum consitu. Martini 5. cap. 9. & habetur in serena conf. q. 95. cauendum est ne prædicent fratres aliquas nouitates uel materias quæ uerissimi liter possint uel uideantur scandalum generare, unde in tabula 3. uic. gen.

uic. g. in specu. ffff. 10. habetur, quod secundum quod habetur extra de priuil. & excessibus priuilegiatorum c. religiosi Clem. Religiosis in uirtute sanctæ obediëtia & sub interminatione male dictionis æternæ distinctius inhibetur, Ne in sermonibus suis prælati ecclesiarum detrahant aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia uel accessu, siue pronuncient indulgentias indiscretas, & infra. Si quis horum aliquid attentare præsumperit per duos menses se subiiciat poenæ quæ pro grauioribus culpis seu criminibus secundum regulam & eorum statuta imponi consueuerunt, super quibus absq; manifesta necessitate dispensari cum eis non possit. Quare si quis non modo contra prælatos ecclesiæ uerum etiam contra dominos temporales seu alios quoscunq; nisi in terminis & uerbis generalibus sua uerba indiscrete acriter in gesserit ita quod scandalum indr. seu disturbium iudicio proborum uirorum merito ponderandū fuerit exortū, priuetur officio prædicationis, seu alias iuxta delicti quantitatem debite puniatur: Nec supertiores quibus hanc poenam infligere incubuit dissimilant seu eam infligere disierant, hæc ibi. & in constit. Mart. 5. ca. 9. habetur quod caueant fratres prædicare contra libertatem sanctoræ ecclesiæ, uel personis ecclesiasticis detrahere uel scandalū contra clerum uel religionem aliqua n excitare, aut personā aliquam criminaliter nominare &c. ubi ibidem. Et in concilio Lateran. ffff. 27. mandatur oībus prædicatoribus quibuscunq;, ne detrahant prælati ecclesiæ aliisq; superioribus scandalose, nec corā uulgo & laicis incaute int̄ eranter reprehendant & mordeant, neq; eorum male gesta expressis nominibus uel aperta & manifestare dargutione redarguant, sed quod omnino se habeant secundum præfata n Cle. n religiosi, qui iterum ibidein confirmatur. Et notandum quod in tab. 7. uic. g. habetur ordinatum sic, s. quod nullus frater quoquis modo publice aut priuate audeat dicere seu iustare sibi aliquid reuelatū à Deo nisi euidentibus signis demonstret se à deo missum, sicut Moyses extra de hæreticis ca. cum eo injuncto: contra aut facientes seriose uel aliter dicendo sibi fuisse reuelatū incarceretur & oībus a cibis legitimis & etiam exequitione ordinum sint priuati, nec reuelari possint nisi per mi. g. uel per eum cui ipse specialiter cōmiserit. Item ibidein sub pœna carcoris districte prohibetur, Ne quis præsumat aliquam nouam doctrinam qui eiusmodi friuolas reuelationes redoleat scribere, aut

conficere, aut quoquis modo in ordine aut extra ordinem etiam sub specie prophetæ publicare, ante examinationem & approbationem cap. g. hæc ibi. Et in consti. antiquis Farinerii ca. 6. prohibetur Ne quis audeat approbare uel assicerere scienter opinionem nouā uel qui coiter à nostris magistris reprobatur, Nec opinionem singularem cuiuscunq; suspectā aut calumniabilē maxime circa fidem uel mores audeat defendere, & potissimum à magistris Parisien. reprobata, ibidē habet in ca. g. Assisi, anno D. 1547. celebrato. Et in tab. 7. uic. g. habetur quod nullus prædicator audeat quicq; prædicare quod dubietatē aliquā circa materiam fidei in cordibus audientium ualeat generare, aut scrupulum rationabiliter inducere, oīnoq; abstineat ab oī irreuerētia prælatorū ecclesiæ. Tandē circa hæc oīa in concilio Lateran. ffff. 27. sicut habetur. Mandantes oībus qui hoc onus prædicationis sustinent, uel sustinebunt ut euangelicā ueritatē & sacrā scripturā iuxta declarationē interpretationē & ampliationem doct̄orū quos ecclesia uel usus diuturnus approbabit legendosq; haec tenus recepit & in posterū recipiet prædicent & explanent. Nec quicq; eius proprio sensu contrariū aut dissonū adiiciant, sed illis insistant quæ à præfatis rite & sane non discordant, tempus quoq; præfixū futurorū malorū uel antichristi aduentum uel certum diem iudicii prædicare uel assicerere nequaq; præsumant, cùm non sit nostrū nosse tempora uel momenta, nec alia quæcunq; futura, quām quæ ex literis sacris constant prædicēt. Nec illa à spiritu sancto uel diuina reuelatione se habuisse affirmēt, nec alienas inanescq; diuinationes assuerāda, aut alio quocunq; modo tractāda assumāt. Sed etiam oī creaturæ cū uiciorū detestatione & uirtutū cōmendatione enucleent declarent & pacē & huiusmodi prædicent. Sed si alicui aliquid dominus inspirauerit, uolumus ut lege ordinaria tales assertæ inspirationes, autq; publicēt aut populo prædicentur ex nūc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligātur. quod si sine more periculo id fieri non ualeret, aut urgens necessitas aliud luaderet, tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, ut ille adhibitis secum tribus uel quatuor doct̄is & gratiūbus uiris & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint ut publicentur seu prædicentur.

Si quis autem in huiusmodi prædicationibus miracula falsa aut incerta aut prophanas, qui ex sacra scriptura non constant prædicare, seu episcopis aut eorum superioribus prælatis detrahere ausi fuerint, ultra penas contra tales à iure statutas excommunicationem incurriere uolumus, à qua non nisi à Ro. pon. (præterquam in mortis art. constituti) absoluuntur, & eis prædicationis officium interdictum esse perpetuo decernimus, non obstantibus constitutionibus priuilegiis. &c. hæc ibi. & habetur in compendio tit. prædicatores. Tertia conditio, uitia & uirtutes penam & gloriam, ubi secundum expos. sine tit. comprehenditur sufficienter quicquid est prædicandum ad hoc quod prædicatio sit ad utilitatem & ædificationem populi. Sicque in hoc specialius instruimur quid & quomodo sit prædicandum ad utilitatem populi, quia s. uitia & uirtutes &c. ut s. uitia uitentur, uirtutes prosequantur, pena timeatur, gloria speretur, efficaciterque procuretur, & desideretur, ubi etiam ordinate proceditur secundum illud Ps. Declina à malo & fac bonum, Ideo uitia & uirtutes. Et secundum illud, oderunt peccare mali formidine penæ, oderunt peccare boni uirtutis amore. Ideo penam & gloriam. De imperfecto ad perfectum procedens. Et prædicta prædicare est utilius & fructuosius coiter omnibus Christianis sapientibus. Et ad hoc facit concilium. Latera, ubi supra. Imo & nihil profundius aut difficultius quam doctrina moralis simul & Christiana quæ in prædictis tangitur & includitur, ut ait Gerso. alphab. 56. litera l. & alphab. 78. h. & primo Eth. Aristo. dicit quod doctrina moralis requirit ingenium graue & expertum & solidum. Ideoque non lati oīno cōuenit iuuēibus, sed neque ab eis potest oīno percipi. Sed summis ut aiūt labii delibari. & ideo sit quod tanquam uilis, facilis & parum eruditio[n]is habens doctrina moralis, ab indoctis eam non degustantibus contemnatur, putentque morale negotium inclamoris reprobationibus super peccatis patentibus constare, & econtra putant subtilitates speculatiuas, logicas atque sophisticas esse profundam scientiam, cum tamē potius sint futilis telæ aranearū & scynifas Aegipiti in moralibus, ut ait Gers. alphab. 47. h. & alphab. 88. e. k. ubi de hiis latius, ergo uitia & uirtutes penam & gloriam prædicare oportet uirum Christianum doctum atque profundum. Non puerilia aut futilia alia quamuis subtilia uideantur, nisi ad hæc tandem


tandem ordinentur ut à leui popello prima facie opinionem diri docti capiat, ut sic doctrinæ tandem moralis & utili populis fidem præstet. Quarta conditio, cum breuitate sermonis &c. ubi modulus prædicandi si breuiter suadetar, ut prædicatio sit utilis & fructuosa, ut libenter à populo audiatur brevis sermo, & ut ait expos. sine titu. per breuitatem sermonis, intelligitur præcisio eis superfluitatis & pomposi curiosi & infructuosi sermonis, & commensuratio dicendorum proportionata prudenter secundum capacitatem audientium, affectusque proportionatus delectabilitati & finali auditorum utilitati. Item ad literam breuiter, quia gaudent breuitate moderni, nec tardio afficiuntur spiritualium secundum Bonauent. quia nostra corrupta natura ad depressa facile afficitur tardio spirituali, nisi sale breuitatis condiantur; & hæc forma prædicandi est optima, grata Deo & hominibus & fructuosa, ut ait expos. præfata, & Bar. Pis. & addit Hug. cum prædictis cordans, quod non debent prædicatores demorari audientes, nec prolixitate grauare prædicantes, subtilia curiosa & huiusmodi. Possunt tamen prædicatores (ut ait Bonauent.) quando fuerit necessarium vel oportunum (id plane quo rariissime accidit) prolixè prædicare, sicut dominus fecit in sermone in monte, ut haberetur Math. 5. & quando satiauit quinq[ue] milia hominum Iho. 6. & alibi saepe ipse & Apostoli sic fecerunt necessitate exigente. id autem quod sequitur (quia uerbum ab fecit dominus super terram) sumitur ex Esai. 10. & ad Rom. 9. Et ex dictis patet, quod ex regulâ nobis specialius incumbit officium prædicandi & stude-  
re ad id: quodque ad prædicandum est nostra religio  
instituta, ut ait Bonauent. ut de hoc latius fu-  
rain introductione q. 1. & infra capit.  
10. q. 8. &c. habetur, ibi  
uideatur de hoc,  
&c.

# L<sup>e</sup>admonitione & corre-

## C T I O N E F R A-

trum.

## C A P V T D E C I M V M.



Ratres qui sunt ministri & serui aliorum fratrum, uisitent & mo neant fratres suos, & humiliter & charitatue corrigāt eos, non præcipientes eis aliquid quod sit contra animam suam & regulam nostram. Fratres uero qui sunt subditū recordētur quōd propter Deum abnegauerūt proprias uoluntates. Vnde firmiter præcipio eis, ut obedient suis ministris in omnibusquæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ & regulæ nostræ. Et ubi cunque sunt fratres qui scirent & cognoscerent se non posse regulā spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeant & possint recurrere. Ministri uero benigne & charitatue eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis & facere, sicut domini seruis suis. Nam ita debet esse quōd ministri sint servi omnium fratrum. Moneo uero & exhortor in domino Ihesu

Iesu Christo ut caueant fratres ab omni superbia, uana gloria, inuidia, auaricia, cura & sollicitudine huius seculi, detractione & murmuratione. Et nō curent nec scientes literas, discere, sed attendant quōd super omnia habere debent spiritum Domini, & sanctam etus operacionem, orare semper ad Deum puro corde, & habere humilitatem & patientiam in persecutione & infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur, reprobendunt & arguunt, quia dicit Dominus, Diligite inimicos uestrós, & orate pro persequentiis & calumniantibus uos. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quiautem persevera uerit usque in finem, hic saluus erit.



Orandum in hoc. ca. agitur de admonitione, visita-  
tione & correctione fratrum iudiciali seu etiampā  
ternali : ibi, Fratres qui sunt ministri uisitent &c.  
Secundo agitur de obedientia subditorum ad præ-  
latos, ibi, Vnde firmiter præcipio eis ut obedient,  
&c. Tertio agitur de recursu ad prælatos & de re  
medio pro debita obseruantia regulæ, ibi, Et ubiunq; sunt fratres  
qui scirent &c. Quarto agitur de quadam exhortatione pro ca-  
uendis uitiiis & pro permanentia in suo cuiusque statu humilitatis,  
& ut aspirent ad uirtutes, ibi (Moneo uero & exhortor &c.  
usq; in finem) Et notandum, quōd in toto hoc capitulo sunt duo  
tantū obligatoria ex iure regulæ, quorū 1. est. Illud quo ad obediē-  
tiā, ibi, firmiter præcipio eis ut obedient suis ministris, i. suis præ-  
latis &c. Alterum est æquipollens præcepto, illud s. & ubiunq;  
sunt fratres qui scirent & cognoscerent &c. ut patet ex declara-  
tione Clem. s. ut supra cap. primo q. prima dictum est. Reliqua  
ex iure regulæ non sunt obligatoria, sed ex alio iure naturali  
diuino.

diuino uel humano, sunt s<sup>e</sup>pe obligatoria ut infra patebit in quæstionibus. Non tandem etiam quòd illud ( corrigant eos &c.) sumitur ex Math. 18. corripe inter te & ipsum &c. & illud ( non præcipientes eis aliquid quòd fit contra animam suam, &c.) sumitur ex Math 23. Alligant onera grauia & importabilia super humeros hominum &c. & illud ( uisitent & moneant &c.) ex Luc. 22. & tu aliquando conuersus confirm a fratres tuos, quia ministri in spiritualibus & serui in temporalibus debent fratres suos uisitare socialiter & monere iudicialiter. Illud ( fratres uero qui sunt subditi &c. & firmiter præcipio eis ut obiciat &c.) sumitur ex Math. 7. qui fecerit uoluntatem patris mei &c. Mathei. 5. redde deo tua iuramenta, & Math. 18. redde quod debes, &c. & Roma. 14. obedite præpositis uestris &c. & illud ( ad suos mini. debeant & possint recurrere, ex Math. 11. Venite ad me oēs qui laboratis &c. & illud ( ministri uero charitatue &c.) ex Math. 8. ubi Christus centurionem non repulit, sed misericorditer suscepit. & Luc. 25. ubi pater recepit filium prodigum redeuentem &c. & illud ( ministri serui sint omnium fratum) ex Math. 20. & Luc. 22. qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus, & illud, moneo ut caueant a superbia &c. ex diuersis locis euangelii constat &c. Et illud (& non curen t nescientes literas &c.) ex Luc. ultimo, qui quis illiterati, tamen dominus eis aperuit sensum ad intellectum scripturarum, & primo Corintheos septimo, unusquisque, in qua uocatio ne uocatus est permaneat: cætera patet unde sumantur. Ideo pro maiori omnia declaratione ponuntur 8. quæstiones sequentes.

### Fratres qui sunt ministri uisitent & moncant, &c.

**V A E S T I O I.** Quæritur an ministri teneantur uisitare & corriger subditos, & quando & quomodo, similiter & subditu an teneantur denunciare prælati peccata aliorum, & quomodo?

Respondeo per duo puncta, Quorum primum est, quis ex uirgula non obligentur, obligantur tamen ministri ex iure diuino uisitare & corriger suos subditos. Quod ex regula non teneantur

tur pater, ut dictum est in glof. & sup. i. c. q. 1. secundū Clem. 5. quod aut ex iure Diuino ad id teneatur, seu ex iure naturali, patet quia pastor tenetur agnoscere uultu pectoris sui, & curare & prouidere ei ratione sui officii cui est annexa cura animarum, ut de hoc latius B. Tho. 2. 2. q. 83. art. 2. & ibi Gaietan. & in quol. & Hadrian. in 4. de correptione fraterna, & Gabriel in cano. lect. 74. 75. &c. & coiter doct. ut pot uideri in sum. Siluest. tit. correctio tit. uisitatio, & latius tit. inquisitio per totū, & secundum hoc debent intelligi & limitari ex positores regulæ 10. c. dicentes, quod est obligatoriū hoc ministri, t. ex iure diuino uel naturali, no ex uirgula. Nam ex uirgula solū est admonitio, ut dictum est. Et notandum quod nomine ministri hic intelliguntur ex uirgula specialiter ministri prouin. secundum Bonavent. generaliter autem quantum est ex iure diuino uel naturali intelligantur oēs prælati secundum Bart. Pis. & Hug. Dicuntur autem ministri in spiritualibus, serui autē in temporalibus secundum Bonau. & ut ait Bart. Pis. 7. cap. & habetur in sere. conf. q. 97. & Hug. 10. cap. in nomine ministri humilitas, in nomine serui utilitas ostenditur. Nam ministri debent esse serui, non domini fratum, ministerium quidem non dominium habentes, quia utilitate & ministerio seruire & ministrare debent Ideo ministri & serui uocantur, ut nomen serui amplius declareret actum ministri secundū Luc. 22. qui maior uestrum, erit ministrus uester: quia prælati ordinis tam humilitate, quam in imitatione Christiano debent esse cōformes, qui ait Math. 20. filius hominis non uenit ministrari &c. & ut ostendatur quod non in tolo nomine prælati gloriantur, sed in re suis cuiusque per nomen ministri & serui signatur exerceantur ut ait ex pos. sine tit. Ideo Hug. ait quod prælati debent esse utiles in labore, humiles in honore, & humilitatis officia exemplariter amplecti. Tunc autem subditis utiliter seruiunt, quando pro eorum cura sollicite docent, hotantur, monent & corrigit ut oportet. Nam dum uictia corrigit ordinem dissolui & destrui patiuntur. Ideo sequitur ( uisitent & moneant) uisitent. si frequenter videat & inquirat & circumpiciat diligenter mores & fratum conditiones, & inoneant, s. ad bonum & melius hortando, & corrigit ab excessibus seu defectibus spiritualibus, ut ait exposi. sine tit. uel secundum Bart. Pis. ( uisitent) si sit aliquis defectus spiritalis

## Q V A E S T I O I.

trialis seu corporalis ut sic subueniant, & moneant defectuosum charitatis secundum formam euangelii Math. 18. si peccauerit interfrater tuus &c. ubi autem hoc non sufficeret debet subsequi correctio auctoritativa, pralativa, seu iudicialis: humilis tamen & benigna qualis expedit ad suum finem, scilicet ad religiosis, praeferim deinde ad ipsius fratris utilitatem. Ideo ait (humiliter & charitatis corrigant eos) uel secundum Bonavent. uisitent socialiter & moneant iudicitaliter &c. Quomodo autem praepositi debeat uisitare & quando, monere, & corrigere, dic quod secundum ius diuinum & naturale & secundum ordinis statuta & consuetudines religionis, ut de hoc latius habetur in B. Tho. Hadriano, Gabriel. in canonice &c. in locis praetalegatis, & praecipue videatur Silvestr. tit. inquisitio 2. per totum, & inquisitio 1. q. 10. q. 11. & beat. Thomas 2. 2. q. 7. art. 2. & ibi Gaietanus, & tandem stetit statutis & consuetudini approbatæ, ut de hoc etiam habetur in quodam tract. ff. 287. & in constitutionibus antiquis Ferineriarum cap. 7. de hoc habentur multi ad hoc expedientia. Secundum prædictum, subditu tenetur denunciare suis praepositis etiam non inquietibus & multo magis inquietibus excessus confratrum suorum occultos, seu semipublicos, & etiam publicos, ita tamē quod non satisfaciant, in hoc contra ius naturale uel diuinum, hoc patet de se quia tenentur obedire suis praepositis in pertinetibus ad suū officiū, & tenentur animabus proximorū prouidere ratione charitatis ergo tenentur denunciare ad prædictum finem, ut dictum est. & hoc tunc & quando & quomodo oportet, Dummodo non contraveniant legi naturali uel diuinæ, patet, quia nullus obligatur male agere aut peccare, aut agere contra ius naturale uel diuinum & quia quæ instituta sunt pro charitate non militant contra charitatem aut contra legem Dei, & quia lex naturalis & diuina tanq; magis obligatoria non potest infringi per leges humanas ergo. Et in hiis nulla est dubitatio. Sed quomodo est agendum hoc ita quod non contraveniat legi naturali uel diuinæ & an semper sit obseruanda forma euangelica Math. 18. si peccauerit in te frater tuus, hoc est dubium: ad quod breuiter dico primo, quod contra formam euangelicam in quo forma euangelica esset necessario obseruanda nunq; est faciendum inquirendo aut denunciando aut testificando, corrighendo publice uel occulte &c. ut patet ex dictis. Dico 2. quod in multis casibus non est necesse seruare

formam euang. Math. 19. in denunciando, testificando, corrigendo, aut inquirendo, quia illa forma euang. Math. 18. nō est data universaliter pro omnibus criminibus aut pro omnibus casibus ita ut iniuiolabiliter semper & ubiq; in oib; debeat obseruari illa forma, quia nō pro notoriis criminibus, nec pro quo probabiliter timeretur uel imineret maximū periculū si nō denunciaretur prælatu publice uel occulte ut expedit, modosit iam in secreto facta correctio aut monitio, modo non, & in aliis casibus secundum coiter do. ubi sup. ideo dixi quod quo esset obligatorie obseruanda, tunc necessario seruanda est illa forma, alias non. Tertio dico quod sāpe potest contingere casus in quo simul est obseruanda forma euangelica, Math. 18. ut sup. prius uel post moneatur & corrighatur secreto proximus de suo peccato, & insuper ipsa non obstante teneamur ante uel post prædictam monitionem & correctionem euangelicam denunciare publice uel occulte, & testificare se uel euari tale crimē prælatu inquirenti, & etiā aliquādo non inquirenti, ad hoc quod uel ille remediet, uel prouideatur bono publico, seu aliorū, seu ut malo maiori debite caueatur. quādo autem est talis casus, quando hoc non exigit ampliorem tractatum, ideo videantur do. Teologi & Canonistæ in locis sup. allegatis, & sumistæ uit. correctio, tit. denunciatio, testis inquisitio accusatio &c. secundū subiectam materiam & casuū uarietatem, & quia circa hoc sunt multæ & uariae opinione, si quis uoluerit uidat necessarium tractatum de correctione fraternali & denunciatione, ubi multa circa hæc compaginamus: interim tamen potest uidere Gabrielem in canon. testio. 74. &c. & Hadrianus in 4. ubi sup. ubi dulcius hæc materia tractatur ex parte: hoc tamen consulendū est quod s. statutis ecclesiae aut religionis circa hæc stetur in casibus in quibus locantur, nā quis uel ex ignorantia uel alii de nos non omnino capiamus quomodo illa stent in ueritate cūiure naturali uel diuino, cum prima facie videantur dissonare: tamen firmiter tenendū est quod ex quo ecclesia illa approbat & statuit quod non dissonant à ueritate neque credendum est quod per tot uiros religiosos pariter & doctos statueretur aliquid contra euangelicā formā aut ueritatem, hæc dixerim propter quosdam sciolos & temerarios, qui quod ipsi non capiunt statim reprehendunt, atq; talia statuta esse cōtra formam euangelicam clamitant, quisū uel præter uel ultra euangelicam formam, sed non præter rationē propter causum circumstanū tiarum uarietatem.

Cætera scientes omittimus propter breuitatem, & quia communia sunt omnibus Christianis ea quæ à doctribus circa hoc tradūtur, ideo videantur in locis præ allegatis, & in statutis ordinis quæ quotidie fere quoad positiva quædam propter casu variantem & temporum variantur. videantur etiam circa hoc & circu correctiones &c. multa priuilegia in compendio titu. secundum subiectam materiam.

Fratres verò qui sunt subditi recordentur &c. Vnde firmiter præcipio eis, ut obedient in omnibus, &c.

 V A E S T I O II. Quæritur an fratres min. teneantur suis prælati obedire in omnibus quæ non sunt contraanimam & regulam, etiam in dubiis & quomodo, & an libertates regulæ possint per prælatos subditis prohiberi, strictiorq; uita subditis imponi?

Respondeo per septem puncta, Quorum primum est, Fratres min. tenentur specialiter ex iure regulae suæ obedire suis prælati in omnibus præceptis eorum secundum regulam explicite uel implicite factis. Dicitur primo quod tenentur ad hoc specialiter ex iure regulae, patet quia est speciale præcipuumq; præceptum regulae di. (unde fit. præcipio eis ut obed. suis min.) & ibi nomine ministri intelliguntur oës prælati (ut ait expo. sine tit. Bonavent. Hug. Bart. Pif. cap. II. &c. & coiter expos. & spec. ffl. 14. Quia antiquitus oës prælati confusa uocabantur sape mini. & cust. ut dictum est supra cap. 8. q. 2. quis aliquando signanter de obedientia min. g. regula loquitur super 8. cap. quia est maioris ponderis, ut ibi dictum est. Dicitur secundo in omnibus præceptis ecrù, quia conciliis & monitionibus non tenemur sub præcepto saltem mortale obedire, ut dicetur infra q. 3. Item quia non tenemur facere quæcunq; scimus uel credimus esse de uoluntate prælati ut faciamus, nisi prælatus ex intentione nobis suam uoluntatem manifestet expresse uel tacite, seu interpretatiue, seu aliquo modo

modo sufficienter monendo ex intentione subditum suum ad execendum sub præcepto stricte uel large sumpto. Ita quod solum tenemur sub præcepto obedire, prælati uolunt qualitercumq; præceptum insinuare (ut Siluest. tit. obedientia q. ult. & tit. præceptum q. 2. secundum Thom. in 4. de uerita. 23. q. articulo ult. & 2. 2. q. 104. art. 1. & ibi. Gaietanus.

Dicitur 3. secundum regulam implicite uel explicite. quia eo ipso quo religiosus est subditus prælato secundum regulam, non solum subditus est quoad operationes & omissiones eorum quæ expresse in regula continentur: sed & quo ad omnia illa quæ ad contenta sub regula & ad regularem uitam rationabiliter ordinari possunt aut reduci quomodo docunque (ut sunt oia pertinētia ad obsequia fraternalę & societatis intra aut extra conuentum & ad culparum cognitionem & huiusmodi) alioqui oporteret inter prælatum & subditum discrepationes continuas esse an facere uel omittere hoc uel illud propter bonum conuentus aut obsequium cōmunitatis & generalem obseruantia teneatur, ex quo non est tale expressum in regula, ut ait Siluest. tit. religiosos q. 6. secun Th. 3. in 10. quod. art. 10. & 2. 2. q. 104. art. 2. ad 3. & Gaiet. 2. 2 q. 83. art. 8. & hoc inauit regula dicēs, obedientiis suis min. in oibus quæ promiserūt, supple explicite uel implicite ut ait Bonaventu. cap. 10. uel secundum Bart. Pif. & Hug. obedienti in omnibus, s. ad quæ se astrinxerunt, quæ ad ipsorum obseruantiam spectant uel ad transgressionis eorum uitationem, uel secundum expositor. sanctorum patrum obediat corde & exterius opere, in hiis quæ regula imponit, in omnibus aliis quæ explicite non tangit dum tamen sint talia quæ nō sint cōtraria animæ suæ & regulæ nostræ: & concordat Hug. dicens, Beatus Franciscus in spiritu seruore instituit, ut fratres non solum in hiis quæ promiserunt domino obseruare, sed etiam in omnibus quæ non sunt contraria animæ & regulæ obiciāt, hæc ille. Ex quibus infertur secund. Gaieta. 2. 2. q. 88. art. 8. quod cum religiosus quicunq; religioni mendicantium sit subditus suo prælato in omnibus operationibus suis & omissionibus quæ sunt aut possunt esse oportune ad regulā & ad ea quæ regulæ sunt & ad regularem obseruantiam: cuiusmodi sunt omnes operationes & omissiones qui non sunt de necessitate salutis aut peccata, aut contra regulam (excepto exercitio

tio excedentium regulam, & excepto transitu ad altiorem statum ut dictum est) quæ quidem quia semper intelliguntur excepta, Ideo absolute uere dicitur religiosus est subditus suo prælato in omnibus operationibus & omissionibus suis, quæ s. sunt uel esse possent direc<sup>t</sup>e uel reductiue oportune secundum regulam, ut dictum est, quæ non subsit prælato absolute in omnibus (ut de hoc latius infra dicetur) & sic est intelligendus Beatus Thom. ibidem in Respons. ad tertium, & non ut aliqui & male ipsum intellexerunt, quod d<sup>icitur</sup> video ex hiis bene sequitur nullum uotum subditi factum dehuiusmodi in quibus subditus est prælato est firmum quando per prælatum possit irritari & eo præcipiente contrarium est obediendum, licet interim dum non irritatur, aut dum non præcipitur contrarium bene sit ualidum, & subditus tenetur illud implere, quia factum est de eo quod est in potestate alterius, s. sui prælati, ut dictum est. Sed de hac materia uotorum religiosorum ibidem latius uideatur, sicut pater declaratio simul & probatio ius primi puncti. Secundum punctum est, frater minor non tenetur obediens suo prælato præcipienti contra animam in ipsius subditi, aut contra regulam, Nisi in casu quo ipse prælatus possit rationabiliter dispensare contra regulam aut contra aliud ius contra quod præcipit. Prima pars patet, quia expresse regula excipit ad obedientiam prælatorum quando præcipierent contra animam subditorum aut contra regulam, dicens (& non sunt contraria animæ & regulæ nostræ) secund. coiter expos. cap. 10. & Hugo signanter etiam cap. 2. & Bonauent. etiam ca. 1. & sere consci. q. 5. & q. alphab. litera l, secundum Vbertinum. Ratio, quia quæ pro charitate sunt instituta, non debent contra charitatem militare secundum Bart. Neq; prælatus datus est in destructionem regulæ aut iuris diuini aut animarum, sed in ædificationem. ideo non potest præcidere contra hæc, ut etiam ait expos. sanctorum patrum 10. cap. & coiter summistæ tit. religio, ubi su. & doct. coiter. Ideo ait Floren. tract. defecerunt, Vbi agit de interrogationibus quo ad prælatos, quod si prælatus præcipiet præceptiue seu per obedientiam, seu in uirtute spiritus sancti uel sub excoicatione & huiusmodi aliquis contra animam uel contra Deum aut contra regulam, mortaliter peccaret talis prælatus sic præcipiendo, & subditus non teneretur obediens, immo & teneretur non obediens. Et si queras quid dicitur contra animam, quid contra regulam? Respondeo quod contra animam dicitur non solum omne peccatum

mortale seu ueniale, sed etiam omne illud quod est aut inducit de propinquo in periculū peccati mortalis, seu quod est incentiuū aut proximum ad peccatum, utpote audiendo confessiones ubi peccatum aut tentatio carnis ualde acriter impugnat, aut si præcis peretur quid contra honestatem, aut quod esset in scandalum & huiusmodi, & in hoc concordant 4. magistri & Bonauent. Hugo. Bart. Pis. & coiter oēs expos. & expresse S. Bernardus in suo 3. opere in sermone de obedientia per modum dialogi artic. tertio in respons. ad 12. argumentum, ut etiam habetur in quærimento niis concilii Constantien. ff. 172. & expos. sine tit. &c. & etiā B. Tho. ii. quodlibet art. 3. dicens, quod potius debet homo præcili gere mortem quam uenialiter peccare. Omne enim peccatum quod est contra Deum, quomodo cumque est etiam contra animam, ut dictum est. Contra regulam autem est non solum id quod est contra præcepta regulæ, sed etiam id quod est contra ordinis statuta ad seruandam regulæ puritatem (ut aiunt 4. magistri & Hugo) utpote si præcipiteretur quod frater uadat ad quærendū pecunias contra modos ordinis & declarationū & statutorum (ut etiam ait Bart. Pis.) aut si præcipiatur quod in negotiis secularibus se exerceat frater, nisi talia negotia essent honesta aut decentia religionem. Aut si præcipieretur aliquid quod manifeste depremit hominem ad imperfectionem & ad regulæ impuritatē, aut quod notabiliter extingueret spiritum deuotionis, ut sup. cap. 5. q. 2. & coiter concordant expos. & sere. consci. q. 5. & de hiis latius etiam habetur in sum. Ang. & Siluest. tit obedientia ibi uideatur, ad propositum. Item contra regulam præcipitur quando prælatus prohibet quod regula conce dit, ut ait expos. sanctorū patrum 10. ca. quodquomo do debeat intelligi, latius dicitur inf. ins pūcto, ubi agitur an regulæ concessiones & libertates possint per prælatos prohiberi, & strictior uita imponi. Ibi de hoc uideatur, & sic patet probata 1. pars huius 2. puncti. Secunda pars eius 1. nisi in casu quo ipse prælatus posset rationabiliter dispensare &c. probatur, quia in casu tali quo s. prælat. potest dispensare, & subest causa legitima ad talem dispensationē, tunc existentibus istis duabus cōditionibus subditus tenetur obediens prælato præcipie titalia cōtra regulā. Ratio, quia licet talia opera sint illicita ex regula, seu ex alio iure simpliciter, tamē præla. per prædictā suā dispensationē rationabilē

Iem potest facere licita, & quod non sint contra regulā aut proper regulas cum tali dispensatione auferente vinculum regulæ, aut iuris alterius pro tune ex causa rationabili, insuper ex alia parte subest eam præcipiendi ut fiat tale opus ad aliquem finem sub ordinatum regulari uitæ seu conuersationi ad quam omnia præcepta prælatorum ordinantur in religione, ergo tenetur tunc subditus obedire, quia nihil est prohibitum in regula & dispensabile à prælato quod non possit rationabiliter dispensatum ad ea qui sunt regulæ rationabiliter ordinari, ideo si prælatus præcipiat subdito quod non ieunet 6. feria uel quod calcietur aut quod uadat equitādo &c. huiusmodi, in quibus possunt dispēsare, quia uidet illum infirmum debilem aut egentem, aut alias ex causa rationabili tenetur subditus obedire, quis ipsi subdito aliter appareat ut proxime dicetur in quarto pūcto. Quòd si manifeste constaret subdito quod prælatus nō potest in talibus dispensare, aut quòd non est causa rationabilis aut sufficiens ad dispēsandū, aut quod mouetur prælatus ex causationabili ad dispensandum seu præcipiendum in prædictis, sed leuiter sine cau' & discussione, aut ualde superficialiter considerando, aut sine cura dispensati, ut aliquādo cōmuniter fieri uidetur in aliquibus leuibus negotiis, tune si prælatus sic præcipiat cōtra uel propter regularem uitam dispensando leuiter ut dictum est: & hoc manifeste constat subdito, non tenetur subditus obedire. Ratio, quia talis dispensatio non est rationabilis ex parte cause aut potestatis, & per cōsequēs potius est dissipatio, & ideo eius præceptum est inualidū de re illi cīta, nisi forte esset princeps in hiis quæ sunt pure iuris positivi, subditi eius ordinationi, quia tune tenetur subditus obedire ei præcipienti cōtra sūnū statutum ei subiectū, non aut contra regulā aut contra ius superiorius, contra quod tune non est rationabilis dispēsando: neq; præceptū eius rationabile ut dictum est. Si uero subditus dubitet an tali prælatus possit super tali præcepto regulæ dispēsare, uel an sit seu moueatur ex causa rationabili & sufficiente, aut an debite discusserit an nō, tune tenetur obedire: quia in dubiis generaliter quibuscunque tenetur subditus obedire prælato præcipienti, ut latius dicetur infra in 3. pūcto sequente: & cum prædictis omnibus concord. summ. Ang. tit. religiosus. 29. & Siluest. eo tit. q. 6. & Gaietanus 2. 2. q. 38. ar. 8. & q. 104. 211.

## art. 9.

Tertium punctum est, in omnibus dubiis tenetur subditus stare iudicio & determinationi suorum prælatorum, & sic deposita conscientia eorum præceptis obedire, modo tale dubium proueniat à perplexitate materiæ, modo ab auctoritate, doctrina, uel sanctitate prælati, modo à simplicitate ipsius subditi: & sic tenet b. Thom. & Goffred & Raymundus & coiter doct. quòd ubique & quotienscumq; subditus sua diligentii inquisitione certificari non potest de aliquo, tenetur obedire suis prælati, & sic obediendo excusat. & facit adhoc cap. quod culpatur 23. q. 1. ut etiam Siluest. tit. obedientia q. 2. & sum. Ang. eo. titu. referunt, quis in hoc Hadria. in 2. quodlibet. aliqualiter dissonet, cuius opinio non est cois, sed neq; uera, in quantum prædictis contrariatur ut latius agit in materia de conscientia, ibi uideat qui uolebat latius.

Quòd si dicas quòd subditus si habet conscientiam quòd peccat obediendo prælati in tali dubio, iam sic obediendo contra conscientiam peccat faciendo contra conscientiam.

Respondeo secundum Hadria. in 2. quodlibet. quòd talis subditus tenetur deponere talem conscientiam & formare sibi conscientiam quòd obediendo in tali dubio non peccat, sed bene agit ut tenetur, & sic deposita conscientia tenetur obedire, ut dictum est, non autem stante conscientia quòd peccat, alias si nō deponit prædictam conscientiam est perplexus ex culpa sua: quia si obedit contra conscientiam peccat, & non obediendo prælati præcipientibus peccat, quia ut dictum est tenetur eis indubio obe dire, non quomodo cumq; sed deposita prius conscientia prædicta culpabili & formando conscientiam quòd obediendo bene agit, ut tenetur, ut dictum est: quòd si talem conscientiam non deponit, & non format conscientiam rectam, peccat ex sua superba temeritate, uolens innati proprio sensui contra iudicium maiorum aut prælatorum in iis de quibus modo constat certitudinaliter, ergo. Vnde etiam in epistola sancti Bernardi art. 7. fol. 98. sic habetur. Item declaratur quòd in omnibus dubiis quæ non possent indubitanter declarari subditi tenentur stare iudicio suorum prælatorum & obedire, 23. q. 1. cap. quid culpatur, & ideo contrarium agentes sunt transgressores obedientiæ, & digne à superioribus censura ecclesiastica aut alia decenti pena castigetur, hæc ibi.

ibi & in suo 3. opere sermone de obedientia, art. 3. Et ad maiorem conformatiōem Leo. 10. fff. 59. concessit & committit de plenitudine suae potestatis quod in rebus dubiis & scrupulis conscientias subditorum tangentibus general. min. uel prouincialis uel cust. cum concilio aliquorum patrum si res magnae importantiae fuerint, possint auctoritate suae sanctitatis determinare in scrupulis & rebus huiusmodi, ac eorum determinationi subditi cuin secura conscientia debeant & possint stare, & fff. 93. concessit quod fratres qui sunt nimis scrupulosi possint in omnibus dubiis suam conscientiam tangentibus cum secura conscientia stare determinationi sui guardiani uel cuiuscunqz alterius praepati, super quo ait collector compendii tit. guardianus, quod in hac concesſione noua conceditur noua aliqua auctoritas praepati ut ualeant determinare ad suum libitum, sed solūm prouideatur serenitati conscientiarum subditorum, ut dictum est. quod si prælatus & subditus dubitent seu in casu subditis concessio contendat subditus & prælatus, in dubio est recurrentum ad prælacum superiorem, ut inf. q. 6. Sed quid si subditus uideat manifeste præla, errare & male declarare aut determinare circa dubia contra regulam, aut contra ius diuinū &c. dic quod tunc non debet obedire: quia tunc non dubitat. Sed clare cognoscit ut supponitur esse illicitum, ut de hoc latius & pulchre Had. in 2. quodlib. & sup. cap. 6. q. 15. dictum est. Similiter in iis quibus non potest esse ignorantia invincibilis excusans, dic quod non excusantur a peccato subditi si ando errore iudicio prælatorum & eis obediendo contra regulam aut contra aliud ius in dubiis, quia tale dubium aut ignorantia est culpabilis ut supponitur, & per consequente netur diligenter scire & certificari pro posse, ut Siluest. ubi supra tangit. Quæ autem sint ea quorum ignorantia non excusat, dictum est aliqualiter sup. in introductione q. 4. &c. & latius de omnibus supra dictis nos egimus in quodam tract. de ignorantia & de conscientia secundum communiter doct. ubi de hiis multa habentur, ibi uideat qui uoleat. Item si prælatus præcipiat contrarie gulam aut contra animā &c. ut subditus cogatur obedire in quibus scit se non teneri aut non debere obedire, quid & quomodo se debeat habere, latius dicetur infra q. 6. ibi uideatur. De potestate autem prælatorum in declarando dubia priuilegiorum & concessionum &c. huiusmodi, uideatur in compendio tit. decla-

rare, tit. priuilegia &c. secundum subiectū materiam ibidem.

Quatum punctum est, subditus tenetur obedire suis prælati præcipientibus infra regulam, ut poteſti præcipiatur reficere corpus, recreari &c. quæ nec regula prohibet, nec alio iure prohibentur, niſi conſtat certitudinaliter quod uergunt in notabile no-

cumentum corporis, uel in peccatum. Raito huius est, quia talia possunt ordinari ad regularem uitam, ut sapradictum est. & 2. puncto, præſertim quia talia non sunt alias prohibita aut necessaria, sed licita, etiam sine dilplementatione prælati: talia enim dicuntur infra regulam, Immo & bonum quod nō est necessarium ad salutem, debet omitti propter obedientiam, ut habetur u. q. 3. quid ergo quandoſ. ex causa rationabili, etiam si non exprimatur subdito prohibetur, & de hoc pulchre, b. Pater noster Franciscus in suis exhortationibus ait, ut habetur in libro ordinis in 3. tract. ibi uide, & etiam de hiis infra q. 5. habetur ad proposiſum, quia talis omissione ieiuniorum abstinentiarum &c. huiusmodi ſaþe ordinantur ad regularem uitam, & ne indiscrēte ex nimio feruore a subditis fiat, aut quia prælatus uult subditum occupare in aliquo labore aut alio exercitio ideo uult eum foret ne deficiat & cetera. ex hac etiam cauſa & ex aliis patet quod subditus non potest firmiter aliquid uouere sine licetia prælatorum, quodqz ad præceptum prælati tenetur delistere ad impletione uotorum quæ fecit post professionem, ut latius de hiis B. Tho. 2. 2. q. 88. art 8. & ibi Grie. & Summisæ tit. uotum &c. Nam & uirtus obedientie, supplet excellentiam boni emissi, & propterea quæ sunt de concilio non debent omitti necessaria neg. fieri contra obedientiam promissam, ergo concordant summissæ ubi sup. tit. obedientia. Quintū punctū est in indifferētibus quæ alias dicuntur præter regulā, subditus frater mi. teneatur obedire prælato præcipiēti, Niſi manifeſte contaret talia esse uana, fictilia, ſeu fatua oīo ex genere & ex circūstantiis. Probatur 1. pars, quod in talibus indifferētibus teneatur obedire, quia teneatur obed. in oībus quæ ad regularē uitā ſeu conuerſationem reli ligiosam poſſunt pertinere quomodo cunqz ut sup. in 1. puncto late probatū est. & B. Tho. 2. 2. q. 186. art. 5. ad 4. & q. 104. ad 3. dicit quod uotū obedientie ad religionem pertines ſe extendit ad dispositionē totius humanae uitæ quantū ad regularē conuerſationē, & secundū hoc uotū obe. habet quandā uniuersalitatē hæc

Sed omnia in differentia ex genere suo, quae si. possunt rationabiliter ordinari ad regularem obseruantiam seu uitam ex intentione seu alia circumstantia possunt eadem cadere sub præcepto sicut sub uoto, ut patet ex dictis: ergo & talia non dicuntur tunc proprie propter regulam sed secundum regulam ut dictum est in primo puncto, & hoc expresse dicit Bo. uent. ca. i. super regulam quod si. in indifferentibus tenemur prælati obedire & B. Tho. in quol. 10. art 10. ut etiam refert Siluest. tit. religioso sup. q. 6. licet aliqui magnam disceptationem de uocabulo facientes aliter opinari uideantur, sed in re omnes conueniunt ut dictum est, & dicetur. Secunda pars huius. puncti ubi dicitur (nisi manifeste constaret) id est quod quando manifeste constaret subditio id quod præcipitur sic esse in differens ex suo genere quod etiam nullo modo ex se uel ex circumstantia aliqua nec directe, nec aliqualiter spectat aut ordinatur ad regularem uitam seu conuersationem ut dictum est, Sed potius est omnino nihil causæ rationabilis habens, tunc tale præceptum est omnino fictile, uanum, fatuum, stultum, seu nugatorium & irrisorium aut ludicum. & de rebus seu actibus uanis omnino. Ideo quando hoc constat non tenetur subditus obedire & talia proprie loquendo non dicuntur in differentia, sed potius dicuntur propter regulam in quibus non tenetur subditus obedire: & ratio est, quia cum solum teneatur obedire & sit subditus in omnibus quantum ad regularem uitam & cætera, ut dictum est, talia autem præcepta non sunt huiusmodi, ut ex dictis supponitur. ergo prælatus non potest ultra ius suæ prælationis nec subditus amplius tenetur, quia non habuit animum se obligandi ullo modo etiam tacite seu implicite ad talia uana, præter regularem uitam, ut patet ex dictis. & hoc est uerum, nisi ex aliqua causa seu circumstantia, seu ex præcepto prælati tolleretur à tali actu, etiam à uerbo ocioso ratio uanitatis, & fieret actus licitus & pertinens ad regularem uitam ut ait sanctus Bernardinus infra in septimo punto, & cum hoc expresse concordat beatus Tho. in 10. art. 10. & expressius 2. q. 186. art. 5. ad 4. dices quod quis uotum obedire ad religionem pertinens habeat quendam uniuersitatem, quia se extendit ad dispositionem totius humanæ uitæ, non tamen se extendit ad omnes particulares actus, quorum quidam ad religionem non pertinent, quia non sunt de rebus pertinentibus

tinentibus ad dilectionem Dei & proximi nec ad regularē uitā, seu conuersationem ut sup. dictum est. Sicut est confricatio barbæ, spuere in parietem, leuare festucam, respicere aues uolantes &c. huiusmodi omnino uaria, quæ non cadunt sub uoto neque sub obedientia, alii autem actus etiæ contrariantur religioni &c. hæc ille, & concor. sum. Ang. tit. religiosus, §. 29. & Siluest. religioso §. q. 6. & facit ad hoc Panormit. in c. literas, de restitu. Spoliat. & inc. ex literis, desponsali. & Innocen. in c. ueniens de iure iurando, & Palud. in quodam quolibet. & dicunt hanc esse cōmūnem opinionē doctōrū, licet aliqui oppositū sentire uideantur. Et qui dem si secundum prædictam distinctionem contentam in hoc §. puncto bipartito ut declaratū est, intelligentur, nō uidetur quod in re dissidentiis doctores, in hoc ut bene dicit B. Tho. in quolib. ubi sup. immo licet in uocabulis prima facie dissonare uideatur, in ueritate tamen concordat intelligentes eo modo quo in hoc §. puncto dictum est. ideo licet doct. indistincte loquentes confuse sæpe pro eodem accipiant præceptum de indifferentibus & depræter regulam, ut patet in B. Tho. 10. quolib. & Siluest. ubi sup. & inde uideatur orta diuersitas opinionum: in hoc tamen distinctius loquendo, dico quod aliud est præceptum de indifferentibus, & in istis tenemur prælati obedire, ut in præsenti parte huius. puncti dictum est. Aliud est præceptum proper regulam, & in hoc non tenemur obedire, ut in 2. parte huius puncti etiam dictum est: sicq; uidentur omnia concordare ad argumenta quæ hic fieri possunt. Ratio patet ex dicendis infra in 1. argumento contra septimum punctum, ibi uidetur.

Sextum punctum, est quando super regulam simpliciter, seu quando strictior uita quam promissa est simpliciter præcipitur, aut imponitur, non ter et uretiam frater min. prælati obedire. Secus si secundum quid ex causa præcipiatur.

Probatur prima pars, quod si. quando simpliciter super regulam promissam præcipitur, non tenetur subditus obedire. Ratio est, quia ad id subditus non se obligauit ullomodo, sed solum ad regulam promissam & ad obedientiam non excedentem limites suæ regulæ & professionis, & prælatus nihil iuris amplius habet: quia secundum Duran. &c. in 2. dist. ult. obedientia maior uel minor cuiuslibet religionis consurgit, attenditur à forma uoti illius

illius regulæ cui se quis obligavit, ut patet. Item ut refert b. Tho.  
10. quodlib. art. 10. Bernardus in lib. de dispensatione & præcep.  
dicit, Nihil præcipiat mihi prælatus eorum quæ non promisi. Ni  
hil prohibeat eorum quæ promisi, nec augeat, nec minuat uotum  
meum. & Richard. de sancto Victo. in 1. parte dicit debitum est,  
quod præcipitur secundum ordinem, indebitum quod super pro  
fessionem, hæc ille, ergo nullus tenetur super suam regulam pro  
missam recte intellectam ad intentionem statuenteris & confirman  
tis talem regulam seu modum uiuendi, ut hoc etiam latæ probat  
Gerson. in tract. de uita spirituali lectione 5. & 6. & supplementū  
Gabriel. in 4. dist. 38. q. 1. &c. & coiter doct. & sum. ubi sup. in  
hoc conueniunt. Ideo si præciperet prælatus suo subdito, ut pate  
retur martyrium uel quod ter in hebdomada semper ieunaret ad  
maius meritum, uel quod non commederet carnes per unum men  
sem, &c. huiusmodi, non tenetur frater ei obedire, ut aperte lo  
quitur cap. gesta, 74. dist. ubi dicit quod iustum est, ut nemo cresce  
re compellatur inuitus, & per consequens non potest aliquibus  
indici uita stricior, q̄ promissa est. Pro quo notandum, quod uita  
stricior si imponatur alicui, uel aliquibus subditis a suo prælato  
etiam cum minore parte collegii seu capituli, non tenetur subdi  
tus obedire & in hoc omnes doct. concordant. Similiter si ipse  
prælatus etiam cum maiore parte collegii seu cap. etiam genera  
lis uelit aliam religionem subditis imponere, non tenentur sub  
diti obedire, quia maior pars hoc non potest sine oīum consensu  
& superioris, secun. Host. in ca. cū dilecti quod dmetus causa. Sed si  
in eadē religione (utpote in nostra religiōe minorū) maior pars.  
g. cum ipso min. g. saceret statutum arctans subditos ad uitā ar  
ctiorem, an subditi teneantur obedire sunt opiniones. Sed omnia  
concordando dicimus quod prælatus & cap. ge. uel prouinc. &  
custod. potest facere statuta arcta, & præcepta dare stricta  
pertinentia ad reformandam regulam promissam, uel conferen  
tia ad puram & pleniorē eius uel legis Christiani uel Christiani  
tatis obseruantiam: quia talia præcepta & statuta non possent  
dicisuper, sed secundum regulam, & in uoto obedientiæ intelli  
guntur hæc omnia, & facit adhuc ca. unicum de statu regul. lib.  
6. ubi monialibus indicitur clausura quæ non erat de regula ea  
rum, quia talis clausura monialium expedit ad obseruantiam ca  
stitatis

fitatis earum. Vnde dicit ibi lho. mo. & Archie. qui modus con  
uerſandi taxatur ibi secundum naturam rei, cūm non deceat mu  
lieres euagari de iudi. muli eres lib. 6. & expresse faciunt ad hoc  
Vincentius & Hostien. de regul. similiter eo. & ibi Panormit. alle  
gans Innoc. & sequitur præpositi. in cap. ante triennium. in uers.  
tamen si per statutum dist. 31. & glo. in regula, quod omnes tan  
gunt lib. 6. & lho. And. de regu. quis indistincte loqui uidean  
tur. Sed prælati & cap. g. &c. non possent statuta seu præcepta  
dare strictiora super regulam promissam, ut dictum est: tum quia  
non plus potest prælatus cum maiore parte capituli in præcipien  
do perpetuo & omnibus per statutum, q̄ in præcipiendo ad ho  
ram & huic uel illi ore tenus. Sed huic etiam cum toto capi. nihil  
potest præcipere contra regnalam secundum b. lho. ubi sup. &  
coiter doct. dictum est, tunc etiam quia austeritas nouiter super  
regulam indicta concernit singulos de religione ut singulos, non  
ut uniuersos, & consequenter non potest indici per consensum  
capituli qui in maiori parte consistit, sed requiritur consensus sin  
gulorum per regulam iuris quod omnes, ergo. Imo nec Papa po  
test me simpliciter astringere admacerationes corporis maiores q̄  
sunt cōmunes in Christianitate, uel in ordine meo, nisi in p̄cenam  
culpæ commissa, uel quatenus expediret mihi ad obseruantiam  
regulæ meæ uel Christianitatis quam sum in baptismo professus,  
uel nisi in casu ex eaſta aliqua rationabili, ergo multo minus po  
test præla. cū toto ca. g. fine meo consensu saltē tacito uel interpre  
tatio. facit ad hoc quod legitur in Chronicis ordinis quod B. P.  
noster Francis. prohibuit præceptū fratris Helyæ min. g. de non  
comedendo carnes in ordine nostro, ut refert auctor conformi  
tatum conformitate. & Florent. in 3. parte historiali tit. 14. cap. 7.  
§. 4. Et faciunt adhuc statuta generalia, ubi diffinitoribus cap. g.  
& pro. interdictur facere noua statuta sine consensu maioris par  
tisca. in quo est virtualiter cōsensus oīum, quis diffinitores &  
etiā mi. g. & pro. pro se possent facere statuta uel potius ordinatio  
nes expediētes ad purā & debitā obseruantia regulæ & uitæ regula  
ris & legis Christi &c. ut dict. est, & cum prædict. oībus expresse  
cōcordat sum. An. tit. relig. §. 29. & Silu. clarius & latius relig. 6. q  
6. Dicitū est semper quod in precep. sup. regul. nō tenemur obed.  
præl. &c. in præceptis in qua, simpliciter seu absolu. sup. reg. factis.  
Quod

quod pro tanto dictum est, quia si non absolute, sed in casu & ex causa rationabili necessaria ad regularem uitam pertinente præcipiteretur aliquando alicui uel aliquibus aliquid strictius super regulam, tunc teneretur subditus obedire, utpote si in penam pro peccato commisso præcipiteretur ieunare in pane & aqua tot dies, seu se disciplinare seu abstinere à carnibus tot mensibus, &c. ut in cap. dilectus el 2. de symonia & c. quoniam. Quia tunc est secundum regulam talis punitio culparum dummodo sit rationabiliter iniunctum tale quid. quia notabiliter & manifeste constat de irrationabilitate talis præcepti. utpote quia fit in odium & uindi etiam contrasubditum, aut quia nimis excedit & huiusmodi: tunc non tenetur subditus obedire in hiis austерitatibus excedentibus suam professionem, in aliis autem secundum regulam bene tenetur obedire prædato etiam ex odio uel alias culpabiliter præcipienti, quia tunc culpa se tenet solum ex parte præcipientis quod alias potest præcipere, & si cogitur ad id patienter ferat, si non potest aliter como de evadere sine scandalo usq; ad tempus uisitacionis, ut de hoc latins infra q. 6. habetur. Vnde si prælatus præcipiat super regulam aliquid strictius ad cautelā peccati futuri præcauendi, ut cum libidinoso à natura seu grauiter tentato mandatur grande ieunium, disciplina grauissima & huiusmodi, non tenetur subditus obedire nisi quando uerisimiliter uideraliter seno posse euitare peccatum: quia talis causa rationabilis non est necessaria. Sed de concilio ad regularem uitam pertinens. Si uero pro impetranda pluvia seu plagæ remotione præcipiatur se disciplinare simul cum aliis fratribus, seu ieunare tot dies &c. tenetur subditi obedire, quia pertinet ad regnarem uitam se cum aliis conformare, quis si alicui particulariter præcipiatur non tenetur nisi quando ad regularem uitam id esset aliquando modo expediens seu necessarium, de quibus omnibus casibus difficile est iudicare propter circumstantiarum uarietatem. Ideo in dubiis standum est iudicio prælatorum & obediendum est, utsu. tertio puncto dictum est, & cum prædictis concordant communiter doct. & summis ubi su. in locis præallegatis. Occasione prædictorum dubitatur an regulæ libertates & concessiones possint prohiberi per prælatos, & frater min. subditus teneatur necessario obedire prælatis præcipientibus contra eas aut eas prohibentibus:

prohibentibus. Respondeo distinguendo, quia concessiones seu libertates regulæ sunt in duplice differentia. Nam quædam sunt sic concessæ per regulam generaliter omnibus fratribus quod non interdicatur prælatis potestas eas prohibendi in parte uel in toto saltem in casu & ex causa rationabili, & de his dico quod possunt prælatis eas prohibere in parte & in casu & ex causa, ut dictum est. ratio, quia licet per regulam concedatur generaliter fratribus ita quod ex regula non tenentur specialiter, tamen modificatio pro quanto & quomodo expediat talibus concessionibus ut uel non ut regulariter pertinet ad prælatos, etiam ex ipsa regula si-  
c ut in aliis licitis non prohibitis modificatio eorū pertinet ad prælatos religiosorum & laycorum respectiue. Nam uetus carnium concessus est generaliter Christianis, tamen in casu & ex causa possunt aliquando prohiberi per Papam, ut in quadragesima &c. huiusmodi. Similiter iniunctio penitentiarum aliquarum, sic in proposito, & ad hoc expresse ait Hug. 8. cap. quod licet concessiones regulæ prælatus sine iusta causa non debeat impedire, fratres tamen subditi eius mandatum rationabiliter factum concessi-  
onibus propriis religiose præponere debet propter bonum obediencie, pacem & uniformitatem: illis enim concessio regulæ præjudicare non debemus, sine quibus religio non consistit: cum prædictis concor. Sanct. Ber. in 3. opere in secunda de obediencia, articulo 3. in respons. ad 12. argumentum, & includit cum prædictis ieunium Epiphaniæ, & aliorum ipsorum qui possunt præcipi à prælato, tamen in casu & ex causa, quamvis non possit haec ponere in regula ut præcepta communiter omnibus, quia sic esset coarctata regula, & præcipere sup. regulam. Sunt aliae con-  
cessiones regulæ quæ sic conceduntur fratribus quod & prælatis introducit ut potestas eas prohibendi aut impediendi aut præcipiendi contra eas, & de his constat quod non possunt impediri per prælatos, quia non habent potestatem ad id ex regula, immo tollitur ab eis per regulæ talis potestas, quoad haec & per con-  
sequens fratres non tenentur eis in hoc obedire: & de his expre-  
se loquitur expos. Sanctorum patrum 10. cap. ubi habetur quod si inhibetur quod regula concedit, uel prohibetur quod regula præcipit uel intendit, tunc subditus non tenetur nec debet obe-  
dire. Sed quomodo cognoscuntur quæ concessiones aut liber-  
tates

tates regulæ sunt de primo modo, quod s. possunt prohiberi per prælatos & quæ non. Respondeo quod ex ipsa litera regulæ & circumstantiis potest hoc propendi, & ut de singulis exemplificemus solum septem concessiones seu libertates expresse continentur in regula, ut sup. cap. 1. q. 2. habetur. De quibus dico quod illa, s. quod fratres possint repetiare uestimenta sua cap. 2. q. 22. & illa de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare, cap. q. 3. & illa ministr. & custod. singula si uoluerint, possint in suis custodiis semel ad capitulum conuocare cap. 8. q. 4. item alia de ieiunio Epiphaniae & aliorum temporum capitu. 3. q. 2. ois istæ quatuor concessiones possunt aliquando in toto aliquando in parte tantum, in casu & ex causa prohiberi per prælatos vel aliter ordinari, ut in locis allegatis de ipsis latius constat. Aliæ autem tres, quarum prima est, quod tempore necessitatis non teneantur fratres ieiuni corporali, 3. cap. q. 2. & alia, quod s. si qui fratum diuina inspiratione uoluerint ire inter sarracenos &c. capi. 12. non possunt impediri vel imponi per prælatos ut in locis allegatis tractatur. Illa autem alia & ubiq; sunt fratres qui scirent se non posse regulam specialiter obseruare ad suos min. debeant & possint recurrere, ut infra in hoc 10. ca. q. 5. & 6. dicetur, constat quod non potest impediri per prælatos ullo modo nec in toto, nec in parte. Ad argumenta autem quæ contra hoc sexrum punctum fieri possunt patebit responsio infra in 2. argumento in 7. puncto.

Septimum punctum est, non obstantibus omnibus supradictis in tota hac quæstione, Nos fratres min. specialius præ aliis religiosis tenemur ex iure regulæ nostræ obedire nostris prælatis in omnibus licitis & honestis, præterq; in hiis quæ essent aliquo modo contra animam nostram, aut contra, seu præter regulam, & præter quam ad altiore uitam, seu statum transire. Notandum in hoc septimo puncto, est tota difficultas, ideo latius est immorandum declaratur particulæ prius, deinde probantur. Dicitur primo quod ex iure regulæ nostræ nos specialius præ aliis cæteris tenemur obedire nostris prælatis in omnibus licitis & honestis, quia scilicet uotum nostræ obedientiæ promissa est altius quam in aliis religionibus, ut probabitur. Dicitur 2. præterq; in iis quæ essent aliquo modo contra animam nostram. Contra animam autem, hic diciur esse omne peccatum & ois occasio propinqua seu periculum peccati mortalis quomodo cum sit (ut sup. in 2. puncto dictum est)

quod in hoc nulli tenemur obedire, unde si præcipiatur sed quod est notabiliter laetiū corporalissalutis, seu in periculū uitæ & moris corporalis, nō tenemur obedire, quia esset peccatum temeritatis aut tentandi Deum, vel contra dilectionem sui ipsius, utpote si præcipiatur intrare fluvium cum nesciat natare &c. huiusmodi & hoc uerū est regulariter, exceptis casibus priuilegiatis quando Spiritus sanct. aliud inspirat & quādo constat de eo. Ideo qui sine causa rationabili, sine tali motione Spiritus sanct. confidentes de obedientia se talibus periculis exponit ad imperiū prælatoum stulte & temere obediunt & præcipiunt, contra animam suam culpabiliter faciunt. Dicitur 3. aut præterq; in iis quæ sunt cōtra aut præter regulam. Contra regulam, hic dicitur esse, quod est contra præcepta regulæ & concilia & cōtra constitutiones factas ad regulæ puritatē obseruandam, aut quod inducit ad imperfectiōnem seu impuritatē regulæ aut quod notabiliter extingueret Spiritum deuotionis aut quod est contra mentem seu intentionem regulæ seu institutoris B.P. nostri Francisci aut confirmatoris, s. Papæ & declarationum, ut de his omnibus dictum est, sup. in 2. puncto, & ait expos. sanctorum Pa. 10. cap. & expos. sine tit. ibi dem, quia in hiis non possunt prælati præcipere neq; subditi tenentur obedire, & aliquādo tenentur non obedire, ut dictum est in 2. puncto. nisi in casu quo prælati possent dispensare, quia tunc tenentur subditi obedire, ut ibidem latius habetur. Præter regulam autem propriæ hic dicitur omne quod est uanum aut fatuum, & oī rationabili causa carens, quod nullomodo ordinatar ad regulam remittā, & in hoc nō tenetur obedire, ut sup. in 5. puncto secus quādo nō constaret de hoc, quia sic esset indifferēs propriæ loquedo, & tunc in indifferentibus tenemur obedire. secus esset, quādo & præceptū prælati ex aliquo fine seu circumstantia tolleret rationē uanitatis aut fatuitatis seu ociositatis operis, & ita nō esset præter regulā ut ibidem & in 3. puncto dictū est. Dicitur 4. & præterq; ad altiore uitam seu statum transire quia nō tenemur obedire præcipienti ut acceptemus episcopatū qui est altior status, neq; transeamus ad altiorē religionē si qua forte esset altior. Neq; quod uitam heroycā seu actus heroycos agamus alios seu aliter quam promis. in regula, utpote si præcipieretur quod patremus martyris, seu prædicemus inter infideles ubi minet mors aut martyriū.

Neq; quod uiuamus solitarii in assidea contemplatione, Neq; quod in assidea uitæ austerioritate notabiliter excedente communem modum nostræ religionis uiuamus, quia hæc omnia sunt super regulam nostram & sup. communem modum laudabilem uiuendi nostre religionis, & per consequens supra id quod promisimus & supra id quod regula intendit, & supra mentem uel intentionem Patris nostri Francisci qui( ut ait expos. sine tit.) noluit ut fratribus imponeretur aliae virtutes horoyce aut aliae austeriorates strictissimæ notabiliter uitam euangelicam in regula nostra contentare excedentes aut transcedentes uitam euangelicam perfectis viris euangelicis communiter iustificabiliem.

Ded quod secundum libertatem euangelicam fratres uiuerent in aliis seruando ea quæ in regula continentur & quæ promissa sunt explicite & implicite ut sic in libertatem spiritus ad ea quæ uere perfectionis euangelicæ sunt extenderentur fratres. Ideo si tales austeriorates notabiliter excedentes, ut dictum est, præcipiterentur, iam ex quo excederent communem uitam nostræ religionis essent super regulam, & per consequens contra mentem regule cuiusq; institutoris B.P. nostri Francisci, ut dictum est: ideoq; non tenentur fratres obediere. Exceptis igitur hiis quatuor quæ omnia includuntur in hiis duobus præterq; in iis quæ sunt contraria animæ & præterquam in hiis quæ sunt contraria regulæ, ut patet ex dictis, nam quod est contra Deum est contra animam, & quod est supra regulam est contra mentem eius & constituentis, & per consequens contra ipsam regulam, & quod est præter regulam, est uanum, & satuum & per consequens non est licitum neq; honestum, sive est aliqualiter contra animam. Exceptis igitur omnibus istis quatuor limitationibus quæ reducuntur ad duas prædictas, dicitur in hoc septimo punto quod nos fratres min. tenemur obediere nostris prælatis in omnibus aliis licitis & honestis. etiam arduis & strictis operibus, utpote in disciplinis &c. quod ut breuius & clarius ponatur, dicamus quod tenemur obediere nostris prælatis in omnibus licitis & honestis, præterquam in hiis quæ sunt contra animam aut contra regulam nostram quomodo cunq;, quod probatur primo, quia uotum obedientie nostræ religionis est altius quam in ceteris religionibus, saltem est altissimum quantum est possibile in altiori religione, hoc autem non esset nisi ex uitali obedientie

ex regula teneremur obediere in omnibus licitis & honestis quæ non sunt contra animam & regulam & Deum (ut dictum & declaratum est) ergo tenemur ex regula ad id. Discursus est bonus & major pars lectionis Bonaventuræ, qu. 12. & 13. super regulam dicentem, quod in tribus uotis essentialibus nostra religio excedit omnes, uel saltem an ulla etiam altissima superatur. & id ait Hug. & communiter de st. ordinis nostri ut sup. in introductione q. 2. & sup. i.ca. supra regulam idem Bonauen. iterum dicit ut patet infra in auctoritatibus in 3. probatione. Minor autem probatur, quianon uidetur quæ maior obedientia rationabilis possit communiter in aliqua religione imponi. Nam absoluta in omnibus obediere sine ullo limite non est rationabile nec possibile secundum Bonaventuræ, & communiter doct. in 2. dist. ult. ut infra in arguento habetur, & facit ad hoc Richardus de sancto Victo. ini. parte dicens, Debitum est quod præcipitur secundum ordinem. Indebitum quoad supra professionem. & paulo inferius ait, Potes tamen si uolueris nullam obedientiam indebitam tibi face re. Si promisisti coram Deo, uel profiteris coram prælato tuo obedientiam ad omnia, iam tibi de reliquo nulla obedientia erit indebita, hæc ille, ergo.

Secunda probatio est, quia expresse regula dicit sic, Præcipio firmiter eis ut obdiant suis min. in omnibus quæ promis. Domino obseruare, & non sunt contraria animæ & regulæ nostræ, quæ uerba rite intellecta, ut sonant, glossantur sic. Præcipio eis ut obdiane in omnibus quæ promiserunt, i. in omnibus in regula expresse contentis, & eo modo quo continentur, hoc enim est quod fratres promiserunt in professione, s. seruare regulam fratrum min. & uitam, ut patet. & non sunt contraria animæ & regulæ nostræ, i. etiam præcipio ut obdiant in omnibus aliis quibuscumq;, cum hactamen limitatione, s. dummodo non sint contraria animæ & regulæ nostræ aliquo modo. & quod sic debeant glossari & intellegi prædicta uerba, patet expressius in expos. sanctorum patrum, & in expos. sine tit. cap. 10. ubi sic dicitur, Præcipio ut obdiane corde & exterius opere in iis quæ regula imponit, & in omnibus aliis quæ explicite non tangit, dum tamen sint talia quæ non sint contraria animæ suæ & regulæ nostræ. Et in quæ monitiis proposuitis ab obseruantibus in conc. Constan. ff. 172. habetur sic, quod hic

hic noster ordo fundatur in obedientia promptissima: & ideo ait regula quod non solum fratres obedient praelatis in hiis quae in regula continentur, sed etiam in omnibus aliis: dum tamen non sunt contraria animae & regulae ullo modo, haec ibi. Similiter hanc eandem glossam exhibet Hug. 10. cap. & omnes alii doct. infra allegandi in tertia probatione sequenti: & quod maius est, similiter intelligit hunc passum regulae Martinus 5. in suis constit. cap. ultimo, dicens sic. Volumus & mandamus ac districte praeципimus uniuersis & singulis fratribus eiusdem ordinis ubicunque fuerint, cuiuscunque gradus uel conditionis, quod in omnibus supradictis suis praelatis teneantur firm. obedire, & in aliis licitis & honestis, quae non sunt contraria animae & regulae sua, haec ibi. Et praedicta constitutio licet non ualeat ratione constitutionis aut praecipi saltem quo ad nos Cismon. ualeat tamen pro declaratione dubit aut sensus regulae, ut sup. in introductione q. 6. dictum est, & Leo 10. in bulla unionis ff. 29. sic ait. Volumus & ordinamus, (prout in dicta regula b. Francif. continetur) ut oes & singuli fratres in oibus quae non sunt contra Deum animam suam, & regulam fir. min. teneantur obed. haec ille. Ex quibus oibus patet quod in regula continetur, sicut intelligitur iste passus regul. quod fratres obedient in oibus licitis & honestis, quae non sunt contra Deum animam & regulam aliquo modo. Ex quibus patet, quod illa glos. quam aliqui dant dicentes, obedient in oibus quae promiserunt, s. explicite, & non sunt contraria &c. i. et obedient in oibus aliis non quidem absolute in oibus aliis quae non sunt contraria &c. sed in oibus aliis, s. implicite contentis in regula seu pertinentibus ad regularem uitam, dummodo non sint contraria &c. Ita quod illa exceptio (dummodo non sint contraria animae &c.) non sit exceptio aut limitatio illorum uerborum, s. obedienti in oibus aliis sic absolute sumptorū, sed sit exceptio aut limitatio illorum uerborū etiam iam limitatorum seu restrictorum, s. obedienti in oibus aliis implicite contentis seu pertinentibus ad regulam, dummodo talia implicite contenta aut pertinentia ad uitam regularem non sint contraria &c. Ista igitur glossa, manifeste exploditur per textū regulae absolute positum & declaratum secundū supradictos doctores & Pontifices. Ideo per tales glossas. solum probatur, sicut & aliqui oppos. opinantes uoluerunt probare, quod nos frat. min. solum tenemur sicut & alii religiosi obed. in hiis quae expresse pro-

mismus in reg. & in oibus aliis, non quidem absolute sed restriete in oibus aliis implicite contentis seu quod modoli. pertinentibus ad regulam & uitam regularem, dummodo non sint contraria anim. & re. Nos aut secund. nostram glos. sup. posita dicimus quod tenemur obed. in hiis quae expresse promismus in regula, & insuper in oibus aliis absolv. sed cum hac exceptione, s. dummodo. non sint contraria anim. &c. ut di. est, quia & secund. hanc glos. latius extenditur obligatio nostræ obedientiae q. secundum illam aliorum glossarum. secund. formam obedientiae aliorum religiosorum. Patet etiam quod non ualeat illa alia glos. q. alii dant, ut Hu. refert 10. ca. dices, quod sunt aliqui qui coi ceteris regularib. distinctioni obedientiae s. necessitatis & super erogationis adhaerentes dicant obedientiam necessitatis esse obedire in hiis quae expresse continent regula: ad alia aut non nisi desuper erogatione seu congruitatis perfectione teneri, & secund. hoc sic glossant. Obedienti suis min. in oibus quae promisi Dom. obseruare, & hoc est de necessitate. quod aut sequitur, & non sunt contraria anim. & reg. nostræ, hoc est de supereroga. seu con gruitate, dantq. illam copulatiuam & non sunt contra. &c. non con tinuare præcep. præcedens inclusum in ly præcipio, aut quod ly præcipio accipitur a quo uoce pro cōsulere in hac 2. parte, s. (& non sunt contraria &c.) uel quod ista exceptio seu limitatio (& non sunt contra. anim. &c.) restringit præcedentem propos. hanc, s. præcipio ut obedienti in oibus quae promiserunt, ad hunc sensum quod s. promissa non obliget reg. si fuerit aīuel quod absonū uidetur si bi ipsi contraria ut excessu regulæ regula ipsa conuincet. haec in q. in glossa & in opin. per prædicta reprobatur, & per textum regulæ apertum & per rationes uidetur manifeste extorta glos. quae quia patere potuit cuique ideo omittuntur. Maxime cū in tab. 17. ui. g. sic habeatur, Amplius expositionē illius passus regulæ ubi dicitur obedienti suis mi. in oibus quae &c. quae passum non nulli ausi, sunt extorte contrahere ad ea dumtaxat quae in regula continentur ex pressa dānamus & execrabilē iudicamus, & quod ex illis inferret de impossibilitate condendi statuta & commendandi missas seu applicandi missarū intentionem sub poena ibidem taxata in contra affrentes &c. Tertia probatio est per auctoritates. Quārum 1. est Ma. 5. in constitu. ubi sup. & Leo. 10. ff. 29. ut sup. posita est in 2. probatione, & est ex duabus maioris efficaciz ad propositum, quia sunt pontificales & expressior est ad rem illa Leonis 10. ut patet.

Quarta auctoritas expos. sanctorum patrum 10. cap. & in quæ rimois concilii Constan. fff. 172. ubi su. in 2. probatione principali habetur.

Quinta auctoritas expos. sine tit. cap. 10. & in quodam tract. paupertatis dicit quod. hic b. P. francis. imponit obligatorie fratribus fortissime altissimam formam obediendi triplici tantum rationabili limite conclusam. Primus limes est manifestum peccatum in quo nulli est obediendum. Secundus limes est manifestū periculum peccati mortalis, in quo etiam nulli est obediendum. Ideo ait, præcipio ut obdiant in omnibus quæ promis. & non sunt contraria animæ &c. Tertius limes est (in quo etiam nulli est obediendum) quando illud quod præcipitur est manifeste op primens hominem ad imperfectionem seu ad regulæ impuritatem seu contra mentem regulæ promissæ, & ideo propter hoc expressius additur (& non sunt contraria regulæ nostræ) & quia talem tam excellentem formam obediencie & perfectissimâ fratribus impositurus erat, ideo B. P. Franciscus immediate præmisit recordationem utilissimam ad eius obseruantiam, utpote necessariam tam altissimo uoto obediencie dicens, fratres uero qui sunt subditi recordentur quod propter Deum abneg. proprias uolun. sicut quasi semper in summa arduis imponendis in hac regula B. P. Francisc. inducit ex euangelio aliquid proposito suo proprium & inducium ualdeq; confortatorium, ut in 6. cap. ubi ad mendicitatem inducit, subdit dicens (nec oportet eos uerecundari, quia dominus &cæt.) & in 2. cap. ubi suminam immutabilitatem nostri status tradit, ait, Dicat eis uerbum sancti euangelii quod uadant & uedant, &c. Sic nunc in propos. inducit recordationem proprii uoti iuxta concilium Christi dicentis Lucas 9. Qui uult uenire post me, abneg. semetipsum &c. dicens, fratres uero qui sunt subditi record. quod propter Deum abneget proprias uoluntates: quæ monitio licet ex uirgulæ non sit specialiter obligatoria, sed instru. est tamen obligatoria ex iure diuino, in quantum est necessaria ad sufficienter implendum altissimum uotum obediencie, quod subsequitur ibidem (unde fir. præcipio eis ut obdiant &c. ut dictum est. hæc ibi, ad literam ferre.

Sexta auctoritas, sanctus Bernardinus in 3. opere serm. de obediencia

Secunda auctoritas est Bonauent. in 1. cap. sup. regulam diligens, Obedientia quæ dicit eminentem gradum uirtutis qua quis homini propter Deum obedit habet plures gradus. Quidam enim in omnibus absolute per modum in contrarietatis non solum in necessariis sed in supererogatoriis difficultibus & arduis uæ renunciant uoluntati. Quidam uero cōnode, utpote ad mediocritatem sui status per tinentibus, propriæ renunciant uoluntati, ut clerici seculares qui plene habiciunt ecclesiast. potestati, 12. q. 1. non dicatis. Amplius sublimior est obedientia monachorū quam secularium clericorum, ut patet extra de officio ordinis ca. quato. Monachorum autem obedientia duobus constringitur, Primo quia per obedientiam uouent salua stabilitate ad locum, 2. quia ad nil obedire tenentur quod regulâ suâ transcendere demonstratur Altior ergo est obedientia illorum qui nulli habent in hoc mundo loci ius proprium quo sua obedientia restringatur. Item altior est illorum obedientia, quorum altior & altior est regula, ex qua tenentur eiusdem regulæ professores nil respue: nisi sit ipsi regulæ contrarium uel saluti directe uel aliqualiter: illi ergo soli gradum obedientie per modum contrarietatis absolute sumptu, ut dictum est, perfecte attingunt, quæ in omnibus etiā in indifferentiis subsunt beneplacitis alienis qui nullum habet patrocinium loci stabilis uel regionis ad quam eorum obedientia contrahatur qui nihil sibi obedientialiter impositum possent repellere quasi transcendentis suam regulam, nisi uergat aliquomo do in suæ animæ detrimentum, Vnde patet quod errant qui dicunt quod in omnibus religionibus obedientia sit æ qualis, hæc ille, & in q. 12. & 13. Similiter regula ait idem quod in tribus uotis essentialibus nostra religio oes alias excedit, ut su. dist. est, & in do. str. maiori nouiorum in 3. lib. cap. 55. idem ait. Tertia auctoritas Hug. cap. 10. tandem post refutationem oppositæ opinionis dicit, Perfectam obedientiam quæ terminis non arctatur, nec contenta professionis angustiis fertur in latitudine charitatis & ad omne quod in iuncturis spontanea in infinitam extendit libertatem. B. Francis. in spiritu seruore fratribus instituit, ut s. fratres non solum in hiis quæ promiserunt domino obseruare, Sed etiam in omnibus aliis quæ non sunt contraria animæ & regulæ nostræ obdiant, hos duos tantum limites eis imponens, hæc ille.

dientia art. 3. in Respon. ad 12. argumen. in quodam dialogo super materia obedientiae ait, Obedientia euangelica fratrum min. triplicem tantum habet limitem, s. manifestum peccatum, manifestum periculum, manifestum contagium. i. impuritatē regulae hæc ille, ubi ex propos. probat hanc sententiam nostram, & in tract. de casibus proprietatis (ut habetur spec. fff. 23. idem San. Bernardus. ait quod uicesimus casus proprietatis voluntatis proprie est non obedire prælato præcipienti aliqua licitum non impediente aliqua causa rationabili. ¶ Septima auctoritas, Dorbelius in 4. sententiarū dist. 3. q. 1. s. 24. dicit sic, ex hiis patet ordinem fratrū min. esse arctiorem ceteris in uoto obedientiae, quia non solum tenentur obed. suis prælati in hiis quæ ad regularē obseruantia spectant sicut tenetur oēs alii religiosi secundū Tho. sed etiā in hiis quæ non sunt contraria animæ & regulæ suæ, ut patet ex eorum reg. hæc ille. Et expresse idem tenet Bernard. de bustis in sermonario 2. parte sermone 27. par. 1. iphius sermonis. Et consolat Durādus in 2. dist. ult. dicēs quod obedientia maior uel minor cuiuslibet religionis cōsurgit & attenditur à forma uoti illius regulæ cui se obligauit. ¶ Octaua auctoritas est auctorib⁹ disti firmamenta trium ordin. b. Franciſ. 4. parte, ubi plures auctoritates adducit ad hoc probandum, ibi latius uideri possent. Ibi etiā tandem dicitur in 2. parte in 2. tract. fol. 45. quod sic fuit declaratum in quodā cap. ge. auctoritate Papæ & sic probat⁹ hoc 7. punctum ad sensum supradict⁹, quis Bar. Pif. 10. ca. & Spec. fff. 14. oppos. ad hoc 7. punctum teneant, ut patebit in 2. argu. & alibi respondebit latius. Contra supradicta in hac quæſione præcipue contra 7. punctum, arguitur probando quod non stat simul cum dictis in 5. & 6. punto. Nam quæro an teneamur nos frat. min. obedire in hiis quæ sunt super & præter regulā nost. an non? si sic, ergo iam hoc repugnat dictis in 5. & 6. pun. & coiter doct. dictis quod nullus tenetur obed. in hiis quæ sunt supra aut præter regul. suā, ut ibi dicitur probatum est: & iterum ex quo absolute regula dicit quod obedientia in omnibus quæ non sunt contraria animæ & regulæ secundū præfatā gloss. positam in 7. punto, ergo uidetur quod etiā in hiis quæ sunt præter aut supra regulā teneantur obedire, sic quod hoc non stat cum dictis in 5. & 6. punto. Si dicatur sicut dicendū est, quod non tenemur obedire præter aut

ter aut super regulam (ut bene declaratum est in hoc7. puncto) iam sequitur quod obedientia nostræ religionis non est altior q̄ obedientia aliarum religionum mendicantium, quia similiter illi tenentur obedire in omnibus præter q̄ in hiis quæ sunt contra animam aut regulam aut præter aut super regulam eorum, ut patet ex dictis in rōta hac quæſione. Vel signetur aliquid in quo frat. min. teneantur obedire suis prælati, alii aut religiosi nō teneantur, ut sic appareat excellentia uoti nostræ obedientiae super alios

Secundo contra 7. punctum arguitur per auctoritates primo Bonauent. in 2. dist. ult. q. ult. quod obtemperare in oībus simpliciter non solum est facile, imo & est impossibile, & ideo fines imponuntur perfectioni obedientiae, un. le & b. Franciscius sua reg. non præcipit fratrib⁹, simpliciter obedire in oībus suis prælat. sed in oībus quæ promiserunt Domino obser. & non sunt contraria animæ & regulæ, hæc ille, & paulo superius ibidem ait, Concedendum est quod religiosi nō tenentur in omnibus simpliciter obed. nisi in hiis quæ promiserunt. & non sunt contraria animæ & regulæ, hæc ille. Item 2. b. Thom. in 2. dist. ult. & Alexan. Lombardus ibidem q. ult. & Durandus ibidem, & Iōes de Maioribus in 4. dist. 38. agens de uoto, dicit cū prædictis doct. Ad obedientiam perfectam secundū quam subditus obedit in omnibus simpliciter quæ non sunt contraria legi diuinæ, uel regulæ quā professus est, nullus tenetur debito necessitatis, sed solum ex honestate qđ sicut semper tenemur emulari charismata meliora, hæc ille. Item 3. est aucto. Bar. Pif. ca. 10. & sere. cons. q. 4. & spec. fff. 14. qui oēs dicunt quod hic non uiderur nos b. P. Francisc. arcere ad illam obedientiam perfectam quæ legem nescit, nec terminis coarctatur, nec est contenta professionis angustiis, sed fertur in latitudine charitatis quæ potest dici obedientia super erogationis: & secund. hoc glosant hunc passum regulæ dicentes, præcipio ut obedientia in oībus, s. ad quæ se uoto astrinxerunt, uel ad ipsorum obseruantiam spectant, uel transgressionis eorum uitiatione, hæc ibi, ergo per hæc uidetur cōtra prædicta. Respōdeo ad 1. quod nō tenemur obedire præter aut supra regulam nost. ut dictum est, & ad illud quod ibi inde concluditur, quod ergo iam sequitur quod uotum nostræ obedientiae non est altius &c. negatur hæc sequella, quia sicut non ualeat ista argumentatio,

Nullus plus aut melius currit sup. q̄ potest, plus ergo nullus currit aut melius q̄ alius, & quod ista consequentia non valeant, patet, quia potest quis habere maiorem obligationem seu uotū maius ab aliqua & currete melius q̄ alius, licet non plus aut non supra q̄ tenetur, aut q̄ potest. Similiter in proposito non ualeat argumentatio. Nullus tenet supra suā regulā, aut uotum obedientiæ, ergo fratres min. non obligantur ad altiorem regulam seu obedienciam, seu ad obediendum plusq̄ alii religiosi. Sed deberet sic argui. Nullus ex uoto tenetur sup. suam regulam & omnes regulæ sunt æquales in uotis obedientiæ, ergo nullus religiosus obligatur plusq̄ alius obedire, ex quo omnia uota obedientiæ sunt æqualia. Ista consequentia esset bona. Sed tunc sicut antecedens est falsum pro minori, ita & consequens. Illa enim minor. s. quod (omnes regulæ sunt æquales in uoto obedientiæ) est falsa, quia sicut in paupertate & in aliis non sunt æquales omnes regulæ, & nostra religio excedit omnes alias in essentialibus uotis, utpote in paupertate sic & in uoto obedientiæ, quia expresse nostra regula obligat nos ad obediendum in omnibus quæ non sunt contra animam, ut supradictum & probatum est. quæ obligatio in nulla alia religione tam stricta reperitur. Ideo stat bene, quod super nostram regulam non tenemur obedire, & quod super omnes alios religiosos tenemur obedire, & quod uotum nostræ obedientiæ est altius q̄ aliorum religiosorum, quia regula nostra obligat nos specialiter ad id, ut sup. probatum & declaratum est in hoc 7. puncto. & si petis quod signetur aliquid in quo nos plusq̄ alii tenemur obedire &c. Ecce in promptu multa signari possent utpote si prælatus uel constitutiones capituli præcipiant omnibus uel alicui quod ter in hebdomada disciplinemur, seu quod a liud opus etiam nimis strictum & maceratuum carnis faciamus, quod in regula non continetur, tunc alii religiosi non tenentur obedire, ut sup. in 6. puncto habetur: Nos tamen fratres min. tenemur obedire simpliciter, sicut nunc in multis prouinciis habetur statutū & consuetum quod ter in hebdomada fiat disciplina, &c. qui licet ad id expresse non obligemur ex regula, obligamur aut ex præcepto prælati cui regula dedit hanc potestatem, ut eitemur in omnibus quæ non sunt contra animam & regulam ut sup. in 6. & 7. puncto dictum est. Nisi sit adeo notabiliter excessiu-

cessiuum & continuatum quod libertatem euangelicā uiris euangelicis coiter imitabilem transcendat, aut nisi contra aliquas concessiones seu libertates regulæ nostræ prohibitas præcipi à prælatis, aut contra mentem eius præciperetur, ut sup. latius in 6. & 7. puncto dictum est. Item in cauenda pecunia, in uestimentis ulti- bus, in non equitando & in aliis strictioribus pertinentibus ad puram regulæ nostræ obseruantiam, quæ quia sunt multa & pluri- ma q̄ in aliis religionibus, & quia in omnibus aliis generaliter q̄umcunq; puris, ut dictum est, tenemur obedire, in quibus alii non tenentur simpliciter aut genera. Ideo simpliciter uotum nostræ obedientiæ dicitur altius ceteris &c. & sic patet responsio ad primum. Ad secundum aut argumentum contra 7. punctum, Respondeo ad i. auctoritatem Bonauen. quod potius est pro nobis, quia solum ibi probat expresse quod nullus tenetur absolute in omnibus sine ulla limitatione obedire, quia non in illicitis nec præter nec supra sua regulā, &c. Sed cum limitationibus nostræ regulæ, s. dummodo non sint contraria aiæ & reg. bene tenetur obe- dire, qui talem regulam promisit, seu quoad id se obligauit, ut ait Richard. de S. Victo. parte i. ut su. in probatione prima huius 7. pucti habetur & sic expresse facit pro nobis Bona. Ad 2. auctoritatem beati Tho. &c. coiter doct. dico quod solum intendunt dicere quod nullus obligatur obedire supra suam regulam abso- lute, & hoc ideia nos dicimus. Nunc aut est super nostram regu- lam, sed potius secundum regulam nostram obedire in omnibus quæ non sunt contra animam & regulam (ut supra declaratum est) uel dic quod loquitur generaliter de obedientia ad quam coiter tenentur religiosi, & alii subditi suis prælati, in quo non inclu- ditur obedientia particularis quam aliquis singulariter ficeret alicui prælato, seu quam aliqua religio specialiter ficeret, uouēs regulam obligantem ad obediendum in omnibus quo non sunt contra animam & regulam, qualis est nostra regula & religio, ut dictum est. potest enim quis similiter & aliqua coitas seu religio ad plus se obligare & regulam ad plus obligantem uouere q̄ alii coiter religiosi & Christiani tenentur, ut patet. Illi ergo docto- coiter loquuntur de obedientia ad quam coiter subditi tenentur, & sic intelligitur exceptum, si quid amplius aliquis seu aliqui uoue- runt se se obligauerunt, ut est nostra religio & regula nostra pro- missa.

promissa expresse, ut patet ex dictis. Ad tertiam auctoritatem Bar. Pis. & sere. confc. & Spec. dico quod propter eorum reue- rentiam debent intelligi sicut & B. Thom. & alii dicunt, quod si super regulam nullus tenetur obedire, uel potius dicamus (quia sic & ipsi & expressius sentire uidentur) quod ipsi male tenerunt opinionem oppositam a dea quae hic in hoc 7. puncto dicta sunt & uidentur decepti ex uerbis præfatorū doct. b. Thom. &c. lo- quentium coiter de obedientia religiosorum, aut quia non distinxerunt obedientiam nostræ regulæ ab obedientia aliarum re ligionum putantes oës religiones in uoto obedientiæ esse æqua les, aut quia aliter nō bene rē intellexerunt, ideo putauerunt idē iudicium esse de uoto nostræ obedientiæ regulæ nostræ & alia rum religionum, & ideo conformiter ad hanc suam falsam opini onem diminute glossarunt hunc passum regulæ, ut dictum est. Vnde quod in sere. conf. q. 4. & in Spec. ubi sup. allegatur de Bonauent. pro sua opinione, dic quod false allegatur. Nam nihil tale dicit Bonau. pro eis, ut potest facile patere cuiq; legenti. Sed illa uerba sunt Bart. Pis. in 10. c. cuius etiam est illa opin. quæ & iam confutata est, saluo semper meliori iudicio.

**Q**V A E S T I O   I I I . Quæritur quod peccatum sit trans gredi & contemnere mandata, monitiones, concilia & statuta regulæ ordinis & prælatorum & declaratio num Pontificalium, & quantum dureat. Respondeo per 4. pun cta, Quorum 1. est, transgressio formalis seu interpretativa præceptorum quorumcunq; stricte sumptorum facta sine ulla ra tionabili causa excusante, est mortalis ex quacunq; causa fiat. Alias non nisi uenialis, & aliquando nullum peccatum est. Quadrupliciter aut̄ perpendi potest quando quod præcipitur sit stri cte præceptum obligans ad mortale, quando non, & expiran te præl. sua etiam præcepta expirant. In hoc 1. punct. ubi agitur de præceptorū transgressione quæcunq; cōtinentur tria, ut patet. Pro quorū oīum declaracione sunt aliqua prænotanda. Respon. quod peccatum est dictum, factum, seu cōceptum, seu omissione ali cuius horū contra aliquā legē obligantē. Nullū enim esset pecca tum si non fieret aut omittetur contra legē obligantē, ut supponitur ex coī doctrina doctorū: ut aut̄ planè cognoscatur quando cōmissio seu omissione quæ oīa noīe transgressionis hic accipimus est

est mortalis quando uenialis & cætera. Notandum secundo o missis multis quæ à multis hic dicuntur, tandem clarius & melius de hoc loquitur Gerson. alphabet. 63. litera e . 1.g . & cætera in 5. & 6. lectione de uita spirituali. Et supplementum Gabrielis in 4. distinctione 38. q. 1. Et Galet. in summula titulo præceptum, & latius in 2. 2. q. 104. art. 1. & 2. secundū hos ergo doct. notā, quod præceptū est seu capitulū dupliciter, uno modo stricte propriæ seu Anthonomatice, pro illo præcepto cuius transgressio est mortalis & noīe transgressionis intelligo etiam omissionem ut dixi, & tale præceptum dicitur proprie præceptū. Aliomodo large pro illo præcepto cuius transgressio non est nisi uenialis, & tale præceptum uocatur mandatum ab aliquibus, ab aliis autem monitio potius uocaretur, ut patet ex Gerson. ubi su. quod sic pa tet, quia sicut in dispositione huius uitæ naturalis & moralis polytice seu amicitiæ humanæ uidemus quod est aliquis cibus cōtra rius uitæ, ut & uenenum, Seu aliquis actus contrarius uitæ, ut cibus nocens oculis uel stomacho, uel actus minuēs aliqualiter & nocens polytice & amicitiæ, nō oīo tamē dissoluens pacē nec notabiliter nocens. Ita cōtingit in præceptis ad salutē habēdam specialem & pacem cum Deo. Nā aliqua sunt ita stricte necessaria præcepta ad salutē attēta sua latitudine, ut si homo oīo transgre diatur latitudinem totam eorum ut præcepta sunt, tā fit oīo con tra ea & contra aiæ salutem & amittitur amicitia & gratia Dei, & tunc peccatum est & dicitur mortale & proprie fit cōtra præcep tum stricte sumptum: ut quando quis furatur notabile quid, aut qui nocet notabiliter iniuste in rebus fama seu corpore proximi, uel qui luxuriatur & huiusmodi: quia iste transgressor exit totam latitudinem præcepti, sicq; oīo fit contra illud. Aliqua autem sic præcipiuntur non cum tanto rigore ut quotiescunque & quo modocunque fiat contra ea perdatur amicitia & gratia Dei & salus. Sed ista præcepta sunt taliter spectantia ad salutem & ami citiam cum Deo, ut faciant ad integratorem uitæ, ita tamen quod licet in aliquo non seruentur non omnino destruatur Dei ami citia & gratia seu salus animæ, quāuis in aliquo lēdatur, quia nec cum tali intentione sunt præcepta tam stricte, quāuis enim stricte præcipiantur non tamen in quo cunque gradu & casu, quia in quo cunque casu fiat transgressio nō exit totā latitudinem præcepti.

præcepti & amicitia Dei omnino ut est furtum de reparua , seu parualæsi proximi, attentis omnibus circumstantiis attendendis aut mendicantes iocosum officiosum & cætera huiusmodi. Seu quando prælatus præcipit silentium communiter, quia haec non præcipiuntur cum tanto rigore, nec tam stricte ut faciens contra ea statim omnino perdat gratiam & salutem animæ, ut saltē non in quocunq; casu, sicut nec oës leges æquali strictione & rigore præcipiuntur stricte nec semper sed aliquæ sic, aliquæ seu aliquando non. Quando ergo sit transgressio præceptorum illorum siue seu in casu quo stricte præcepta sunt ita quod oio transgreditur homo eorum latitudinem sine ulla causa rationabiliter excusante, tunc talis transgressio est uerè mortalit & dicitur proprie contra præceptum. Modo sit præceptum diuinum modo humanum , regulæ constitutionum, seu prælatorum. Quando uero non ita stricte præcepta sunt seu quando contra ipsa præcepta etiam stricte præcepta non omnino sit aut peccatur quod omnino exeatur extra latitudinem eorum, Sed solùm in modo ita quod ad hoc manetur intra latitudinem ipsorum præceptorum etiam stricte sumptorum, tunc solum est peccatum ueniale. Neq; omnino sit proprie, contra præceptum stricte sumptum, quamvis fecit aliquiliter contra ipsum seu contra præceptum large sumptum, quod ab aliis dicitur fieri contra mandatum seu contra monitionem. Et per hoc uidetur posse concordari doctores utpote Thomistas & alios communiter dicentes quod ueniale peccatum non est, nec dicitur proprie contra præceptum . Sed præter præceptum aut contra monitionem cum aliis doctribus ei am communiter dicentibus quod ueniale est & dicitur uere contra præceptum seu contra legem aliquam ex quo est dictum uel factum &c. contra aliquam legem ut patet ex diffinitione peccati, quæ omnia cum de nomine videantur concordat, ut dictum est, s. quia Thomiste intelligunt quod non est omnino contra præceptum stricte & proprie sumptum, alii autem intelligunt quod est aliqumodo contra aliquod præceptum stricte seu large sumptum, & utrum quod est uerum ut patet ex dictis , & in re omnes concordant sicut late dictum est ut patet ex Gerson. ubi supra & Gaietano etiam ubi supra & alibi sæpius patet ergo resolutorie quod tunc tantum est mortale quando sit contra præceptum stricte

Et seu proprie sumptum , ita & in tali casu quod extra totam latitudinem in talis præcepti fiat transgressio, alias solùm est ueniale peccatum. Sed si queratur amplius in quo & quomodo cognoscemus quando præceptum aliquod est stricte sumptum seu datum proprie, & quando transgressio est aut sit extra totam latitudinem ipsius ut sic cognoscamus quando est mortalit transgressio, & quando nō? Respondeo quod præceptum stricte sumptum obligat a d. mortale potest generaliter seu regulariter cognosci ex aliquo 4. modorum aut ex pluribus seu ex vñbus simul, quando aliquid illorum non sufficeret, ut habetur in summa Silvest. tit. præceptum q. 2 & 3. & Gaiet. 2. 2. q. 86. art. 9. & in Summu. tit. præceptum . 8. in lumis. coiter habetur. Prius ergo cognosci potest ex intentione præcipientis, quia principaliter ex intentione præcipientis presupposita materia apta congrua præcepto pendet uis præcepti, quæ quidem tamē intentio nec est necesse aut præsumi debet quod sine causa rationabili uelit illaqueare animas. Ideo nō est credendum quod ecclesia aut prælat. intedit in suis legibus aut præceptis tam multiplicatis obligare semper seu in qua cunq; transgressione ad peccatum mortale quemlibet transgressorem & quomodo libet transgredientem quodlibet præceptum: quia ut dictum est, datur latitudo & limes præceptorum ad mortale obligantium, ut dictum est. Vnde notandum secundum Had. in 6. quolibet art. 2. quod sola intentio prælati nō sufficit nec potest ad libitum suum obligare temper ad mortale transgressorum sui præcepti cuiuscunq; & quomodo libet facti, seu ad præcipiendum stricte sub mortali peccato ad libitum suum sine causa seu sine ratione aliqua ad præcipiendum sicut tam stricte. Et ratio est, quia intentio prælat. ut obliget requiratur quod sit iusta seu rationabilis iusta aut seu rationabilis tamen est quod ad id quod præcipitur tam stricte sub mortali prælat. habet aliquā iustā causā sic præcipiendi utpote ratione materiæ, quia i. est alius cuius importantia uel ratione circumstantiae alicuius seu finis simpliciter uel pro tunc quis materiæ sit leuis, ut patet in præcepto ecclesiæ de non condendis cadaveribus, ut proxime dicitur in 3. modo, alias prælat. præcipiens stricte sub mortali sine ulla causa est tyrannus & injustum est tale præceptu. ex parte causæ. Dico notanter præcipitur sine ulla omnino causa, quia si esset aliqua causa sed non omnino suf

## Q V A E S T I O     III.

ficiens ad tam stricte præcipiendum, tunc licet ipse prælatus pectet tanq; furiosus abuteus gladio suo, si intendit præcipere stricte sub mortali, uidetur tamen adhuc præceptum eius ualere & tene re & ligare saltem ad peccatum ueniale: de quo non est dubium, & forte aliquando ad mortale, ut inuit Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. not. 6. & dist. 1. q. 4. art. 3. secundum Scotum in 4. dist. 4. q. 3. dicentem, quod quando monitio uel præceptum prælati est instru ctuorum uel irrationalib; laborandum est ad eius correctionem seu reuocationem, & potest subditus lícite contemnere, iudicare seu reputare illud iniustum seu irrationalib; sicut est, non tam en licet contemnere illud non obseruando quando prælatus præcipit, hæc ille Scotus. Ex quo uidetur quod ad hæc obligat ad pecca tum ueniale in quo non est dubium, sed ut dixi dubium est, an et obliget ad mortale, & coiter tenetur quod non, nisi in casu aliquo quia ad obligandum ad peccatum aeternam non habet causam, quis habeat ad obligandum ad peccatum temporale, seu ad peccatum ueniale, sic est iniustum tale præceptum strictum ex parte causa, & hoc sentit Hadria. ubi sup. quando aut sine ulla oio causa prælatus uult stricte præcipere sub mortali & constat de irrationalitate causa, tunc secundum Hadria. ubi su. & coiter doct. dic quod subditus inobedieus seu transgressor non peccat mortali ter propter rationem iam dictam, nisi forte aliquando ratione scandali, aut alterius sequelæ seu circumstantiæ mortalis, uel nisi ex contemptu ut infra 2. p. sanct. latius habetur. Sed notandum ad prædicta quod periculum est subdito si se intronmittat de iudicando iustitiam causa præcipientis uel præcepti, & nisi manifeste cōstaret sententiæ subterfugio de iniustitia causa præcipientis seu præcepti debet præsumi iusta causa, & tenetur subditus sub mortali obediens, ut dictum est. Et cum prædictis oibus cōcordat etiam Gerson alphab. 63. litera e. q. Et Gaietanus 2. 2. q. 5 9. art. 6. secundum Thom. & coiter doct. ubi sup. Gabriel. Et quando est dubium de iniustitia legis seu præcepti, recurrentum est ad superiorem si non est periculum in mora, ut de hoc latius infra q. 6. in 3. p. cōcto, & hoc quoad 1. modū cognoscendi præcepta. Secun do modo possent cognosci præcepta stricte modo sumpta obligare ad mortale, ex uerbis, ut pote si dicatur, Præcipio, mādo, iubeo per uirtutē obedientiæ, iniungo &c. huiusm. coiter obligant ad mortale. Sed quia s̄pē uocabulis abutimur & confunduntur.

Ideo coiter dicunt doct. ut patet in Siluest. tit. præceptum, q. 2. & Gabriel &c. ubi sup. quod non potest semper & ineffabiliter ex uerbi hoc colligi, sed ex aliis conditionibus positis & deponendis & circumstantiis aliis simul. Nam & in quilibet religione aut con gregatione illa tātum uerba uim præcepti stricti obtinet quæ con fuerunt sic apud illos intelligi, & econtra: quia nōibus utimur secundum usum. Ideo ait Hug. ca. 10. quod in hac nostra religio ne minorum coiter habetur in usu quod nunquam, aut si præceptū stricte obligans ad mortale, nisi quando dicitur præcipio, aut per obedientiam iniungo, &c. huiusmodi uerba expressa. Cetera autem mandata simplicia prælatorum quando dicunt fac hoc uel illud &c. solū accipiuntur, ut mandata large, adueniale tantū ob ligantia, & s̄pē ut in omisiones ad penam tantū temporalē &c. nisi de intentione seu aliunde ex circumstantiis aliter rationabili ter constat, ut dictum est. Vbi notandum secundum b. Thom. in 2. 2. q. 9 6. art. 6. & ibi Gaietanus & Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. no ta 6. & summistas ubi sup. quod quadrupliciter potest occurtere casus egendi cōtra uerba legis pro seruanda eius iustitiatione quæ prævalere debet uerbis subiq; saltem in foro conscientia, & coram Deo.

Tertio modo cognoscuntur præcepta stricte extra materiā, ut pote quando ipsa ex se uel ex circumstantiis adiunctis pro semper vel pro tunc est magnæ importantiæ & digna ut stricte super ea sit præceptum obligans ad mortale, ut coiter dicunt docto. ubi sup. Sed ut bene ait Siluest. & Gaietanus, ubi sup. impossibile est cognoscere semper & infallibiliter humana præcepta an sint stricte an non, ex sola materia, quia inueniuntur minima quædā, ex se tamen sunt stricte præcepta sub mortali, ut patet de conciden tibus cadavera, ut ea transferant ad alia loca, quod ex se est peccatum, & tamen sub exceutione prohibetur stricte per ecclesiam. Ideo oportet addere alias conditiones seu circumstantias plures seu pauciores ad id cognoscendum, ut dictum est.

Quarto modo possunt cognosci pœna, ut pote si penam mortis aut carceris perpetui, aut huiusmodi pro transgressione imponatur, & notandum secundum Gaietanum ubi supra, quod pœna quæ, non stat cum salute animæ uere & non præsumptive infligatur, est signum peccati mortalis in transgressore.

ut est excommunicatio lata sententiae & etiam comminatoria, in quo tamen netandum quod transgressor praecepti cum lata est sententia excommunicationis peccat mortaliter, quia solum peccatum mortale fecit eum dignum excommunicatione. Sed transgressor praecepti sub excommunicatione cōminata non peccat mortaliter ratione penae, nisi aliunde constet, ut dictum est, dum transgressio non peruererit ad hoc quod ille uere dignus sit excommunicari: quod ideo dico, quia si debet praecedere monitio, anteq̄ ille excommunicetur non peccat mortaliter ante q̄ monitorio reficitur, quia non est ad hanc dignus excommunicari, utpote si clericus nutrit comam excoicetur, tunc si nutrit comam non debet excoicari, nisi monitus gene. uel specialiter, iā nō peccat mortaliter quo usq̄ monitus persevereret, tunc enī utpote excoicatione cōminata dignus peccat mortaliter. Pena aut̄ aliorū praeceptorū est aliquid st̄as cūuita aīz, ut suspēcio, interdictū, irregularitas, uel alia pena pecuniaria & corporalis & huius, temporalis pena, & ideo nō oportet semper in transgressione huiusmodi esse mortale (Quis Siluest. ubi sup. secundū Florent. generaliter loquendo dicat oppos. Nam aliquando ratione pecuniarum prædictarum non incurrit mortaliter, ut quando est pena pecuniaria, exilio, interdictū & huiusmodi, & in religionibus quando est pena flagellatio nis &c. huiusmodi, ut consuetudo circa diuersos status mores & gradus hominum multipliciter interpretatur. aliquando aut̄ sic ut quando est pena magna corporalis, ut mutilatio uel publica flagellatio apud seculares & huiusmodi, ut consuetudo etiam interpretatur attentis circumstantiis. Ergo ex nulla prædictarum causarum per se sumpta potest semper & infallibiliter agnosciri præceptum esse stricte ad mortale obligans transgressorē. Sed ex una adiuncta cum aliis pluribus aut paucioribus, & ex aliis circumstantiis secundum rationē & consuetudinis interpretationē, quis ut plurimum & generaliter sit uerum id quod dictum est secundum coiter doctores, quod s. ex altera illarum 4. causarum seu modorum potest cognosci præceptum esse strictum & obligare ad mortale eum qui transgreditur illud extra totam ipsius latitudinem: & si rursus queratur in eum quo iam constat præceptum esse strictum obligans ad mortale eum qui transgreditur ipsum extrahit latitudinem. Quomodo ergo cognoscemus quando quis

quis transgreditur totam ipsius latitudinem mortaliter & quando non? Sed adhuc manet transgressio intra latitudinem ipsius tantum ueniale peccati dum texat, Respondeo quod de hoc non potest semper & infallibiliter dari arcta regula, quia non est ea dem latitudo nec idem licet in omni præcepto stricte sumpto ne patet propter diversitatem materialium & circumstantiarum. Neque omnes auctus humani cū suis circumstantiis possent plene qualificari a nobis ut pater, quia non omnis superbia, avaritia, delectatio, &c. potest plene cognosci quanta sit, aut in quo gradu sit mortaliter &c. & in hanc omnes doct. communiter concordat, quis super hoc dentur ab eis multæ regulæ generales ad id aliqualiter cognoscendam, inter quas duas tantum hic ponam quæ pro serie natione conscientiarum mihi ualde utiles uisæ sunt. Quarum prima est, quando quis transgreditur præceptum stricte sumptum sed transgreditur illud bono animo, utpote quia uidetur ei esse aliqua causa uel ratio ad soluendum tale præceptū, utpote ad nō iejunandum seu ad comedendum carnes, seu si est frater minor ad equitandum, ad portandum calciamenta &c. quis in rei ueritate non sit causa omnino sufficiens ad excusandum omnino à peccato sine dispensatione, uel cum dispensatione, & hoc ipse bene perpendit, tamen putat quod talis leuis causa sufficit saltem ad excusandum à mortaliter transgreditur tale præceptum strictum de ieiunio &c. huiusmodi, putatq̄ deum uel legis latorem nolle eum obligare ad mortale in illo suo præcepto, quia habet ad hoc aliqualem licet non sufficientem rationem seu probabilitatem secundum qualitatem suæ personæ & insuper habet aliam uoluntatem, seu animum paratum quod nullo modo transgredere tur si putaret se in hoc mortaliter peccare sine ulla excusatione, si insuper cum tali conscientia, quod s. non peccat mortaliter, sed soluim uenialiter transgreditur tale præceptum strictum. Existentiibus igitur hiis tribus conditionibus qui transgreditur præceptum etiam stricte sumptū uidetur pie posse dici quod non peccat mortaliter, nec ex ita totam latitudinem talis præcepti, quia non est credendum quod fuerit talis intentio ecclesie seu prælati præcipientis, quod s. talis in tali casu obligaretur ab mortale sicut is qui sine ulla causa & sine prædictis conditionibus transgreditur, & per consequens uidetur quod talis non incurrit excoicationem aliquam

quam infictam, si qua est tali præcepto annexa excommunicatio in iure uel à statuto pro eius transgressione. Secus si ab hoīe, quia excoicationem iniuitā ab hoīe potest quis incurere etiam propter transgressionem ueniale, ut de hoc late Siluest. tit. excoicatione 1. notabili 3. & excoio 2. excoicationem aut iuris uel statuti, saltem apud Deum, nō uidetur quod de ea incurrit, ex quo non est mortale peccatura ut supponitur, quis ad cautelam talis absoluēdus ab excoicatione est, quia ibi est mortale peccatum, licet non uerum est, tamen præsumptum & in foro ecclesiæ. Ideo & in foro ecclesiæ est uere excoicatus & necessario ab excoicatione ab soluendus: & hoc est uerum, quod s. talis non peccat nisi uenialiter tantum, dummodo non sit notabiliter negligens aut ignorans culpabiliter mortaliter in inquirendo aut in putando non esse mortale quod tenetur sub mortali cognoscere & scire, aut inquietus est esse cōtra præceptū stricte & obligās ad mortale. Nam si esset notabiliter seu mortaliter ignorans aut negligens, tunctalis non excusaretur à mortali in sua transgressione q̄tumcumque bono animo putet se non peccare mortaliter &cæ. quia talis ignorantia & negligentia seu incuria facit actum transgressionis suæ redire in naturam suæ formalis transgressionis mortalis, ex quo ipsum non excusat, ut dictum est. Et hæc prima regula sit, de clarata elicitur ex Palud. in 4. dist. 15. & Gabrie. in 4. dist. 16. q. notabili 6. & Had. in 6. quolib. art. 2. & Gaiet. 2. 2 q. 186. art. 9. & in summul. tit. præceptum. Secunda regula est, quod quando per transgressionem aliquam non tollitur ratio finis præcepti etiam stricti, contra quod peccatur non est mortal is sed uenialis transgressio, aut uiolatio circumstantiarum præcepto adiacentium non autem substantialium ipsius præcepti, nunc autem virtutis bonum non tollitur substantialiter nec egreditur quis latitudinem aut limites præcepti, q̄ diu manet saluum bonum quod est ex fine ipsius præcepti, à quo fine specificatur ipsa uirtus quis defectus fiat in aliqua circumstantia: ergo solum est ueniale peccatum: exempli gratia, quādo s. quis omittit corrigere charitatue fratrem indigentem tali correctione, & eam omittit ex timore humano uel alias ex causa non rationabili, hic solum peccat uenialiter si hoc habet in præparatione, animi. s. quod si crederet probabiliter quod illum à mortali retraheret oīa postponeret charitatifer-

ternæ & salutis fratris finaliter intentæ in præcepto de correctione fraterna. & ratio patet ex dictis, quia in hoc casu non tollitur ratio finis ex quo salvatur uera intentio & efficax emendationis fratris pro eotēpore pro quo crederetur necessaria, quā emendationem finaliter intendit præceptū charitatue correctionis, ideo non est mortal is omission illa, sed uenialis, quia prædict. defectus correctionis contingit in aliis circumstantiis adiacentibus, puta in conseruatione temporis mediū occursus uel debiti & huius. Et simile est in aliis omissionibus eiusmodi. Nisi tantum esset & tam magnum damnum aut tam notabile detrimentū ex nostra omissione sequatur alicui quod iam ratione illius notabilis damni illa omissione censeretur notabiliter culpabilis, & per consequens mortal is rediens q̄ in nostram suæ formalis transgressionis mortal is contra finem præcepti ipsius: & hanc regulam ponit Gaiet. ex B. Tho. 2. 2. q. 33. art 2. & in summu. tit correct. fraterna, & tit. horæ Canonice. Et hæc regula ualde facit ad tollendos multos scrupulos, ut sciamus quod non oīs transgressio conditionū aut circumstantiarū adiacentium præceptis circa pecunia circa paupertatem & huiusmodi, non inq̄ est semper mortal is, nisi quādo contra substantiale prohibitum in ipso præcepto peccatur cōmissiue seu omissione, quia nec oīs cōditio aut circumstantia præcepti præcipitur tam stricte sicut & ipsum quod principaliter & substantiāliter præcipitur aut prohibetur, ut patet ex dictis. Sed in hiis causundū est ne quis laxethabenas, ne forte egrediatur limites præceptorum ubi culpabiliter à sua affectione cœcatus, non putat Nā Prouer. 28. Beatus uir qui semper est pauidus. & Ecclesiā. 19. Qui minima negligit, paulatim decidit. Et patet ergo aliqualiter & quomodo transgressio præceptorū est mortal is quādo uenialis aliquādo autem est nullum peccatum quando s. in casu & ex causa sufficienter excusante oīo à peccato, fit cōtra, quia tūc non obligat præceptum, ut pote si in necessitate quis non ieunet quod & clarum est, & sic patet hoc primum pūnctum quoad eius duas primas partes declaratum & probatum: patet etiam quod transgressio monitionum præceptorum large sumptorum solum est uenialis. Sed transgressio monitionum i. consiliorum, nullum peccatum est ex quo fit contra ullum præceptum aut legem obligantem, nisi adsit contemptus de quoproxiime in 2. pūncto latius, & in 3. pūncto agitur de transgressione constitutionum.

Tertia particula huius primi punc*ti*, quod s*e*. expirante pr*æ*lato ab officio etiam eius pr*æ*cepta expirant, patet, quia s*i*chabetur in practica & consuetudine quae est optima interpres legum. Vnde Hug. cap. i. super regulam ait. Non habet regularis pr*æ*latus ius statuendi quod obliget in futurum absq*ue* subditorum assensu sine quo eius mandata ipso expirant, nisi alias regula vel canonum auctoritate firmentur. Neq*ue* potest id quod eius tuccel*sor* reuocare n*ō* ualeat statuere, haec ille, & hoc coiter tenetur quo ad pr*æ*cepta facta ab ipsis pr*æ*lati*s*. Nam quoad statuta facta in capituli, tu dic quod ualent quousq*ue* reuocentur, ut sup*er* in introductione q. 6. habetur. Et quis Petrus Penzalis in suis quolibet*tis* i*u*l. quotlib. q. 21. dicat quod illud Hugonis habet uerum solum in pr*æ*ceptis pr*æ*latorum factis particulariter alicui uel aliquibus, non autem de factis generaliter omnibus seu alicui communitati, quia tunc dicit talia durare etiam expirante ipso pr*æ*lato quousq*ue* reuocentur, sicut de statutis dicitur ab omnibus. Sed ut dixi primum est uerius magisq*ue* practicatum, ut dicit Hug. Ideo pro nunc illi stetur.

Ex dictis in hoc primo punc*to* & eti*a* ex dicendis in 2. punc*to* subsequenter patet quod illud quod dicit Sum. Ang. tit. in obedientia secundum Cardi. & alios quos resert etiam Panorm. de obseruantia ieunii, s*i*. quod transgressio pr*æ*cepti non est mortal*s* nisi fiat c*ū* contemptu*s*. Et adducit pro se b. Bernard. & alios. Hoc inq*ue* dicitum eius & aliorum quos sequitur summa Ang. non est uerum si proprie*t* loquitur de contemptu & de pr*æ*ceptis proprie*t* seu stricte sumptis, ne patet ex dictis. Quia ex qua*ui* causa scienter fiat transgressio pr*æ*ceptorum stricte sumptorum extra latitudinem eorum est mortal*s*, modo fiat ex ira modo ex uolup*ta*, passione aut negligenti*a*, aut alias sine causa rationabiliter excusante. Alias enim sequeretur quod qui ex cupiditate, aut uoluptate contraheret in gradu prohibito per ecclesiam n*ō* pecare mortaliter & in aliis eiusmodi, quod nullus diceret rationabiliter. Si uero pr*æ*dicti doct. sum. Ang. & alii loquuntur de pr*æ*ceptis large sumptis, similiter de contemptu large seu impro pri*e* sumpto, tunc forte uerum dicerent, sed valde confuse & insufficienter, & ad hoc non generaliter esset uerum, ut patet ex dictis & dicendis. in 2. punc*to*. Ideo sum. Siluest. tit. in obedien*cia*,

qui similiter & Gabriel in 4. dist. 15. q. 3. not. 6. bene in hoc reprehendunt ipsam sum. Angel. & alios Canonicas quos sequitur & quod adducit sum. Angel. B. Bernardum pro i*e*, dico quod non satis bene ipsum intellexit, loquitur enim B. Bernar. in lib. de dispensatione & pr*æ*cept. sicut & exemplificat so*l*u*m* de pr*æ*ceptis large sumptis quae ipse uocat m*ā*data, alii uocat ea monitiones ut sup*er*, diximus: quia transgressio talium non est mortal*s*, nisi fiat ex c*ō*temptu, de quo proxime in 2. punc*to*. dicitur latius. & c*ō*cordantem his Siluest. ubi sup*er* & suppl. Gabriel in 4. dist. 38. q. 1. & Gabriel. ubi sup*er*. & alii doctor. ubi supra, & concordat seren*co*nf. q. 2. Hug. ca. 2. & c. & secund*o*. pr*æ*dicia debet intelligi o*ī*a quae à do*ct*. circa haec alicubi i*ndistincte* dicta uidentur.

Secundum punc*etum* principale huius qu*æ*stionis est circa materia*m* de cont*emptu*, & est tale: Contemptus propri*e* sumptus semper est mortal*s*. Similiter ex tali contemptu facere aut omittere quacunque etiam iuper erogatoria aut consilia quacunque: pr*o*cuius declaratione, & probatione nota*n*um ut elicetur ex Had. in 6. quolibet articulo 2. secundum Altisidoren. ut etiam refere Gerson, alphab. 6; lectio 5. & 6. de uita spirituali, quod contemptus quadrupliciter accipitur à doctoribus. 1. modo large, pro*pter* mala uoluntate, qua quis à Deo se auertit, de quo Ambrosius, omne peccatum contemptus quidam est, quia s*i*. est aliquomodo contemptus aliquis interpretatius, & sic coiter dicitur quod in omni peccato est aliquis contemptus.

Secundo modo, n*on* contemnere est rem app*reci*are seu estimare minus iusto*s*, non tanti quanti est estimanda secundum rectum iudicium. De quo Math. 6. alterum cont*ener*. & concordat cum hoc frater Ioano. Pirrinus in suo tractatu de dispensatione trat. min*im* in conclusione 1. corola. 5. dicens quod cont*ener* est aliquo modo aliquid nullū aut inutili seu uile aut minus iustū reputare.

Tertio modo isti i*us* cont*ener*, est idem quod negligere & eam non curare, sic s*i*. dum sine freno temperantiae currit per c*ā* pos*it*ientia libertatis contra faciendo, uel curando de talis legis obseruantia. Quarto modo isti clissime & proprie*t* cont*ener*, est non estimando formaliter seu interpretative rem quanti deberet estimari, seu eam parui aut uiliter estimando, insuper talem hominem seu legem alpernari & indignari eti*u*anquam uili, seu quan*do*

do uoluntas alicuius renuit, & non uult subiici & obedire legi, seu prælato, ex hac præcipue causa, quia s. non uult ei obedire & ideo procedit ad inobedientiam seu transgressionem, & concordans Gaietanus 2. 2. q. 10 4. art. 2. dicit quod hoc est proprie contemnere s. contrariæ oppositum, actui obedires, quando quis resistit aut contra facit. Ideo ut contra legem aut prælati mandatum faciat, & concordat beatus Thom. 2. 2. qu. 186. art. 9. & Siluest. tit. contemptus & communiter docto. Ex hiis patet 2. quid sit facere aut peccare ex contemptu, quando s. quis ex aliquo contemptu de prædictis quatuor mouetur seu procedit ad aliquid agendum, seu omittendum quocunque illud sit.

Et præcipue proprie dicitur quis agere, quid seu omittere ex contemptu, quando ex contemptu proprie sumpto ubi sup. in 4. modo dictu est procedit ad agendum seu omittendum, quando uero quis non agit ex prædicto contemptu, tunc modo dicitur proprie ex contemptu agere seu peccare, sed ex alia causa, utpote ex cupiditate ex libidine, ex negligentia &c. secundum prædictos doct. & sum mistas ubi sup. Vnde & ait Gaiet. in sum. tit. contemptus, quod quando aliquis subditus indignatus non uult facere id quod præcipit prælat. de hac cæne. s. ille prælatus habeat consolationem de tali refacta, utpote de obsequio factio alicui, quod quidem obsequium prælatus præcipit illi, ut faciat, tunc talis subditus non peccat ex contemptu, sed ex indignatione quod tale obsequium fiat illi cui uult prælatus, nec talis indignatio dicit illi de propinquitate ad contemptum, quia iste non eligit in ebedire ex contemptu proprie sed non consolari prælatum nec præterit mandatum ut non subiicatur, seu ut non obiciat, sed ut non consoletur prælatum sicque non peccat ex contemptu peccat tamen ex illa causa ut dictum est, hæc illæ. Item qui frequenter peccat contra legem aliquam non peccat ex contemptu uero sed proprio propter talem frequentiam quamvis ex hoc disponatur ad contemptum secundum Tho. & communiter doctores & sum mistas ubi sup. Hiis ergo suppositis quoad hoc 2. punctum dicamus primo secundum Gerson &c. doct. ubi sup. quod contemptus seu facere uel omittere ex contemptu 1. modo large sumpto temper est peccatum, ali quod quidem mortale aliquando aut ueniale secundum materiam & qualitatem præcepti contra quod peccatur. Iste contemptus nil aliud

aliud est quam ipsum peccatum contra præceptum. Secundo dico quod contemptus seu facere uel omittere ex contemptu. Secundo modo strictius sumpto similiter est peccatum aliquando quidem mortale aliquando autem ueniale secundum materiam & qualitatem præcepti legis uel consilii seu prælati seu hominis cuiuscunq; seu rei quæ uili penditur seu quæ minus aut parui æstimatur, & secundum qualitatem & quantitatem ipsius uili pensio nis attentis aliis debitibus circumstantiis in graduatione & quantificatione peccatorum attendendis, & concordat Gerson. in 2. parte summæ alpha. 24. in regulis moralibus dicēs quod mortaliter peccat qui consilia dei contemnit non æstimando ea meliora q; opositum, qui talis uili pensio redundat in ipsum Deum consulente: similiter qui notabiliter uili pendit consilia rationabilia prælatorum suorum seu ipsos prælatos eorumq; auctoritatem ut ait Gabriel. in 4. dist. 16. q. 3. notabili 6. secundum Scotum, quis non sit ex genere suo tam grauis contemptus prælatorum & suorum consiliorum sicut est contemptus dei & consiliorum eius, similiter prædictus contemptus cuiuscunq; hominis est mortaliter quando formaliter & ex intentione uili pendit quis proximum ut ipsum uilificet seu non æstimet quanti æstimandus est seu quando sic materialiter & in aduententer despicit aut uilificat quod notabiliter eū laedit in honore seu æstimatione quasi pro nihilo eum reputando aut non æstimabilem faciendo illum, ut de hoc communiter doct. aguat & sum. tit. contemptus tit. contumelia irrisio &c. Notandum tamen quod contemnere, i. non æstimare rem tanti quando iure seu rationabiliter non est tanti æstimanda, tunc nullum peccatum est, & ideo bene ficit Sco. in 4. dist. 3. q. 4. quod licitum est aliquando contemnere mandatum aliquod prælati. i. æstimare seu reputare & iudicare illud non rationabile quando s. ita est irrationaliter & quando constat de hoc. Neq; enim debemus iudicare aut dicere bonū malū aut ecclætra autuelle decipi manifeste. An aut tūc debeamus obe. iā su. q. 2. latius habetur ibi uid.

Tertio dico quod contemptus seu agere uel omittere ex contemptu 3. modo strictius sumpto. Similiter aliquando est mortale peccatum aliquando ueniale secundum Gerl. & Had. ubi su. Mortale est enim quod siccōrēnitur aut ex talic contemptu violatur præceptum stricte sumpt, uel et præceptūlarge sumpt, quod alia secun. Gers. dicitur

mandatum etiam secundum Bernardum. Quando ergo tale preceptum sic negligitur & non curatur neq; contumeliat quod nulla uis sit de eo ac si non esset receptum, est mortalis contemptus, praetertim si insuper renuitur disciplina quia tunc iam uidetur contemptus proprius & uere mortalib; quis interpretatiuus quanto modo sumptus, de quo proxime dicitur. Et hoc ex; resse an Gerson alphab. 6, litera q. & hoc idem iudicium est si tali contemptu continebitur aut violatur statutu, maxime si (ut dixi) tali contemptu addatur pertinacia quae recusat disciplinam, aliae ubi nō est pertinacia praedicta, tunc talis contemptus statutorum praedictorum est uenialis, quis grauis. Similiter quando tali contemptu contemnitur auctoritas pia lati consulentis aut praecipientis generaliter, dic quod est mortale: sed si non contemnitur auctoritas praelatis sed obseruantia consilii aut exhortationis eius, est ueniale peccatum tantum: si consilium est reuerentia, puta quia prælatus non uult præcipere sed consulere, & tamen subditus debet facere, sed quia uidet se ad id non obligari necessario, ideo nō curat & contemnit modo praedicto, ut si prælatus moneat quod citio ad pulsationem talis uadant feruent ad chorum &c. Si autem consilium prælati sit alias necessitatis quis ipse prælatus forte propter scandalum nolet præcipere sed consulere & horriari, utpote quia monet cauere conuerlationes scandalosas, aut quod nullus eroget latenter bona monasterii &c. tunc mortalib; est contemnere modo praedicto. Si uero consilium prælati est perfectionis utpote quia monet facere ea quae sine ulla culpa possent alias omitti, utpote graves disciplinas, longas & feruentes orationes &c. tunc nullum peccatum est, ut de hoc etiam late agit Silvestris tit. contemptus.

Quarto dico quod contemptus seu agere uel omittere ex contemptu 4. modo proprio sumpro, semper est mortale sic contemnere quemcunq; hominem, quia in hoc notabiliter damnificatur proximus in reuertiture uel auctoritate seu subiectione illi debita, & hoc est uerum quando ex intentione hac, uel. ille sic damnificetur seu quando in re notabiliter seu notabiliter & deliberate quis sine praedicta intentione formaliter, quis de facto contemneret alium, & in hoc concordant Gerson Hadrianus & communiter doct. ubi sup. Ex surreptione autem sic contemnens, quomo-

do peccet proxime dicerur secundum Gersonem &c. Similiter dic quod est mortale contempnere seu ex tali contemptu violare quamcumq; legem superioris, modo sit stricte preceptum, modo large seu mandatum, seu monitio, modo sit statutum, modo sit consilium rationabile, tamen quodcumq; sit Christi seu prælatorum suorum, & maxime si sit consilium Christi, ut de hoc latius Gabriel in 4. dist. 16 q. 3. notabiliter secundum Scotum in 4. dist 3. q. 4. & Bonau. in 2. dist. ultima, & communiter doctores. ratio est, quia sic contemnere est iniuriosum & tenetur homo uel iubile consilii, ut consilii sua de tribus bonum & revereri ea tanquam meliora quam in opposi. licet non teneat uel adimplere.

Et notandum secundum Gaieranum in summula tit. contemptus, quod iste contemptus præfatus potest adhuc esse duplex s. simpliciter, aut secundum quid. Simpliciter quidem, quando subditus absolute non uult obedire, nec subiici, ut dictum est in hoc 4. modo. Secundum quid autem, quando solū contemnit in modo & limitate, s. cum præparatione obediendi, si absolute præcipiatur uel consulatur. Qui enim cum tali præparatione contemnit, non omnino contemnit legem aut consilium aut superiorem aut hominem, utpote si dicente prælato, Claude ostium, & subditus, ut nō faciat uerbum prælati in hoc minimo, paratus tamen absolute obedire omittit clausere ostium, uel indignatur cum remurmuratione leui, non peccat mortaliter, quia non contemnit simpliciter, sed solū secundum quid mandatum prælati, quia s. non præterit illius mandatum, ut facit contra illud, sed cum additione distrahente, scilicet in minimo, sicut qui rem minimam furatur, uel quia sit probabilitet quia prælatus non præcipit, nec monet, seu mandat omnino ex animo. Ita quod lymimum ministracionem mandati, & non solū rationem obiecti seu materia quae præcipitur aut consulitur, & per consequens minuitur ratione contemptus mortalib; ut tanq; imperfectus actus, seu imperfectus contemptus, non sit contemptus simpliciter, & per consequens nec mortalib; sed solū uenialis. Ex quibus etiam patet quod peccare uenialiter ex ueniali tantum contemptu infra limites uenialis non est mortale, sicut nos ex uoluntate deliberata uelle peccare uenialiter tantum, non est mortale. Nam cum quis simpliciter & absolute contemnit non modifcat rem contem-

ptam aut ipsum contemptum ex minime opere seu alias, & ideo mortaliter peccat, & econtra cum quis ex hoc quod de minimo agitur (ut dictum est) in contemptum tendit, non ruit in contemptum mortale, sed affectus eius detinetur minimo tanq; non uere nec plene contemnat, sicut & in minimo furto subitentatur accipiens occulte minimum quid tanq; non plene furetur, haec ille, & facit ad hoc quod iterum ipse dicit in 2.2. q. 89. art. 7. de iurante super re minima ibi uide, quia hoc subtile est, nec quibus illi auribus aut rudi mineruæ conuenit. sed pro curiosis hic tetrigi ut materia haec de contemptu plenius poneretur. Reliqua circa haec consulto omittens, quia non omnibus neq; ubiq; omnia expedient. Tandem quoad contemnentem hoc 4. modo sed ex surreptione non ex deliberatione. Notandum secundum Gersonem alphab. 34. literæ m. quod si prælatus præcipiat subditu per turbato seu occupato & subditu ex surreptione respondeat. Sinite me nihil faciam pro uobis, & tamen rediens ad se compungitur dolens & sic adimpleret præceptum quod antearenuerat. Tunc iste talis pro prima uice 2. aut 3. non peccat mortalit. & notandum quod dicitur si ex surreptione uera id facit. Nam si sit aliqua deliberatio seu aduentitia formalis seu interpretativa sufficiens ad mortale tunc alias est dicendū ut Angest. in moralibus cap. 6. latius differit, addit Gerson quod si ex consuetudine habeat sic respondendi peccat mortaliter quia debet efficaciter resistere suæ male consuetudini. Sed ex quo frequenter sic recidiuat signum est tali uicio habituatus & non peccat ex surreptione, sed ex contemptu proprio quis interpretatio, sicut prima ebrietas nec censissima est mortalis nisi additur circumstantia in una ebrietatum sequentium quæ conuertat eam iam mortale, ut quod inebrians se aduerterit seu aduertere tenetur & negligit notabiliter aduertere periculum mortale quod incidit ex ebrietate, & tamen delibeat uel non curat se inebriare, haec ille & concordat Adrianus ubi supra & sic patet declaratio & probatio huius secundi puncti principalis.

Tertium punctum principale huius tertiae quaestione est quo ad transgressionem constitutionum seu legum. Pro quo est tale punctum. Transgressio constitutionum seu legum pure poena liuia non est culpabilis de se nisi fiat ex contemptu aut alias cui-  
pabilis

pabiliter ex alia causa fiat.

Pro declaratione huius notandum quod statutum seu lex dici tur pure poenalis, quando non obligat transgressorē ad culpam absolute seu aliquo modo, utpote quia non præcipit absolute, sed solum obligat ad poenam, opposito modo dicitur non pure poenalis quod s. obligat ad culpam, modo insuper obliget ad poenam, modo non, quod potest perspendi ex uerbis ipsius legis, seu statutis, ut de hoc summistat tit. lex. Et sic sunt omnes constitutiones generales ordinis nostri pure poenales quantum est ex iiii ipsarum constitutionum, nisi alias aliquo iure diuino uel humano transgressores obligentur ad culpam, uel nisi ubi expresse sub præcepto aliquid mandaretur, uel nisi prælati per se uel in c. g. uel prouinciali sub præcepto aliquid ipsarum constitutionum, seu earum sub præcepto mandarent. Ita quod ad culpam uellent obligare, quia sic non essent pure poenales constitutiones. Possent enim prælati mandare quod in constitutionibus non mandatur, Possunt & constituerē obligando ad culpam quod alibi sub tali obligatione non constituitur quis indiscrete id facerent generaliter sine causa, ergo constitutiones g. nostri ordinis ex iiii constitutionum sunt pure poenales, ut dictum est, quia sic expresse in easum prologo continetur, sicut & multæ aliæ leges & constitutiones aliarum religionum & communitatū, ut sup. in introductione q. 6. habetur.

Ex quo patet quod illud quod Siluest. tit. inobedientia qu. 1. contra sum. Ang. dicit quod s. ois leges humanæ obligant ad culpam &cæ. hoc dictum sic generaliter, ut sonat est fallum. Nam multa sunt statuta quæ ex sua forma non obligant ad culpam nisi de statuētis uoluntate constaret, ut dictum est. Et ad rationē Silue. s. quod ois statuēt et sub poena uult quod fiat id quod statuit, ergo tenemur nos eius uoluntati conformare & per consequens peccat qui contra agit. Respondeo secundū Galet. 2.2. q. 1 47. art. 3. Negando consequentiā. Non enim tenemur nos conformare uoluntati prælati, nisi eam nobis aliqualiter insinuat sub præcepto, seu mandato, & tune eo tantum modo tenemur quomodo insinuat & proponit s. absolute uel conditionate uel disiuncti. Siue sub nostra electione poene seu sub obligatiōe ad poenam tamq; &c. ut eu ipsem Silu. dixerat secundum b. Thom. tit. obedientia q. 1. Nunc

## Q V AE S T I O I I I .

Nunc autem in talibus statutis, ut supponitur ex forma ipsorum statutorum non præcipitur ullo modo de praetextis aliquis faciens dum seu cœtuendum sub obligatione ad culpam, ergo solum teneatur ad poenam soluendam, & hoc a thuc post cōdemnationem & non ante secundum communiter doctores, ut patet in summis istis. lex. tit. poena. & proxime hic dicetur latius de hoc. trigo nisi aliunde cōster prælatum in talibus statutis nolle ligare ad culpam, non ligantur sub diti, nisi ut dictum est, & sic dicit lumina Ang. quod ex forma statuta, s. pure poenalis, non ligantur ad culpam, bene tamen aliunde, & Siluest. male & truncata recitauit & intellexit dictum suum. Ang. & B. Thom. quem ibi allegat potius est contra ipsum Siluestrum si recte intelligatur, ut dictum est. Vnde & Gerson in regulis moralibus alphabet. 24. litera m. cum supradictis concordans dicit, quod si in præceptis poenali bus poena sit addita per modum disunctionis ad actum præcepti, sufficit poenam soluere dum actus omittitur. Si vero sit imposta poena, ut solum accessoria & inducens ad præceptum perfolutionem eius, non excusat præceptum transgressio à culpa. Sed bene aliquando compensatur, hæc ille. Et secundum hanc distinctionem forte possent concordari Siluest. cum summa Ang. ubi sup. Tamen ut dictum est, quoad statuta g. nostri ordinis nulla est difficultas in hoc, quia ex iuri ipsorum statutorum nullus transgressorum ad culpam subigatur, nisi alias obligetur &c. ut dixi.

In quo tamen est notandum secundum iur. n. Arg. tit. inobedientia, quod statutum pure & penale licet ex forma statuti non obliget ad culpam, tamen ex intentione statuentis obligat ad culpam seu ex iure diuino vel naturali ratione cōtemptus quod sit quando passum & temere & sine causa sit prævaricatio, hæc ille; Et concordat Gerlon. ubi sup. & concordant ea quæ dicta sunt sup. in 2. puncto, ubi agitur de cōtemptu ibi vide. Et secundum ibi dicta intelligitur quod hic dictum est. Sed pro maiori declaratione prædictorum in hoc. puncto, dubitatur, quomodo intelligatur ista obligatio ad poenam pro transgressione prædictorum nostrorum statutorum g. pure poenalem, ubi contineatur expresse quod non obligant nos ad aliquam culpam, sed a 1 poenas, i. ad afflictiones seu poenitentias &c. Dubitatur enim an illa obligatio ad poenam seu ad poenitentias intelligatur si imponatur à prælato

Iato an etiam si non imponatur? Respondeo secundum Gaieta. 2. 2. q. 186. art. 9. quod tripliciter inuenitur poena in talibus statutis, quia aliquando est non taxata ibidem sed taxata, & imponenda à prælato, ut contingit in leibus transgressionibus ipsorum statutorum, & ad talem penam non obligantur transgressores nisi super prælatum imponatur; quandoq; autem est poena taxata, sed imponenda à prælatis, ut contingit in grauioribus transgressionibus pro quibus statuitur quod detur seu imponatur talis uel talis poenitentia transgressorib. & ad huiusmodi similiter non tenetur transgressores nisi imponatur eis à prælato. Ratio utriusque est, quia ex quo subditus non tenetur ad plus quam lex ordinat, ideo si lex non ordinat absolute quod faciat talis poenitentiam, sed quod taliter errantibus talis uel talis poenitentia imponatur, ergo non est reus uiolatæ legis qui non patitur tam poenitentiam sibi non datam nec impositam. Quandoq; uero poena est taxata & imposta ab ipsa lege seu statuto, ut contingit saepe quando dicitur qui fregerit silentium uel non ierit ad matutinam comedat in terram seu in pane tantum & aqua &c. & ad huiusmodi poenitentias dico quod tenentur transgressores, etiam si nullus prælaus imponat, hæc ille: & notandum quod quando istæ poenitentiae sunt privationes officiorum uel actuum legitimorum factæ & huiusmodi, ad quarum executionem & requiritur actus hois, nam transgressores non incurrit tam poenitentiam seu poenam quo usq; per prælatum declaretur, & hoc quam in nostro ordine sic est statutum specialiter in cap. ge. Assisi anno Domini 1526. quo ad penas impositas per natura nostri ordinis idem uidetur quoad penas impositas per ecclesiam, ut latius de hoc habetur sup. cap. 7. q. 4. in fine, ibi videatur plenius.

Secundo dubitatur nisi non substineatur prædicta poena incuratur aliqua culpa, præterim quando ipsa poena est taxata & imposta ab ipso iure scripto, i. à constitutionibus ipsis uel à iure animato i. ab ipso prælato, ut dictum est?

Respondeo secundum Gaietanum ubi sup. quod licet quidam dicant quod incurrit peccatum si poenitentia non fit quando est taxata & imposta de hac enim hic loquimur; & ratio eorum est, quia sic obligantur ad uitandam culpam quod tamen subeant poenam, Tamen quia hoc sine ratione dicitur & legis uniuersitas

tati derogat. Ideo melius dicendum uidetur quod sic non peccat frangendo silentium statutum in lege, nisi alio iure peccet, s. faciendo contra idem prohibitum alio iure, ut sup. dictum est, Ita non peccat omittendo poenam taxatam & impositam: & ratio est, quia lex uniuersalis & non particularis est, quem dicitur, nolumus quod statuta nostra obliget ad culpam, sed solum ad poenam. Constat autem quod si transgressio in operando excusaretur a culpa & omissione poenitentiae non excusaretur a culpa; iam particularis esset illa lex, s. respectu tantum agendorum & non respectu patiendo rū & consequenter cum religiosi non aliter teneantur ad huiusmodi poenitentias, nisi uigore statutorum suorum, ergo statuta obligarent aliquomodo ad culpam sine contemptu & præcepto, ut supponitur quod est contra prædictum tenore in ipsorum statutorum, haec ille. Et facit ad hoc alia ratio, quia non omnis transgressio obligationis cuiuscunq; est peccatum, sed solum transgressio obligationis ad culpam, ut patet ex supradictis. Nunc autem statuta de quibus agimus non obligant ad culpam, contra non est peccatum non adimplere ea, nec poenam eorum, ex quo utrumq; cadit sub ipsis statutis. Illa autem obligatio qua obligamur adimplere statutum tale & eius poenam impositam est ad hoc, s. quod prælatus potest iuste nos cogere ad poenam illam, & quando nos coegerit non solum imponendo poenam, ut ordinator seu exequitor statuti, & etiam mandando seu præcipiendo, tunc si eam non patimur acceptando peccabimus, alias non, unde uidetur dicendum quod quotiescumque prælatus specialiter seu in casu speciali imponit transgressoribus poenam aliquam taxatam uel non taxatam per statutum, tunc subditus eam non patiens seu non acceptans aut implens, peccat aliquando mortaliter, aliquando uenialiter, secundum qualitatem præcepti, ut patet ex dictis in 1. & 2. puncto: & ratio est, quia talis impositio prælati uidetur quoddam speciale & exequitorium mandatum seu præceptum eius cogens subditum transgressor ad executionem statuti generaliter imponentis talē poenam, & uigore huius mandatis subditus peccaret non implendo poenitentiam illam, quāvis non uigore statuti, & sic uidetur practicari in consuetudine, saltem in nostra religione minorum: quia qui talera poenitentiam impositam a prælato, modo prædicto non impleret, censeretur in obediendis

obediendis culpabiliter, & sic tenet sum. Angel. tit. religiosus §. 28. & secundum prædicta credo limitanda esse dicta Gaietani paulo superius, quod s. solum loquitur quando poena est taxata & imposta solum per modū statuti ab ipso statuto seu a prælato quod tunc non peccat qui eam non implet. Secus si per modū præcepti exequitorii a prælato imponatur, quia tunc peccat qui non implet talem poenitentiam, ut dictum est: & forte sic etiā potest concordari Gaietanus cum aliis qui uidebantur oppositum opinari, ut factum est.

Tertio dubitatur an is qui transgreditur prædicta statuta pure poenalia ex negligentia uel libidine seu ex alia causa (excepto contemptu) an peccet;

Respondeo secundum Tho. ubi supra, & ibi Gaietanus quod: quis tales transgressiones talium statutorum non sunt peccata ex suo genere, ex uo statutorum, ita quod sensus prædictorum statutorum non obligant ad culpam, est quod statuitur illos actus esse extra genus culpæ non qualitercunq;, sed ex genere suo secundum suam naturam ipsorum actuum & hoc ad huc quantum est ex uo ipsorum statutorum, ut dictum est. Tamen ex parte alia, s. ex parte ipsius operantis potest talis actus etiam qui alias nullo iure est prohibitus seu præceptus esse peccatum, seu ingredi genus culpa: & hoc potest contingere tripliciter ex parte ipsius operantis Primo modo si fiat ex contemptu, ut sup. in secundo puncto latius dictum est, quod si ex contemptu quis frangat silentium statutum peccat ut ibidem habetur. Secundo modo ex cupiditate seu libidine uel ex nimia affectione quod id est. Nam si actus qui est extra genus culpæ ex se & necessarius & sub præcepto diuisio & naturali. Cadens, ut est comedere: & tamen si ex cupiditate excessiva fiat, est peccatum secundum communiter doctores agentes de ieiunio & temperantia, ergo multo magis erit culpa actus ille qui non est præceptus sed excusatus secundum suam naturam a culpa qualis est transgressio statuti, s. comedere carnes, uel fractio silentii si similiter ex concupiscentia fiat, quia tunc est peccatum, & conformiter ad hoc habetur in serena conscientia que. 2. secundum Asten. in summ. libro sexto, titulo 47. secundum Guiliel. de Maza, quod frater min. transgrediens alia a præceptis non peccat, nisi forteratione excessus, libidinis, uel contemptus.

Tertio modo ex negligentia, quod tamen dupliciter potest intelligi. Primo, utpote quando cum omissione actus adiungitur negligentia ut causa illius, tunc isti religiosi peccant sicut cum cupiditas est causa astus, etiam peccatur. Ut dictum est. Negligentia enim peccatum est, pro quo notandum quod ut sit peccatum quiritur quod fiat contra debitum aliquo modo, vel quod negligatur aliquid debitum fieri in se seu in modo faciendo, quod non solum est uerum in operando indebito sed & in uolendo in iuste opus aliquod: quia culpa præcipue est in uolitate, in opere aut hoc inuenit. itur quod licet quis sine culpa possit voluntarie opus aliquod, puta orationem, uel lectio nem omittere, quia si non est obligatorium sitamen orat uel legit, peccat orando negligentia seu non debito modo faciendo, quia modus faciendo est in obligatione, ut s. bene & recte fiat quod fit, ut patet, supposito quod iam fit, ideo similiter est dicendum in uolitionibus quod licet quis non teneat naturali uelle, tamen si uult peccat, nisi recte uelit. Inter religiosum autem absolute omittentem voluntarie ire ad orationem uel lectio nem hora debita & eundem negligentiter omittentem voluntarie ire ad prædicta, haec est differentia quod ille primus absolute non uult ire seu uult non ire ad orationem ad quam non tenetur, iste autem uellet ire sed negligentia detinetur ne eat, ideo in illo priuato nulla ratio culpæ est ex parte ipsius operantis nec ex parte actus ex quo per statutum ablata estratio culpæ, nec ex parte actus ut dict. est sup. in isto aut 2. estratio culpæ ex parte ipsius operantis, ex hoc est quod supposito quod uult tamē segniter & male uult. Tenetur enim ex quo uult iactu sine ulla mala conditione uelle, quia Deutero. 6. iuste quodiu sum est exqueris, & haec est 2. expositio huius tertii modi. Igiture ex dictis patet quod religiosi possunt dupliciter in regulari, obseruatiis statutorum ex negligentia culpabiliter deficere, s. ex negligentia extrinseca secundum primarii expositionem, puta cum ex mentis corpore omittitur actus, puta ire ad orationem uel lectio nem: uel secundo ex negligentia extrinseca iuxta secundam expositionem, puta cum ex tepiditate affectus seu ex lâguore inertie mentis omittitur ire ad orationem uel lectio nem, seu non debite itur uel oratur, sed negligentia: quia tamen opere quam in ipsa uoluntate potest esse prædicta duplex ex negligentia. Sicque pater dupliciter ex negligentia pec-

cari, ut dictum est: patet etiam quod ubi uoluntaria transgressio statutorum prædictorum non est culpa, ibi tamen negligentia in omni modo seu operando exterius & interius est culpa, quia statuta voluntaria transgressionem non esse culpam ex genere suo, & negligentia esse culpam ex parte operantis, ut dictum est. Quam culpam ex parte operantis statuta humana neque intendunt, sed neque omnino & generaliter tollere possunt, quia aliunde contrarius ius diuinum uel naturale contrahitur, ut patet ex dictis prædictis, quamuis breviter concordat Hug. 2. cap. dicens, quod ubi que neglegit uel languor inertie est, culpabilis est.

Quæ autem differentia sit inter statutum seu constitutionem & inter ordinationem, videatur Silvest. tit. constitutio & statutum, & alii sumi vistæ ibidem: quia statutum uel constitutio est perpetua quo usque reuocetur, ordinatio autem est temporalis usque ad aliud cap. seu usque ad alium successorem prælatum proprio locu do: sed in hoc standum est consuetudini cuiuscunq; religionis quæ habent suas leges consuetudines quæ prævalent uocabulo rum proprietatibus & acceptioribus.

Quod utrum punctum est, quomodo obligent declarationes Nic. 3. & Clem. 5. pro quo dico quod in declaratione Nic. 3. nil præcipitur nobis ultra præcepta regulæ uel Dei. Neque ipsa declaratio aggrauat præcipiendo id quod per præcepta reg. uel Dei, explicatur esse præceptum aut obligatoriū. Sicque nihilibi continetur obligatorium ad culpā ex uero ipsius declarationis, neque ipsius declarationis transgressio est nobis culpabilis, nisi quatenus alias talis transgressio sit contra regulam aut contra præcepta Dei ecclæsie aut prælatorum ordinis. Ratio horum omnium est, quia in dicta declaratione nullum est uerbum explicativum præceptis puta præcipio, mando, prohibeo, & huiusmodi, sed statuo, decerno, diffinio, uolumus declaramus & huiusmodi: haec autem uerba non explicant præceptum in aliis decretalibus secundum coiter dict. ut sup. in 1. puncto dictum est, ergo nec in isto decreto. Neque prædicta uerba uiua uoce facta subditis præsentibus explicant aut explicarent præceptum, sed tantum simplicè uoluntatem Papæ aut statutis, ergo nec hic in scriptis facta absentibus, quia non est maior ratio huius quam illius, ergo. Nam licet oī lex civilis & ecclesiastica præceptiva obliget subditos transgressores:

res ad culpam aliquando mortalem, aliquando ueniale secundum uoluntatem præcipientis & materiæ quantitatē. Non tamen omnis lex aut constitutio seu dispositio aut declaratio est præcīua, sed aliqua est tantum monitoria dispositiua uel declaratiua seu simplicis uoluntatis superioris explicatiua (ut patet sup. in 1. pun. Sto) qualis uidetur esse præfata declaratio Nich. 3. quæ solum declarat & statuit & explicat quid deceat & conueniat, ut seruetur regula & uiuatur secundum statutum nostræ professionis, non autem condit nouum ius neq; præceptum indicit. Secundo probatur idem quia Nich. 3. qui in fauorem fratrū edidit prædictam decretalem non est credēsus onera oneribus imposuisse, & præcepta præceptis aggrauasse, nequota nostra auxisse, cū potius intenderit onus regulæ nostræ alleviare, & nos ipsoſ à scrupulis & laqueis expedire, ergo. Ex quo patet quod etiam si esset uerbum sonans præceptum in dicta declarazione Nich. 3. non esset mortalis transgressio conditionū aut modificationū ibi positarum circa pecuniam, puta si frater min. prius nominet substitutum q̄ ipse dans requirat. Aut si frater non petat assensum dantis ut totum de eius auctoritate procedat. Aut si petat mutuum sub aliis uerbis uariatis q̄ Nich. 3. ibi explicat, & huiusmodi, de quibus sup. 4. cap. q. 8. latius habetur, quia quantitas materiæ non est digna præcipi sub mortali quo ad hæc. Immo neq; esset uenia li transgressio prædictarum conditionū, dūmodo alias sic fratres haberet circa pecuniā quod non faceret contra præceptum regulæ de non accipiendo pecuniā: quod utiq; caueri potest aliis licitis modis se habendo circa declarationem Innocen. Alex. &c. Aut etiam aliis modis non declaratis per Papam sicut bonireligiosi se habeant in ordine ante ullam Papalem declarationem, si et non tam facile neque tam expedite id fierit sicut nunc secundum dictam declarationem Nich. 3. Et ratio huius quod si non esset uialis transgressio dictarum conditionum etiā si sub præcepto eas nobis Papa imposuisset est, quia est cois regula theologorum quod quando à Deo uel ab homine aliquid præcipitur solum in ordine ad aliquem finem aut propter aliquem finem illius præcepti, tunc habitu sine illo per aliquem alium modum licitum aut si per illum modū præceptum impeditur illefinis, iam non manet obligatio ad illum modum præceptū, quia ex 2. Phil.

ex fine trahitur necessitas mediorum, ut de correctione fraterna coster dicunt doct. quod s. quando emendatio fratris nō potest comode haberi per præuiam monitionem & testiū inductionem aut quando sine hiis potest melius fieri, tunc talis ordo euang. nō est obligatorius, aut quod est omittendum. Sic in propos. cum Nich. 3. statuerit prædictas modificatiōes solum ut seruetur à fratribus præceptum regulæ de cauenda receptione pecunia. ergo si sine illis modificationibus bene seruat dictum præceptum regulæ sub aliis modis se habendo circa pecuniam secundum regulam, iam non uidetur ulla culpa illas conditiones non seruare et si sub præcepto eas nobis Papa imposuisset, & multominus nunc esse uidetur ulla culpa eas præterire, cum nullum uerbum sonans præceptū sit, dūmodo ut diximus taliter fratres se habeant quod contra præceptum regulæ de cauenda pecunia uere non faciant, tamen & si qui contra prædictas modificationis & declarationes Nich. 3. & Clem. 5. facerent, esent utiq; puniendi à prælatis, ut transgressores statutorum g. prædictas declarationes acceptantium.

Quod si contra prædicta dicatur quod Clem. in Clementina exiui, articulo sexto, dicit nos teneri summo opere cauere quod pro aliis cauendis uel sub aliis modis q̄ ponat dicti Nich. 3. declaration ad dantes pecunias siue deputatos nuncios non recurrent, ne si secus ab ipsis attentatum fuerit, transgressores præcepti & regulæ merito dici possint?

Respondeo quod Clemens 5. in dictis uerbis non obligat neq; declarat nos obligatos esse ad seruandum omnes illas limitatiōes Nich. 3. sed dicit admonendo id debere fieri nobis non simpliciter, sed ad hunc finem, s. ne si non seruetur & perinde atque aliū religiosi nos circa pecuniam habeamus per imprudentiam in curramus transgressionem præcepti regulæ de cauenda pecunia. Neque obstat quod Clemens quintus ibidem continuo subiungit, dicens.

Nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur quod expresse non conceditur intelligitur esse denegatum. Non enim per hæc uerba fecit nobis esse derogata & illicita ea quæ non erant concessa à Nic. 3. ubi supra, nisi talia sint ut sub generali comprehendantur prohibitione de non recipienda pecunia,

Et ita non nouam ius ibi statuit Clem. s. sed solū declarando & monendo id quod alias ex regula nobis iniunctū est, quo dīg ad id significandum à Nic. 3. declaratum & dispositum est, ut supra diximus: & adde quod Sixt. 4. reuocavit omnia præcepta statutorum & declarationum suorum prædecessorum, ut s.p. in introductione habetur q. 6. uide ibi latius.

Et notandum quod non obstantibus supradictis stat bene quod alias ex uirgulæ aut status professionis nostræ, aut ex natura rei supposito præcepto aliquo regulæ aut statu nostrosit nobis mortalis transgressio multorum quæ in dicta declaratio Nic. 3. continetur, puta nimia superfluitas aut præsumptio utensilium & thesaurizatio aut contractio mutuorum more secularium factus, & huiusmodi: quia hoc derogant nos stræ paupertati & statui, ut ait expresse Nic. 3. & Clem. 5. & similiter contingere potest ubi non minaretur a nobis substitutus pecunia aut si irrequiso prius consensu dantis ubi intermedii personis opus etiam expenderetur pecunia in aliis usibus, quia ipsa natura rei postular, ut supposito præcepto de caueda eio pecunia nos aliter habeamus in accipienda & cōquirenda pecunia, q. alii qui nō tantum astricti, & hoc intelligitur ubi est dubia intentio dantis. Nā si certi sumos de dāte quod uelit a nobis nominari personam uel personas quæ recipiant pecuniam, quia sic putat melius nobis prouideri, tunc non uidetur ratio scrupuli aut peccati alicuius si prius nominetur substitutus aut si non petatur assensus dantis supradictus, quia Papa solū intendit dare modum quomodo sine regulæ transgressione pecunia precuretur, ita quod dantis uoluntas maneat libera ad faciendum de sua pecunia, ut uoluerit, ita quod non auctoritate fratrum, sed dantis expressa aut interpretaria deponatur & expeditur ipsa pecunia, quod fieri potest alio modo q. secundum modificationes Nicolai tertii, ut dictum est, ergo.

Similiter posset dici quod ex natura rei esset graue peccatum si sine ulla rationabili causa & sine alia Papæ dispositione aut licentia nostra seruaretur forma nominandi unum culto idem cultum præfixa à Nic. 3. in art. 8. quia præscripta tali forma convenientissima à Papa iam natura rei, s. electionum nos docet non conuenire ut talis forma sine causa intermitatur, ut dictum est: Similiter dicendam uidetur de declaratione Clem. 5. exiui, quod s. nil

s. nil præcipit ultra regulam &c. sicut de declaraz. Nich. 3. dictum est. Nisi solū ubi de institutione provincialium agit in art. ultimo, & ideo solū explicit obligatoria ex uirgulæ quæ ex ipsa regulæ sequuntur: & declarat & statuit, ut Nich. 3. ea quæ ex uirgulæ obligant, & semelibz inuenitur uerbum prohibemus, ubi si prohibet nos fieri heredes, & semel inuenitur uerbum mandamus, ubi si rem ne cessatiam propter uotum paupertatis præcipit, ut s. à superfluitatibus & præciosis & à thesaurizatione caueamus, in declarat. autem loannis 2. adiectum uel potius confirmatum & explicatum est præceptum iatis diuini uel naturalis, ut s. subditi tñti iudicio prælatorum in moderantia uestium, utensilium, domoram, librorum & huiusmodi, & non imitantur prudentiaz suaz. Sicut enim nunc, ita & ante tenebantur subditi stare iudicio suorum prælatorum.



V A E S T I O . I I I . Quæritur an super regulam nondram aliquando licite fieri possit dispensatio per Papam uel per prælatos ordinis, & quomodo?

Repondeo prius sunt duo notanda. Primum quid sit dispensatio, declaratio, relaxatio &cæt. pro quo dico secundum Angest. in moralibus cap. 14. quod dispensatio proprie est iuris alias obligantis relaxatio ab habente auctoritatem, ut de hoc latius sup. in introductione q. 5. notabiliz. habetur, quis B. Thom. & sequaces aliter prædicta disfiniant. Sed potius uidetur quæst. de nomine, nam in iure omnes concordare uidentur. Ideo dicatur nunc cum Angest. ut habetur sup.

Secundo notandum quod ista dispensatio est duplex, quædam enim est licita, quædā illicita. Licita dispensatio est, quando prædicta relaxatio sit ex iusta & rationabili causa ad talem relaxationem faciendam. Illicita autem quando sine iusta & rationabili causa sit, & tunc potius dicitur dissipatio quam dispensatio secundum Bernar. lumen. Et quo paret quod ad licitam dispensatio nem reuiruntur duo, s. auctoritas prælati potentis dispensare, saltem quando haberi potest, & non est periculum in mora, quia nullus est iudex in sua causa: & quia prælaus est commissa cura legis Epikayzandæ & pasendi gregem Ioannis 20. & habetur extra de uoto & uoti redemp. & causa sequen. cum glof. ut etiam ff dehiis

dehiis latius habetur in summa Siluestrina titulo dispensatio, s. 4. & titulo uotum 4. q. 3. & 4. & 7. & 8. secundum communiter doct. Secundo requiritur causa rationabilis ad dispensandum relaxando ius. Non enim sufficit potestas cum uoluntate ipsius prælari, ut dictum est, ut habetur ubi sup. Siluest. tit. uotum, 4. q. 1. q. 6. q. 7. &c. & tit. dispensatio, & Sum. Ang. tit. uotum 3. s. 1. & uotum 4. s. 10. & 11. & tit. dispensatio, & haberetur in c. magna de uo. & uo. redemp. & gloss. in cap. non est, eodem tit. & latius probat Gaietanus 2. 2. q. 8. art. 12. secundum Thom. ibi uideatur, quia nec Papa potest super uotis sine rationabili causa dispensare relaxando uotum, & dispensatus sine rationabili causa non est tatus in conscientia quo ad Deum, licet quo ad ecclesiam transeat quando non constat manifeste de iusta dispensationis causa, ut latius habe. in locis allegatis, licet aliquicuicisi temere contradicant: ad quod etiam faciliter loan. pirri. in tract. super dispensa. fratum min. corrol. 3. & tract. disputatorius inter Zelatorem paupertatis, & Hug. capit. 2 & 3. Et si queratur quæ causa censenda sit iusta & rationabilis ad dispensandum. Respondeo secundum Hug. cap. 3. & loan. pyr. ubisu. & sum. Silu. & Ang. tit. dispensatio, s. 1. quod generaliter omnes causæ possunt reduci adduas, s. propter utilitatem maxime spiritualem particularē ipsius personæ seu communem aliorum probabilē spectram ex tali dispensatione.

Secunda est propter necessitatem corporalem uel spiritualem particularem ipsius dispensati, aut propter communem aliorum probabiliter imminentem, utpote quād ipsa persona, aut communitas sine dispendio salutis corporalis aut spiritualis uel boni communis transire commode non possunt nisi dispensetur, aut quando imminet scandalum & huiusmodi. Et conformiter ad hæc habetur 1. q. 7. ca. necessaria &c. pro remedio, & 34. distin. fraternit. tuæ, Vbi dicitur quod defectus nostris temporeis quo non solum merita sed etiā corpora ipsa defecerunt distinctionis illius non patitur manere censuram. Sed in hiis standum est iudicio boni & docti uiri, & maxime prælati dispensantibus, facta ei uera relatione, ad eum nunquam generaliter pertinet iudicare de causa ad quem spectat auctoritas dispensandi tanquam accessoriū & principale

cipale de reg. iur. & præsumendum est in foro conscientiæ & ecclesiæ causam & dispensationem esse iustum facta ei uera relatione, nisi manifeste constet de opposito seu de indiscretione, in aduentitia seu ignorantia, aut incuria aut malicia seu coactione dispensantis, ut sup. q. 2. in 2. punto dictum est. Dixi notanter si sit uera relatio, secus si non fiat uera relatio. Sed falsa seu facta seu subreptitia tacendo quod deberet explicari & huiusmodi: & quod ad hoc notandum secundum Gaiet. 2. 2. q. 8. art. 12. & loan. pirr. ubisu. art. 3. &c. quod nō quæcunque parua utilitas aut necessitas est censenda causa rationabilis ad dispensandum, seu circa oī, quia in aliquibus requiritur & sufficit maior, in aliquibus minor, circa quod iudicandū debet esse uigil prælatus dispensans ut dictum est, quia nunquam est licita dispensatio quæ sit cum manifesta decoloratione ecclesiæ uel status religionis &c. huiusmodi, ut habetur. q. 7. & si illa.

Similiter notaandum quod non refert an causa seu necessitas predicta interueniens ad faciendum dispensationem proueniat à natura, puta ab infirmitate seu complexione hominis seu prontitate hominis ad malum. Aut quod proueniat ex culpa seu malitia etiam præsentis aliorum seu præterita ipsiusmet cum quo dispensatur, utpote si bellum ciuile non posset sedari, nisi puella habens uotum virginitatis nuberet &c. & concord. sum. Ang. tit. uotum, 4. s. 5. & tit. dispensatio s. 1. ut dictum est sup. quod propter scandalum licite dispensari potest. Secus quando talis causa sit ex culpa voluntaria præsentis ipsiusmet cum quo dispensatur, utpote quia ipse iam non uult seruare uotum seu id quod teneatur: & dicie quod si non dispensatur cū eo ut uult, quod peius faciet, seu quod apostabit &c. quia iam non uult humiliter seu ut tenetur subire difficultatem sui uoti, seu eius ad quod tenetur, quia talis causa voluntaria est malitia culpabilis de præsenti. Ideo non est sufficiens nec rationabilis ad dispensandum ( quis forte aliquando esset sufficiens ad cœmmutandum) ideo qui cum tali causa voluntaria impetrat dispensationem non est securus in conscientia (ut dicetur infra) quia talis dispensatio potius est permissione minoris mali quam liberatio ab obligatione coram Deo, ut de hoc latius loan. pirri. ubi supra in tertio notabili, fo. 160. &

inz. conclu. corrol. 3. & in respon. ad argumentū, quia pulchre ibi de hiis quae hic breviter tacta sunt. Concordat & Hug. in tract. disputatorio inter Zelatorem paupertatis &c.

Hii ergo breviter suppositis, Respondeo ad questionem, & primo dico quod Papa potest in tota regula nostra dispensare ex existente causa rationabili ad id, & in hoc non est dubium, quia communiter doct. ubi sup. tenent quod potest dispēnsare in omni uoto & iuramento ex causa rationabili, dummodo non sit in præiu dicium terrii. Ideo potest dispensare ut transeat professus ad laxiorem religionem dummodo sit causa rationabilis, ad id, ut s̄epe dictum est, alias non, secundum communiter doctores, ubi sup. & sup. cap. 2. q. 13. habetur late. Sed an prælati ordinis possint similiter dispensare circa aliqua contenta in regula, est major difficultas. Nam sum. Ang. tit. dispensatio s. 8. & tractatus defens. contra deuiantes, expresse tenent quod nostri min. g. & prouinciales possent dispensare (s. existente causa rationabili ad id) in tota regula nostra, præterq; in tribus uotis essentialibus religionis, & præterq; contra præcepta Dei. Adducunt pro se Alex. Hallen. & directorium lib. 2. tit. 19. & b. Bernardum in libro de dispens. & præcepto & alios communiter doctores, dicentes quod Abbas monachorum & religiosorum potest dispensare in tota regula eorum, præterq; in tribus uotis &c. ut dictum est, quod ergo similiter possunt nostri min. in nostra reg. quia ipsis ex regula datur potestas dispensandi, ut hic cap. 10. paulo inferius dicitur. Si quis fratrum scirent & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare ad suos min. debeat & possint recurrere, s. pro dispensatione secundum quod conuenit charitati, ut dictum est, hæc ille. Sed certe hæc opinio non uidetur uera, nam sic sequetur, quod prælati prædicti possent dispensare in receptione pecunia, in ingressu ad monasteria monachorum uel quod fierent copatres & quod non peterent unum cardinalem à Papa in protetorem, & quod non facerent officium diuinum secundum ord. Rom. ecclesiaz, & quod prædicatores instituantur aliter q; regula seu Papa decreuit, & in non habend. unum min. generalem &c. in hiis ergo sequeretur quod minist. sine speciale auctoritate Papæ possent ex sua auctoritate dispensare, & in aliis quod dicere est absurdum, nec unq; in ordine nostro practicatum, imo & nunq; per-

permissum est, ut patet. Et ad rationes quibus fundatur summ. Ang. quod s. communiter dicunt doctores quod abbas aliorum religiosorum id potest, quod ergo & ministri nostri. Respondeo negando consequentiam: Nam abbates aliarum religionum ideo possunt in tota sua regula dispensare præterq; in tribus uotis, &c. quia in regula eorum nullum fere aliud obligatoriū sub præcepto stricte ex ui regnæ continetur ultra tria uota, & ultra delationem & formam habitus eorum & ultra quædam alia pauca, ut potest uideri in Siluest. tit. religio 1. s. 9. & religio 7. s. 14. Ideo dicunt quod in aliis obseruantis corporalibus puta ieunio non æsu carnium, silentio, & operibus manuum & huiusmodi, quæ uel non præcipiuntur, uel saltē non stricte præcipiuntur in regula possent abbates dispensare. In nostra aut̄ regula ponuntur omnia prædicta & multa alia pertinentia ad obseruantias seu actus exteriōres sub præcepto stricte, ideo prædicta ratio unius taliter non ualeat. Et quod ultimo dicit quod regula nostra concedit ministris auctoritatem dispensandi in omnibus dicēs, si qui fratrum scirent & cognoscerent &c. Respondeo quod illa glossa non est commuuis. Non enim loquitur regula de recursu ad mis. pro dispensatione sed pro puriori regulæ obseruantia habenda, ut coiter glossatur ab omnibus, ut proxime dicetur infra q. 5. Item date quod adhuc de recursu pro dispensatione loqueretur & posset intelligi ille passus regulæ, Non tamen sequitur inde quod ergo regula concedit ministris potestatem dispensandi in omnibus generaliter contentis in ipsa regula, sed in aliquibus sic, in aliis quibus non, ut patebit. Ideo hæc opinio sum. Ange. non uidetur sicut generaliter ut sonata amplectenda quo ad nos fratres min. Est ergo alia opinio Bonauen. in 2. & 9. cap. quæ uidetur nobis tandem tenenda, quæ in sententia talis est, quod s. in præceptis regulæ manifestis seu eminentibus nullo modo in nullo casu potest ordo auctoritate propria dispensare, nisi Papa concedat auctoritatem ad hoc in aliquo casu seu casibus rationabilibus, & sic in illis octo præceptis seu inhibitoriis regulæ principalibus sup. positis cap. 1. q. 1. nullus prælatus ordinis potest dispensare, neq; totus ordo sine auctoritate seu priuilegio Papæ, ut dictum est. Ideo in præcepto de cauenda pecunia ait expo. sanctorum patrum 4. cap. quod nullam dispensationem regula admittit, ideo enim dicitur

citur (præcipio firmiter, i.e. in uiolabiliter, ut nullomodo denarios uel pecu. &c.) nisi ut dictum est, ad sit auctoritas seu priuileg. rationabile à domino Papa, quod an nunc habetur, an non, proxime dicetur. Similiter ordo propria auctoritate nō potest dispensare in illis obligatoriis & equipollentibus, neq; in illis habentibus uim præcepti, in quibus patet intentionē regulæ sic omnino præceptorie obligare, sicut in illis primis præceptis minimis quod nullam dispensationem admittit. Hoc aut̄ potest cognosci seu aliqualiter perpendi (ut ait expos. sine tit. cap. 2.) ex mat. de qua agitur & tenore literæ, & ex fine intento in tali præcepto. Nam quando est talis materia & taliter obligatorie imposita quod eius transgressio scandalum seu inordinationē notabilē generaret, tunc non potest ordo dispensare in prædictis & equipollentibus aut habentibus uim præcepti supra positis capitu. primo quæstio ne prima : exempli gratia secundum Bonauenturam ubi sup. ut pote in illo habente uim præcepti, quod uniuersi fra. teneantur habere unum g. ministrum &c. 8. cap. Nec in illo teneantur illi qui bus electio data est alium sibi eligere in custodem &c. 8. cap. quia in istis est manifesta & notabilis deordinatio: si non seruentur, in dispensabili sunt prælati sicut illa eminentia præcepta, & alia eiusmodi, quia sic credendum est intendisse regulæ institutorem. Quando uero non sic constat de intentione regulæ quod sic oīo præceptorie uelit obligare & indisponsabiliter sicut dictum est, tunc ordo bene potest dispensare in particulari, & in casu, & ex causa rationabili tantum, non tamen potest ordo generaliter quicq; horum immutare. Exempli grā, ut pote in illo habete uim præcepti. Si qui fratum mort. pecca. teneantur ad min. recurrere &c. 7. c. similiter in illo & equipollente, quod ieunient à festo omnium sanctorum, & 6. feria &c. 3. cap. potest ordo dispensare in particulari & in casu, ut dictum est. Imo & citra manifestam necessitatem subditus tenetur ieunium soluere, si superior præcipiter, nisi solutio ieunii etiam in scandalum aliorum, hæc Bonau. ubi sup. & concordat Alexa. Hallen. ut etiam habetur in serena consci. q. 5. dicens, quod si monacho multum laboranti præcipiat comedere carnes quando non deberet, uel soluere ieunium, tunc seruata lege charitatis & regulæ institutione & cognita necessitate personæ prælatus præcipere potest, alias non, ut de hoc sup. q. 2. in 2. & 4. punto. Et cum prædictis concordat Hugo.

cap. dicens quod quando urget causa rationabilis dispensare potest non uoluntas, sed auctoritas maioris sup. obligatoria regulæ: & idem dicit in tract. disputato. inter Zelatorem paupertatis & minimi domest. eius, fol. 203. litera c, fol. 205. f, &c. Et cum prædictis etiam concordant omnia dicta & doctores illius primæ opinionis quam tenebat sum. An. si secundum supradictam secundum Bonauent. limitetur & intelligatur. Ex quibus patet, quod Aluarus de planctu ecclesiæ apud sere. conscientiam q. 14. dicens, quod ad nullum ordinis prælatum spectat uel potest regula declarari seu dispensari: hoc dictū eius est limitandū secundū præfata distinc. S. Bonau. alioquin nō continet ueritatē ut iacet.

Sed pro maiori prædictorum omnium declaratione duo mihi uidentur hic specialius enucleanda. Quorū primum est enarrare explicite illa obligatoria regulæ quæ possent per prælatos ordinis seu per ordinem in particulari in casu & ex causa rationabili dispensari, ut dictum est. & quoad hoc dico, saluo meliori iudicio, quod circa 12. obligatoria regulæ possent prælati siue speciales priuilegio aliquando in toto, aliquando in parte tantū dispensare in particulari casu, & ex causa rationabili, ut dictum est.

Quorum primum est. In illo & equipollenti cap. 2. quod non habent fratres plures tunicas. Secundo in illo & equipollenti cap. 2. quod fratres uestimentis uilibus induantur, & similiter in usu aliarum rerum præcioso aut delicato secundum necessitatem & utilitatem, ut habetur in tract. inter Zelatorem paupertatis ubi sup. Tertio in illo & equipollenti cap. 2. de non portando calciamenta &c. Quarto in illo & equipollenti 3. cap. quod clericis faciant diui. officium secundum ordi. Rom. &c. ut expresse exemplificat Bonauent. ubi sup. Quinto in illo & equipollenti 3. cap. quod ieunient à festo omnium sanctorum &c. Sexto in illo & equipollenti 3. cap. de non equitando nisi manif. necessitate &c. Septimo in illo & equipollenti 4. ca. quod min. & custod. solicitam curam gerant pro infirmis, & induendis fratribus &c. Octavo in illo & equipollenti ca. 9. quod nullus fratrū prædicet nisi examinatus & approbatas à mi. g. Nono in illo & equipoll. ca. 10. de recursu ad mi. pro pura obseruantia regulæ. Decimo in illo & equipol. 2. ca. de recipiendo nouiciis ad ordinē & professionē & habitū nouiciorū &c. ut expref. exemplificat Bona. ubi su. & 9. c. & expo. sine tit. ca. 2. Vnde decimo.

Vndecimo in illo habente uim præcepti, cap. 7. de recursu ad min. pro absolutione à casibus referuatis.

Duodecimo in illo habente uim præcepti cap. 8. quod min. prouinciales teneantur ire ad capitulum g. in hiis ergo potest dispensare, ut dictum est, in aliis autem non, propter rationem supra dictam secundum Bonauenturam. ut patet intuitu.

Secundum quod est, hic enucleandum est, qui prælati sunt illi qui possint ex uirgula sine speciali priuilegio in prædictis dispensare modo supradicto: Respondeo quod min. g. & cap. g. potest in omnibus prædictis, & in hoc non est dubium. Sed in illo æquipollenti cap. 9. quod s. nullus fratum prædicet nisi examinatus & approbatus à min. generali, ut sup. in 8. loco positū est. Similiter in illo habente uim præcepti cap. 8. quod min. prouinciales teneantur ire ad capitulum g. ut sup. in ultimo loco habetur, uidetur quod solum potest dispensare min. g. seu cap. g. in casu & ex causa, ut dictum est, nisi esset periculum in mora. quo ad hoc ultimum habens uim præcepti quoad omnia alia supradicta regulariter & uniuersaliter solus min. prouincialis potest dispensare, quia est prælaus ordinarius propriè habens iuris conditionem: & quia ex regula ipsi soli seu præcipue hoc uidetur conuenire, ut patet in locis ubi prædicta tractantur, ubi sup. in hoc tractatu præterquam in illis primis seu æquipollentibus in principio positis, & in illo alio decimo loco pos. to quoad nouicios: quia in his potest dispensare custos & guardianus aliquando in toto aliquando in parte tantum, ut sup. potest uideri in suis locis cap. 2. q. 22. q. 23. q. 9. 10. & 12. & cap. 3. per omnes quæst. ibi politas. Ibidem potest latius uideri quod ex uirgula seu declaratio sine alio particulari priuilegio possunt in prædictis etiam guardiani in casu & ex causa, ut dictum est, dispensare. Sed ad prædicta omnia notandum quod ex uirgula particularis priuilegiū possunt etiam guardiani in plus dispensare. Nam pius 2. & ff. 100. concessit quod prælati nostri circa subditos suos & loca condescendere possint dispensare & compati debilibus & infirmis in his quæ non sunt contraria regulæ, & fuerint ibi expressi multi casus ut pote de sorularibus in itinere, de equitando, lices non sit alia necessitas uel infirmitas, de receptione frumenti pro induendis fratribus ubi non est alius modus habendi, & de procuran-

dis

dis in die sabbati eleemosynis pro carnibus ubi est consuetum & similibus, nec propter hoc dicuntur facere contra regulam, hæc ibi. Super quo ait collector supple. in fff. 100. & compendii tit. dit pensatio, s. 8. quod præfata concessio uidetur quasi propositio te ipsam falsificans. Nam primo dicit quod possit dispensari in hiis quæ non sunt contra regulam, & postea exemplificat aliqua quæ sunt manifeste contra regulam, ut pote in equitando & calciamen- tis &c. quæ sunt manifeste obligatoria, & ideo uidetur quod debuit hic dici (de hiis quæ non sunt contraria uota substantialia regulæ) uel forte intelligit non esse contra regulam quando est ne- cessitas talis quod bono modo aliter fieri non potest, & frater est dubius, hæc ibi.

Sed forte clarius & melius saluatur &c. intelligitur sic, s. in hiis quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorum quod ideo dico, quia ex aliqua causa recipere frumentum pro induen dis fratribus ubi non est alius modus comode habendi, iam ex ta licausa & in tali causa recipere frumentum per Syndicum nomine Papæ aut per alium nomine dantis, non est omnino contra præceptum de non recipiendo pecuniâ, quis forte aliquando sit contra aliquam circumstantiam seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam illius præcepti, sicq; non fit omnino cōtra seu extra totam latitudinem illius præcepti quis fiat aliqualiter. Si militer portare calciamenta & equitare existente aliquali necessitate, quis non urgente, quis sit aliqualiter contra obligatorium re gulæ non tamen omnino contra totam latitudinem ipsius nec contra substantiam ipsius, sed contra aliquam conditionem seu cir- cumanstiam requisitam ad plenam obseruantiam ipsius obligatoriū requirentis manifestam & urgenter necessitatem uel infirmitatem ad hoc quod quis possit licite calciari & equitare. In hiis ergo quæ sic sunt cōtra regulam quæ tamen & nō sunt omnino contra substantiam præceptorum seu obligatoriorum regulæ, nec contra seu extra totam latitudinem ipsorum, sed solum sunt contra aliquam circumstantiam seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum, concedit Papa quod nostri prælati possint dispensare & relaxare causa aliquali rationabili, & talis dispensatio in prædictis ex tali causa quæ alias esset insufficiens sine dispensatione ad prædicta faciendum licite con-

## Q V A E S T I O I I I I .

gratia obligatoria regulæ, iam facit causam prædictam sufficien-  
tem esse ad hoc quod licite quis faciat prædicta contra talia ob-  
ligatoria regulæ; & sic faciendo non potest dici facere simpliciter  
aut illicite contra regulam. & sic credo quod melius & clarius in-  
telligitur prædictum priuilegium, & faciunt ad hoc ea quæ supra  
dicta sunt q. 3. in i. puncto, ubi distinguitur transgressio præcep-  
torum stricte & large sumptorum &c. ibi videatur.

Ethoc priuilegium concessum prælatis (quorum nomine  
etiam Guardiani intelliguntur, ut patet ex dictis supra capitulo  
octauo, quæst. quarta.) multum ualeat serenandum conscientias  
omnium in multis huiusmodi relaxationibus & impuritatibus  
sexuali, licet non omnino sufficiente casu, seu necessitate  
commissis contra multas conditiones & circumstantias requi-  
tas ad debitam obseruatiæ præceptorum regulæ, ut patet de pe-  
cunia, paupertate, & usu paupere, & de non equitando, non  
calciando & cætera eiusmodi, dummodo non ad libitum sine ul-  
la omnino causa fiat dispensatio & transgressio in prædictis; quia  
sic non excusarentur fratres, ut patet ex dictis, & dummodo ex  
hoc non accipiatur occasio ad relaxations alias irrationalib[us]  
& nō excusabiles, quales s[ecundu]m uidemus apud aliquos. Ideo enim  
quatuor magistri in 4. ca. & Hug. 3. cap. & alii docto. coiter di-  
cunt quod non uidetur tutum in conscientia quod fratres te-  
cedant à regula quam uouerunt propter aliqua priuilegia, quia si,  
per hoc potest tota ordinis perfectione occasionaliter relaxari. Et  
Aluarus apud sere. cons. q. 14. idem obnoxius clamat & plangit,  
quæ omnia sunt uera quando sine rationabili causa & indiscrete  
& passim talibus dispensationibus utuntur fratres, ut ait Hug. 3.  
cap. quia tunc potius sunt dissipationes, & non excusant à trans-  
gressionibus præfatis, ut dictum est: & ut communiter tenent  
doctores ubi sup. in locis supra allegatis in principio huius que-  
stionis, & in summis potest uideri aliqualiter. De dispensationibus  
autem censoriarum uideatur in compendio tit. dispensatio.

Et vbi cunque sunt fratres qui scirent &  
cognoscer-

cognoscerent se non posse regulam spiri-  
tualiter obseruare &c.

 V A E S T I O V. Quæritur an fratres omneste-  
neantur recurrere ad suos prælatos pro remedio obserua-  
tiae regulæ, & quando, & similiter an ipsi prælati tene-  
antur eis prouidere de remedio ad hoc, & quomodo peccent fra-  
tres impedites ordinis reformationem & puram aliorum ob-  
seruantiam regulæ, in toto uel in parte?

Respondeo per quatuor puncta. Quoru[m] primum est, quid sit  
& quotupliciter stet regulam spiritualiter obseruare, & ad hoc  
dico quod regulam spiritualiter obseruare ( secundum quatuor  
magistros Hugo. exposito. sine titulo : & refert etiam Barthol.  
Pis. 10. c. quod secundu[m] aliquos ) est secundum suum rigorem  
sue puritatem suam seu sine occasione ad malum eam obserua-  
re, & econtra non posse regulam obseruare spiritualiter est, non  
posse seruare eam secundum suum rigorem uel suam puritatem  
uel sine occasione proxima ad peccatum.

Item exposito. sanctorum patrum capit. 10. ait quod regu-  
lam spiritualiter obseruare, est eam secundum uerum intellectum  
quem Spiritus sanctus de ea exprimit & de eius perfectione  
obseruare.

Item Bonauen. ait quod regulæ spiritualiter obseruare est eam  
in iis præcipue quæ spiritualia sunt obseruare, ut est puritas con-  
scientiae, tranquillitas cordis & huiusmodi.

Tandem Hug. ubi supra iterum dicit quod regulam spirituali-  
ter obseruare est ipsam pure, debite, seu religiose obseruare. Nā  
mos Beati Patris Francisci erat dicere spiritualiter fieri quod pu-  
re seu religiose siebat. Ideo regulam spiritualiter seruare ille non  
potest qui debite ac religiose non potest, hæc ille.

Ex quibus oibus uidetur quod dupliciter stat regulam spiri-  
tualiter obseruare. Vno modo est eam debite, pure, ac religiose si-  
ne transgressionis peccato sufficienter ut est necesse, obseruare, ut  
patet ex quatuor magistris Hug. & expos. sine titulo, & Bartho.  
Pis. ubi supra, & patebit ex dicendis infra in tertio punto secun-  
dum constitu. Martini 5. capitulo 10. & sanctum Bernardi. &c.

g g 2 Aliomodo

Aliomodo est eam secundum suam perfectam puritatem & rigor in spiritu tranquillitate sine ulla dispensatione aliqualiter et licite relaxante obseruare, ut patet secundi expos. s. Et. patrum & sanctum Bonavent. ca. 10. ubi sup. & in seren. conf. q. alpha. litera I. secundum Vbertinum. Similiter dupliciter stat regulam non posse spiritualiter obseruare i. non debite sufficienter sine peccato uel non secundum suam perfectionem sine dispensatione quamvis licite relaxatiua, ut dictum est.

Secundum punctum est, quis intelligatur hic nomine ministrorum &c. Respondeo quod omnes praे lati ordinis indifferenter ad quos pertinet proportionabiliter suis subditis circa predicta prouidere, & præcipue intelliguntur min. provinciales, quia ipsi praे aliis melius & uniuersalius subditis potest in hoc prouideri, ut expresse dicit bonavent. Hug. Barth. Pis. & expos. sanctorum patrum & alii communiter expositores, unde ait Hug. quod possunt fratres ad min. g. uel prouinciam recurrere, quando s. aliter subsidio inferiorum prælatorum non posset regulam spiritualiter obseruare: superflue enim ad maiorem prælatum recurreretur quando per minorem indigentia que utiliter subuenitur. Et cum predictis concordat latius expos. sine titu. capitu. 10. dicens quod omnia quæ in hoc capit. 10. ascribuntur ministris similiter competunt omnibus prælatiis ordinis respectu suorum subditorum, s. min. ge. & prouincial. & cust. & guardian. quia predicti omnes tenentur uisitare, monere, corriger suo quicq; modo suis subditos (ut sup. q. 1. dictum est) quia in absentia unius debet alter prouidere in predictis, & maxime minor prælatus in absentia maioris. Item quia aliter uiciose regula in nullo cap. explicaret formam & mensuram obedientiae min. g. pro. uel & cust. uel & Guardi. nisi pro quanto hoc trahi posset per quandam conuentiam ex obedientia min. in hoc 10. cap. posita. Itē patet hoc in cæteris cap. ubi de min. g. uel prouinciali tantum loquitur, saltem in aliqua parte capituli exprimit nomen min. g. uel prouin. quod non reperitur in toto hoc 10. cap. ergo nomine ministrorum omnes prælati indifferenter intelliguntur, ut dictum est, quia præcipue min. prouincialis intelligatur, hæc ibi. Sed si his passus regulæ intelligatur de recurso administ. pro dispensatione, ut uult sum, Angelica titulo dispensatio s. 8. & aliqui alii (ut proxime

medicetur in 3. punto) tunc noīe min. intelliguntur solūm mi. g. & prouin. secundum præfatos doct. quia ipsis regula dat auctoritatem ordinariam dispensandi in iis in quibus potest dispergari, ut sup. q. 4. dictum est.

Tertium punctum. hiis ergo suprapositis sequitur 3. punctum principale responsuum, s. Vbi cunq; fratres min. ualde certitudinaliter & probabilitate cognoscerent quod ratione loci ubi reuo- catur quo modo cunq; notabilitate impediatur à debita seu religiosa regulæ obseruantia, ita quod sine peccato seu sine periculo ualde propinquo ad peccatum ibi esse non possunt, tūc ex uir regulæ tenentur recurrere ad suos min. pro remedio sufficiēt ad debitam regulæ obseruantiam, & ipsis min. tenentur eis in hoc debite & sufficienter prouidere, & peccatū grauiter quicq; & quomo- docunq; eos in hoc impediunt. In hoc punto sunt tres particulæ, quarum 1. quod s. fratres in easu prædicto tenentur recurrere ex uir regulæ ad suos prælatos seu min. pro remedio: patet, quia expresse regula ait 10. cap. id dicit (ubiq; sunt fratres qui scirent & cognoscerent &c) quod est æquipollens præcepto secundum Clem. s. ut patet su. cap. i. q. 1. & coiter expositores oīs concord.

Sed notandum quod ut sit obligatorium hoc ex uir regulæ requiruntur simul tres conditiones quæ notantur in hac 1. particula huius tertii puncti. Prima, quod notabilitate impediatur ei debita seu religiosa obseruantia regulæ, ita quod sine peccato seu sine propinquuo periculo ad peccatum ibi fratres esse non possent nam si non impediuntur à predicta debita regulæ obseruantia, quis impedianter à puriori regulæ obseruantia, ita tamen quod sine peccato & sine periculo transgressionis prædicto ibi manere possunt, seu si non impediuntur notabilitate sed parum leuiter, ita quod frater si uult fortiter agere & caute possunt sine notabilitate regulæ transgressione & sine peccato mortali ibi manere, tūc non tenetur sub mortali ex uir regulæ recurrere ad ministr. quāmuis si uelit possit recurrere, ut dicetur infra in 4. punct. & hoc ait Hu. & expos. sine titu. & coiter id innuant alii expositores, ut etiam patebit exemplis qui ipsis ponunt, & paulo inferius hichabetur.

Secunda conditio requisita ut hoc sit obligatorium, est quod fratres predicti habeant certitudinem ualde probabilem de prædicto impedimento. Nam si solūm habent leuem conjecturam aut.

aut apparentiam, quia sic sibi uidetur, hoc non sufficit ad obligandum, imo nec sufficit ut prælati eis credant aut remediu procurare teneantur, ideo enim dicit regula, Vbicunq; sunt fratres qui scirent & cognoscerent se non posse &c. ubi ait expos. sanct. patrum scirent & cognoscerent, s. euidenter seu manifeste, non autem per fantasticam imaginationem uel secundum Bonauen. scirent, s. per experientiam, & cognoscerent, s. per rectum iudicium uel secundum expos. fine tit. scirent & cognoscerent, i. quando certitudinem & notabilem & ualde rationabilem probabilitatem haberent quod impediuntur à debita obseruantia regulæ tunc tenentur recurrere ad ministros pro remedio, & concordat latius Hug. 10. cap. & Ioannes pirri. ubi infra dicetur.

Tertia conditio requisita ut hoc sit obligatorium ex uero regulæ est quando prædictum impedimentum prouenit ratione loci ubi morantur fratres quomodo cunque inde ipsis proueniant, quod ideo dico, quia si aliunde proueniat tale impedimentum ratione temporis aut personæ ipsius fratri male disposite aut ratione prælatorum male gubernantium &c. huiusmodi, quāmuis quilibet frater teneatur aliunde de iure diuino uel naturali sibi remedia debita procurare, & saepe recurrere ad suos superiores pro remedio aut pro dispensatione, ut proxime dicetur, non tamen tenetur ex uero regulæ aut ex uero huius obligatorii regulæ, quod probatur, quia communiter expositores 4. magistri Hug. & Bartho. Pis. dicunt quod præfata impossibilitas seu importunitas debitæ obseruantæ referenda ad locum quando scilicet fratres ratione loci impediuntur ne pure & debite possint regulam obseruare, utpote quia loco annexa proprietas uel cura animarum ad quam ratione loci teneantur fratres, uel propter pericula mulierum ibi manentium seu intrantium, & cætera huiusmodi. Item idem probatur ex uerbis primæ regul. 6. cap. ubi sic habetur: fratres in quibuscunq; locis sunt qui non possunt uitam nostram spiritualiter obseruare id ipsum suo min. significant &c. & quia hic regula dicit, Vbicunq; sunt fratres, id est, in quo cunq; loco sunt fratres. Item quia sic declarauit Martinus 5. in suis constitu. cap. 10. dicens sic. Item ubi dicit regula quod ubicunq; sunt fratres qui scirent & cognoscerent &c. Declaramus iustam debere esse causam recurrendi ad ministros, s. ut cum tali loco in quo morantur fratres

*nō est*  
fratres est annexa proprietas uel cura animarum &c. ut proxime dicitur secundum sanctum Bernardinum. Tandem hanc sententiam approbavit sanctus Bernardus in sua epistola declaratoria art. 4. ubi sic habetur. Item declaratur quod excedentia superfluitatis, curiositatis locorum, nomen sufficiens causa propter quam fratres debeant recedere à loco nisi fuerit de illis aliquid propter quod non potest regula spiritualiter obseruari secundum declarationem Martini 5. (ubisupra) s. quādū loco est annexa proprietas seu cura animarum baptizando seu alia parochialia faciendo, Vel si morentur fratres in loco contra uoluntatem Domini loci, uel quando propter penuriam rerum necessiarum oportet facere congregations & quæstus in honestos contra puritatem regulæ & usum generalem ordinis, Vel propter in honestâ societatem seu importabilem fratribus præsertim rudibus & infirmis, uel propter similia quod sit simile cum sit indeterminatum, relinquitur iudicio prælatorum, extra de offic. deleg. c. de causis hæc & in constitu. Martini 5. & serena consl. q. 15. Hug. Barth. Pis. & specul. fff. 15. & sic pater intentum, quodq; in ultimo casu, s. uel propter similia includuntur multi casus de quibus prælati debent iudicare, & ad hoc casus reducuntur omnes alii quæ ratione loci præparare possent impedimentum obseruantia regulæ, utpote si tali loco essent aliqui annui reditus. sophistice uel. interpretatiue seu aliquæ possessiones annexæ, uel side statutis ad regulæ debitam obseruantiam pertinentibus quasi nihil seruatur, uel quia indifferens ingressus utriusque sexus unde castitas periclitatur in firmorum uel quia in communi non uiuitur, sed de peculiis particularibus quilibet uiuit, ut ait Ioannes pirri. sed dispensatio fratrum minorum conclusio. 2. corrol. 3. tenetur fratres recurrere ad min. pro remedio. Similiter si tali loco esset annexum periculum mortiferæ distractionis seu negociationis ad temporalia acquirenda propter officium procurationis temporalium sibi commisum seu periculum pestiferæ societas aliquorum fratrum seu ex mora continua cum aliquo seu aliqua seculari ex quo perieulum sibi ualde probabiliter uider imminere quod uix uitari possit, nisi de illo loco recedendo, uel sicut tempore primitivo ordinis contingebat quando in hospitalibus commorabatur fratres mixti cum mulieribus in periculum animarum, ait expos. sine titu. Hug.

Hug. 10. cap. & seren. conf. q. 15. quod tunc tenentur fratres recurrere ad min. pro remedio. ut dictum est. Et quia ut dictum est in epistola sancti Bernardi quando non constat manifeste de praedictis omnibus conditionibus & casibus.

In hoc, puto dictis standum est iudicio prælatorum, ut etiā sup. in q. 2. in 3. puncto habetur. Ideo in tabula cap. g. Burg. anno Domini 1523. celebrati, habetur sic. Reuocatur statutum cap. ge. Carpen. quia s. fratres ibant ad libitum suum ad min. ge. uel ad eius commissarium, & declaratur quod recursus ad min. secundū regulam intelligitur quando frater iam declarauit tuo Guardiano & discretis conuentus, necessitatem suā & Guardianus & prædicti discreti iudicent talem petitionem efferationabilem, hæc ibi. & concord. Bonauen. & Hug. ut infra in q. 6. dicetur, quomo do debet fieri talis recursus & sic patet i. pars huius 3. puncti.

Secunda pars est, quod præfati prælati tenentur subditis de remedio prouidere in prædictis, patet, quia regula subsequenter aut min. uero benigni & charitatue eas recipiant &c. quod est obligatorium illis ad hanc sensum, quod s. sufficienter subditis de remedio prædicto prouideant, & in tantum tenentur eos benigne & charitatue suscipere quantum est necesse ad hoc, quod non impediatur præfata prouisio remedii, tanquam familiariter secum illis habere quum requiritur ad hoc quod tales recurrentes non impediatur a præfato recurso ad eos, sed potius quantum requirit debita prouisio remedii, & ut præfati subditi fiducialiter ad ipsos min. accedant non retractati a prædicto recurso propter ipsorum prælatorum austeritatem siue repulsam, nam si præfati prælati contrarium agerent in prædictis dando causam impedimentum præfati recursus ad eos, uel ut non subsequetur efficax sufficiensque remedium, tunc facherent contra regulam & contra ius diuinum: ut communiter dicunt Bonauen. Hug. & Bart. psl. & expos. sanctorum pattum, & expos. sine tit. 10. cap. contra regulam, quia licet hoc expresse non explicuerit Cle. 5. inter aequalitatem quo ad ipsos min. tamen per consequentiam includitur in prædicto obligatorio quo ad subditos recurrentes, ut dictum est. Nam si subditi tenentur ex regula recurrere ad suos ministros pro remedio ergo ex consequenti virtute eiusdem obligatorii tenentur ipsi prælati eis prouidere sufficienter. Alioquin frustra

ustra esset tale mandatum subditis de recurrido, si non eodem modo intenderet prælatos obligare, ut subsequeretur debitus effectus, ut dictum est: ergo in primo includitur cōsequenter hoc secundum quo ad ipsos min. ut dictum est: licet Clem. 5. non expresserit, quia nec oīa aequalitas, de quibus tetigit, expressit omnino, ut sup. c. 3. q. 1. & 2. habetur, ubi de officio Diuino laycorum & de ieiunio quadragesimæ agitur, & 6. cap. q. 19. de scrupulo infirmis sicut sibi. & c. 7. q. 3. habetur, sic & hic. Contra ius etiam Diuinum facerent prælati aliter se habentes qd dictum est, quia ex officio prælationis tenentur prouidere necessitatibus spiritualibus fratrum subditorum, & habere curam obseruantiae juris diuini, & regulæ promissæ ut seruetur a se & a subditis & prouidere in hoc de remedio. Ideo enim sunt prælati habentes curam animarum, ut de hoc latius dicetur infra in 4. puncto principali, ergo.

Vnde super hoc ait Vbertinus & habetur in seren. conf. q. alp. literal. quod (ut aliqui audierunt a sociis b. patris nostri Franc.) una de principalibus causis, quare hic articulus sic positus erat quoad min. fuit, quia b. pater noster Franciscus uidit per reuelationem quod & expresse prædixit quod s. relaxatio transgressoria contra articulum paupertatis futura esset in ordine quodque aliqui prælati transgressionem intuentes fratribus quoad illa uellent tyronice imperare illicita, quod ne fieret uoluit prohibere & ideo hic appellat min. seruos subditorum & subditos, Dominos prælatorum dicens, ut possint dicere & facere subditi cum prælati, sicut domini cum seruis suis, &c. quia s. de hoc debet prælatus seruire subdito utiliter, ut faciat regulam debite obseruari (ut supra qu. 1. dictum est) & quia in hoc remanet subditus liber & Dominus salutis suæ, quia non solum non potest ei imponi transgressio regulæ suæ quin potius & ipse subditus potest & debet (humiliter tamen & reuerenter) dicere prælato, tu debes mihi seruire & me regere ad obseruantiam regulæ promissæ & non ad ruinam, & ideo hic prælatis regula imponit magnam pietatem & familiaritatis condescensionem circa subditos in præmissis & similibus in quibus prælati charitatue & consolationis solatio debent prouidere, non solum apertis malis sed etiā in conscientiis scrupulosis debent multum pie subditorum infirma por- hh. tare:

tare, hæc ibi: & ad prædicta faciūt ea quæ in 3. particula huius 3. puncti proxime sublequantur. Tertia particula huius 3. puncti est quod grauiter peccant nō solum prælati sed & alii quicunq; qnō cunq; impedientes subditos præfatos à prædicto recursu & impedientes prædictū remediū, & hoc patet de prælatis spiritualiter ex dictis quia nō possunt impedire ss à prædicto recursu & remedio neq; detinere. Neg; fratres tenentur eis obedire præcipientibus quod maneant in tali loco, uel conuentu deformato seu periculoſo, ut dictum est, quia contra regulam præcipierent, ut patet ex dictis sup. q. 2. in 2. punto. & quia contra concessionem hanc regulæ posset præcipere, ut ibidem dictum est in 6. punto, quia hic regula dicit quod debeant & possint recurrere ubi innuitur quod prælatis tollitur potestas impediendi subditos, ergo si oppositum faciunt prælati peccant ut tyroni, similiter & alii fratres à fortiori peccat i. impedientes aliquem à prædictis. Et in hoc communiter conueniunt expositores omnes, signanter expositores sanctorum patrum cap. 10. & Iohan. piri. ubi sup. Et de hoc multa habentur infra in 4. punto ibi uide: quia ibi aptius quadrant & hæc optime à fortiori conueniunt, & sic patet probatio & declaratio huius 3. puncti. Sed pro maiori eius declaratio-ne dubitatur an si fratres uident probabiliter se non posse debite regulam obseruare sine transgressione proueniente, non quidem ratione loci aliquo modo ut dictum est, sed aliunde, utpote ex debilitate corporali seu spirituali seu aliunde quomodo libet itaq; egent remedio aut dispensatione an teneantur ex ui regulæ similiter recurrere ad prælatos pro remedio aut dispensatione aut alio iure ad id teneantur? Respondeo saluo meliori iudicio, quod tenentur quidem recurrere pro remedio aut dispensatione suffi-ciente, sed non tenentur ex ui regulæ. Sed ratione alterius iuris diuini uel naturalis, ratio quod teneantur recurrere pro remedio patet, quia quilibet tenetur debita remedia querere seu dispensatione necessariā ad debitā obseruantia eorū ad quæ tenetur, ut patet, quia qui tenetur ad aliquid eodem iure tenetur ad media sufficienter requisita ad talem finem, & hoc est clarum & coiter concessum, ideo supponatur, quod ait ex ui huius præcepti regulæ non teneantur specialiter ad id patet ex dictis, quia solum regula loquitur de impedimento obseruantia regulæ proueniente aliquo modo ex ratione loci ubi moratur ss. Itē quia alias seque-

retur quod frater habens aliquam cām ad hoc quod cū eo dispensaret, ut sic licet posset comedere carnes aut non ieunare 6. Feria, seu in quadragesima, seu ut equitaret, uel portaret calciamenta & huiusmodi quæ sine dispensatione licite tacere non posset, sequeretur inq; quod talis sine dispensatione prælati comedens aut equitans &c. quod peccaret dupliciter seu contra duplex præceptum regulæ s. contra præceptum quod transgreditur commendo aut equitando, & secundo contra hoc alind præceptum seu obligatoriū reg. de recurrendo ad ministros pro dispensatione & sic peccauit specialiter contra regulam, quia non petiuit dispensatione nō ultra peccatum ipsius transgressionis ieunii uel & c. ut dictum est, & hoc clare sequitur si dicatur quod ex ui regulæ hic obligamur recurrere pro dispensatione quotiescumq; opus est ea, quod aut ista se quela seu hoc cōsequēs s. quod sit duplex peccatum seu cōtra duplex præceptū regulæ peccetur in casu prædicto & similibus nō sit bene aut uere dictū, patet, quia nullus doctor hoc dicit, & est multiplicare peccatum & obligationes sine suffici-ente caula seu ratione: & quia similiter diceretur in quocunq; pec-ato quod sit ibi duplex transgressio formalis cōtra duplex præceptū. Altera cōtra ipsum præceptū cōtra cuius materiā, agitur comedendo, equitando, calciando & generaliter in aliis, utpote de trahendo, ledendo aliū iniuste &c. Altera transgressio ēēt omissio re-medii seu dispensationis requisitæ ad prædicta, seu omissio cauēdi occasiones ad prædicta, seu tādē omissio oīum mediorū ad licite faciendū ea quæ licite fieri poterāt & omissio cauēdi impediēta & occasiones ad prædicta peccata cōmittēda. Sicq; generaliter oīis Christianus in quolibet peccato peccaret saltē dupliciter uno modo faciendo seu omissiō cōtra finaliter iniunctū, alio modo in faciendo seu omissiō cōtra media requisita seu impediētia talē finē hoc autē est cōtra cōmē doctrinā tenētē quod semel tātum peccatur, quia eodem præcepto & obligatione & non alia disticta præcipitur seu prohibetur ipse finis, ut de hoc late Angest. in moralibus capitul. sexto &c. Gerson. irregularis moralibus quod est uerum, nisi specialiter aliquando præcipiatur seu prohibeatur medium seu remotio impediētia ad talem finem, quod hic regula non præcipit generaliter, sed solum quando ratione loci prouenit impediētum obseruantia regulæ, ut dictum est.

Ideo solum peccatur dupliciter seu contra duplex præceptum regulæ quando ratione loci est impedimentum obseruantiae debitorum regulæ, quia tunc unomodo peccaretur contra paupertatem castitatem uel aliud eiusmodi præceptum, alio modo, quia talis frater cognoscens tale impedimentum, permansit in tali periculo & non recurrerat ad min. pro remedio ut hic specialiter regula imponit obligatorie, ideo contra hoc obligatorium peccat, ut dictum est. In aliis autem casibus in quibus ratione loci non provenit præsumptum impedimentum, frater min. non prouidens sibi de remedio aut de dispensatione necessaria non peccat specialiter, ex hoc contra hoc obligatorium regulæ, ut probatum est: sed solum peccat contra aliud ius diuinum uel naturale uel humanum sicut & alii Christiani non prouidentes sibi de remedio aut de dispensatione præfata in similibus casibus: quia non peccant communiter nisi semel contra præceptum quod transgrediantur principaliiter & præfata omissione remedii aut dispensationis aut remotioris impedimentorum non est distinctum peccatum, nisi ubi aliquando specialiter aliquo iure ad id obligantur quod non est in proposito in hoc passu regulæ ut dictum est, & sic patet responsio cum sua probatione ad hoc dubium & ad hoc 3. punctum principale. Et sic patet ex prædictis quod non ualeat opinio sum. Ang. tit. dispensatio s. 8. & tractatus defensorii contra deuiantes f. 198. tenentum quod hic regula loquitur de recursu ad min. prouinciales pro dispensatione in aliquo passu regulæ quando esset necessaria talis dispensatio, ut supra quæst. 4. dictum est: & Hugo cap. 10. etiam dicit quod potest sic intelligi iste passus regulæ, dicens quod ubi etiam esset intollerabilis alicui rigor propter ipsius necessitatē seu debilitatem, uel si haberet scrupulum conscientiae putans quod non debite seruet regulam, tunc non solum ad suos min. prouinciales sed ad suos quoilibet indistincte min. seu prælatos secundum regula habet recurrere, ut qui præsidendo ministri sunt & dispenses ministeriorum Dei, rigorem inualidum temperent, animarum uulnera carent, & peccatorum occasionibus obstent, alioqui subditus quisque Deo sibi & ordinireus esset si patri spirituali periculi suum spirituale, uel etiam corporale significare negligeret &c. prosequitur ibidem & uidetur concordare V bertinus in seren. consil. q. alpha. literal. quo ad

ad recurrendum pro scrupulis conscientiae &cæter. ut supra habetur, sed certe ut diximus hoc obligatorium regula non intelligitur ex uirginis regulæ esse obligatorium, nisi de recursu ad min. pro obseruantia regulæ quando ratione loci prouenit impedimentum. In aliis autem casibus non est obligatorium ex regula sic recurrere, quâmuis inde arguatur quod debent recurrere omnes subditi ad iuos prælatos pro suis debitibus remedii secundum quod aliunde tenentur ex alio iure, ut dictum est: & sic forte potest intellegi dictum Hug. & aliorum si propter eorum reuerentiæ gloriam patientur sua dicta, alioqui non debent ad initii eorum gloriam & contra tot doct. & determinationes suprapositas.

Quartum punctum est, quoad regula spiritualiter obseruare secundo modo sumptum, s. secundum suam perfectam puritatem & rigorem sine ulla dispensatione etiam licite in aliquo relaxante regula obseruare, ut sup. in 1. punto habetur & quoad hoc est hoc 4. punctum quod tale est. Vbicunque fratres mino. ualde certitudinaliter & probabiliter cognoscerent quod ratione loci ubi morantur quomodo cumque notabiliter impediuntur à perfecta puritate obseruantiae regulæ secundum suum rigorem sine ullo dispensatione, etiam licite in aliquo eam relaxante, tunc quis nullomodo teneantur ex uirginis regulæ, possunt tamē recurrere libere ad suos min. pro remedio ad præfata perfectam puramq; regulæ obseruantiam habendam seu exercendam, & ipsi min. tenentur in hoc eis debite & sufficienter prouidere, & peccant graviter quicunque & quocunque eos in hoc impediunt. In hoc 4. punct. continentur tres partes sicut in 3. punct. præcedente, & prima pars quod s. in casu prædicto fratres non tenentur, sed possunt recurrere pro remedio ad min. patet primo quod non teneantur, quia ex quo licite possunt uiuere & seruare regula promissam sine ullo peccato ut supponitur uiuendo laxius quâmuis dispensatiue, ergo non tenetur ad purius & strictius uiuendum seu perfectius seu melius. Sufficit enim quod sufficienter sine peccato quis uiuat seu seruet suam professionem ad quam tenetur. Neque enim de necessitate obligatur quis ad uiuendum quanto purius & melius potest, sicut nec ad consilia, & hoc supponatur tanq; coiter concessum. Quod autem possit libere recurrere ad min. pro prædicta perfecta puramq; regulæ obseruantia, probatur, quia hic regula specialiter

specialiter hoc omnibus concedit dicens quod debent & possint recurrere, debeat quidem obligatorie recurrere pro debita & necessaria regulæ puritate obseruanda ut sup. in 3. punto dictum est. possint autem recurrere pro perfecta & super erogatoria regulæ puritate obseruanda quia non teneantur. Item quia licetum est cuiusque pro obseruantia consiliorum & puritate maiori & meliori obseruantia & perfectione maxime a religiosis intenta conari recurrente ad suos praepositos, ut patet secundum coiter doctores, & expositores. Maxime expof. sanctorum patrum & alios cap. 10. & patebit hoc amplius ex dicendis in 2. & 3. particula, ergo. Secunda particula s. quod prælati tenentur talibus de præfato remedio perfectionis prouidere, patet quia regula subsequenter obligatorie injungit prælatis dicens, Ministri uero habent nigne & charitatue, ut sup. in 3. p. 3. in 2. eius particula dictum est. Item quia iure diuino tenentur fauere perfectioni regulæ & legis Christi, quia ut habetur 2. Corinth. 10. & 13. non est data potestas in destructionem sed in ædificationem. Item quia iure ecclesiastico ad id tenentur quilibet prælati respetu suorum subditorum ut possint, ut habetur in cap. licet de regularibus, ubi sic habetur profecto prælatus subdito sine difficultate & prauitate qualibet debet subdito ad frugem melioris uitæ transuendit licetiam indulgere, ne uidearar propositum impedire diuinitus inspiratum & paulo superius dicitur ibidem quod præfati prælati de iure tenentur concedere præfataam licentiā humiliter eam postulantibus, ergo peccant specialiter contra regulam & contra ius diuinum & humanum si non prouident de remedio præfato. Et a fortiori pro probatione 3. particula sequitur quod grauius peccant prælati si quomodolibet impediunt aut negant præfatum recursum aut exequutionem prædicti remedii pro puriori regulæ obseruātia. Ratio patet ex dictis, & expressius id habetur in præfato cap. licet de regu. ubi dicitur quod talis mouetur ex lege priuata spiritus sancti consilientis seq̄ui Christmata meliora, & per consequens ubi spiritus Dei libertas, & quod qui spiritu Dei agunt non sunt sublege, quia & lex non est posita iusto quod ergo prælatus impediens aut resistens ei in hoc, indiscretè agit, & quod uidetur impedire propositum diuinitus inspiratum unde uidetur quod tales prælati resistentes peccant contra spiritum

tum sanctum resistentes gratiæ Dei, quia & talis resistentia ex incidentia gratiæ fraternali aliquomo do procedere uidetur, quibus uidetur specialiter dictum illud Math. 23. Ve uobis scribae & pharisæi qui clauditis regnum cœlorum &c. & illud Lucæ 11. Ve uobis legis peritis qui tulistis clauem scientiæ &c. quod præcipue uerificatur de prælatis & literatis qui habent auctoritatem docendi regulæ ueritatem & puritatem eius mouendi & promouendi & faciendi, si ipsi puritatem seu consilia quibus facilius & securius ad gloriam perueniunt & intratur odirent impedirentque & non intrarent, sed potius intrare uolentes prohiberent. Illa autem vox ue, peccatum mortale designat secundum coiter doct. ergo. Item prælatus ratione officii prælationis specialiter tenetur ad defendendum regulam eiusque puritatem sicut & legem Christi eiusque consilia, quia est exequitor regulæ & legis Christi & perfectionis promotor in aliis atque defensor, quia ut 2. Chorint. 10. & 13. non est data potestas in destructionem sed in ædificationem, & ad hoc sunt multa iura, ergo grauiter peccat impediendo aut resistendo promotioni aut exequutioni perfectionis seu puritatis regulæ. Ideo enim dicitur pastor quia tenetur præscere gregem ad perfectionem mittentem discrete & rationabiliter, & quod omnes alii quomodo cuncti impudentes grauiter peccant, patet quia resistunt gratiæ Dei & consiliorum seu perfectionis exequutioni & per consequens spiritu sancto contradicunt & resistunt uerbo uel opere reirahendo aut detrahendo prædictæ exequutioni. Ideoque uidetur contra spiritum sanctum peccare ut dictum est. De quibus Esaiæ 5. ue qui dicitis bonum malum &c. dicitur uero quod significat mortale quando s. scienter ac deliberate id fieret: & Bernardus in quodam sermone dicit, si quid religionis oritur quicunque resistit quicunque repugnat plane cum Egypciis & Pharaone paruulos Israelitici germinis necare conatur. Imo cum Herode, nascentem prosequor Salvatorem &c. Item idem probatur quia qui prohibet seu impedit aliquem ab obseruantia seu ingressu religionis quam quis non uouit, peccat grauiter, ergo a fortiori peccat qui aptum & dolentem impedit seu prohibet iam profsum in religione a puriori eius obseruantia, antecedens patet secundum coiter doct. ut potest etiam uideri in sum. Silvestris titulus religio secundum questio 2. & sup. dictum est, ca. 2. quæ. 2. quia & ut refert etia filius, sic restitu. 2. q. 1. secundum communiter docto.

tenetur cotam Deo de damno, & inducere & resarcire quum potest, modo teneatur ratione restitutionis propriæ, modo non, sed ratione charitatis aut alterius iuris, ergo antecedens est uerum secundum coiter doct. consequentia aut probatur, quia grauius est impedire seu retrahere aliquem à puriori perfectiori obseruantia regulæ iam promissæ, q̄ retrahere non obligatum aliquid uel religioni ab obseruantia uel ingressu illius, quia iste impedit ab eo ad quod nullo modo tenetur, ille aut ab eo ad quod tenetur, uel saltem ad quod tendere tenetur, licet non teneatur perfectissime obseruare. Ideo si is qui aliquem impedit à lucro magno temporali & diuitiis probabiliter acquirendis ualde peccat & tenetur resarcire, à fortiori, ergo qui aliquem impedit & retrahit à magno bono spirituali diuitiis q̄ spiritualibus probabiliter acquirendis in pura perfecta obseruantia regulæ promissæ grauius peccat & tenetur suo modo resarcire, inducendo iuuando aut alio modo satisfacere de tali damno, saltem coram Deo, sicut in bonis spiritualibus reparandis dicunt coiter doct. quod debet fieri ut Siluest. tit. restitutio 3. q. 1. refert, & per consequens qui retrahit aliquem à via tutiori, propter quod ille incidit in pericula & damna grauiter peccauit & tenetur suo modo reparare aut satisfacere, sic qui à via perfectiori & puriori regulæ obseruantia & per consequens tutiori ad gloriam alium scienter & deliberate sine rationabili causa retraxit, propter quod ille incidit in aliqua peccata, & regulæ transgressiones peccauit, quia fuit causa peccatorum illius & tenetur suo modo reparare aut satisfacere ut dictum est. Supponitur enim sicut & uerum est quod perfectior puriorq; regulæ obseruantia est melior uia ad bona spiritualia habenda & augenda & tutior, q̄ obseruantia regulæ non tam pura aut non tam perfecta q̄uis alias sit licita, ut patet ex ipso quid non minis perfectionis & puritatis maioris, & quia est de consilio perfectionis dato per Christum, & per B. Franciscum & per ecclesiam, & in hoc nulla est difficultas, ergo. Sed pro maiori declaratione omnium dictorum in hoc 4. punto notandum 1. quod predicta omnia intelliguntur & procedunt, quando manifeste seu nimis probabiliter constat quod ratione loci notabiliter quis impeditur à pura regulæ obseruantia, ut supra in 3. punto dictum est, &c. applicando illa ad præsens propositum, quia in omnibus.

omnibus dubiis standum est iudicio prælatorum, ut ubi dictum est. & dicetur infra latius quo ad hoc in q. 6. in respons. ad argumentum contra secundum punctum principale: & quia si impedimentum perfectioris obseruantiae regulæ prouenit aliunde quam ratione loci, quamvis prælatus non sufficienter prouidens subdito uolenti & petenti de remedio præfatae perfectionis peccat contra aliud diuinum uel humanum, utsup. probatum est, non peccat specialiter nouo peccato distincto cōtra præsens obligatorium regulæ, ut patet ex omnibus supradictis hic & in 3. puncto præcedente, quia solum hinc specialiter loquitur regula de recursu subditorum, & per consequens de remedio prælatorum pro tollendis impedimentis debitæ seu puræ obseruantiae regulæ prouenientibus quomodo cunctæ ratione loci, ut dictum est. Secundo notandum quod uiuere secundum decla. Nich. 3. & Cle. 5. & aliasiam approbatas: similiter secundum præfatam regulæ puritatem sine ulla relatione, & est uiuere secundum intentionem b. Patris Francisci sine ulla relaxatione, ut de hoc latius habetur su. in introductio ne q. 4. &c. Ideo quod habetur in quodam tractatu dicto Euchyridion fratrum min. in decisionibus dubiorum dub. 18. quod si uiuere secundum declara. regulæ in pecunia & aliis quibusdam non est uiuere secundum puritatem perfectæ regulæ intentam à B. patre Francisci, neq; est uiuere ad literam, & quod periculum, hoc inq; non est benedictum. Imo ut sonat est falsum & remere dictum, non enim est periculum sed tutum, q̄uis aliud tutius esse forsitan possit aliquibus.

Tertio notandum quod non obstan. omnibus supradictis in hoc 4. punto. Si prælatus potens dispensare in aliquo punto regulæ præcipiat subdito suo ex aliqua causa rationabili aliquam relaxationem, in qua ut dictum est, potest dispensare, tenetur obbedire, utpote si præcipiat ei portare Vdones seu etiā calciamenta, seu equitare, seu comedere carnes &c. huiusmodi, quia uidet illum debilem aut infirmum, aut egenem tali relaxatione, & in dubiis standum est iudicio prælatorum, ut de hiis satis dictum est sup. q. 2. in 2. & 3. & 4. punto. Et quod hoc non contradicit supradictis patet, quia hoc dicitur de præceptis dispensatiue & ex causa relaxantibus in casu & in particulari derigore regulæ

Ea uero quæ in hoc 4. puncto dicta sunt intelligantur de relaxationibus omnibus ratione loci proueniētibus ex quibus quis sit aut cogitur esse particeps illorum contra perfectam regulæ puritatem: quis sine peccato, ut pote quia utuntur syndico ad pecunias recipiendas nomine Papæ secundum constit. Martin. s. uel quia fiunt magnæ congregations frumenti & uini &c. quia in locis ubi sic uiuitur non potest subditus cogi ad manendum, sed tenentur prouidere minister de loco ubi qui uoluerint coiter uiuant sine prædictis dispensationibus relaxationibus secundū regulam & declarationes, ut dictum est, sicq; omnia stant in ueritate & concordia.

Quarto notandum quòd si quis uelit religionem quoad exteiiores seu corporales obseruantias rigurosius obseruare q̄ in ipsa regula & declarationibus continetur (ut pote quia uult omnino nudis pedibus ambulare, & unum tantum habitum sine alia tunica portare, & uestibus omnino repetitis uilissimis & rudissimis notabiliter præter coēm modum aliorum fratrum indui, & ieiunia regulæ in pane & aqua implere & omnino semper non nisi de humiliter mendicatis uiuere nulla interueniente pecunia etiam si secundum declarationes regulæ interueniant (& alia eiusmodi.) An ministri teneantur eis in hoc assentire & prouidere de loco & modo, ut sic uiuant tales uolentes uiuere. Aliqui dicunt quòd sic, de quorum numero est Enchyridion fratrum min. indecisione dub. 16. & dub. 18. propter rationes suprapositas in hoc 4. punto. Mihi finaliter uidetur quòd hoc est uerum quando nullū ojō timeretur detrimentū corporale notabile uel spūiale quòd cunq; particulare uel coē ex talibus rigoribus corporalibus, & sic uidetur se limitare & intelligere Enchiridion ubi supr. in dub. 18. Sed quia ex talibus rigoribus notabiliter excedentibus propter humanam corporis & aīæ infirmitatē quotidie magis declinantem, experientia nos docuit multa pericula corporalia & spūalia prouenire quæ longū esset enumerare: sed neq; ea nisi uix credit expertus in se uel in aliis, ut Gerson latius in tract. de tentationibus diabol. refert. ideo uidetur quòd prælati hoc nuli concedereteneantur, sed neq; debent, nisi de quorum solida uirtute arḡ probata diu & syncera animæ intentione firmacy constantia, & sancto proposito pariter & corporis sana robustacy uirtute.

uirtute constiterit, & ubi nullum aliis ex hoc detrimentum nota biliter quo quomodo proueniant, ea enim quæ ut in plurimum uergere aut desinere in malum finem solent, iam coiter & regula riter timenda sunt tanq; mala seu periculosa, si non ex se saltem ex circumstantia siue seuela probabiliter siue coiter accidentes. sufficit enim uirtuose uiuere uolenti ut puritatem perfectionemq; regularem in exterioribus his obseruet & non uelit ambulare in magnis & mirabilibus super se, neq; uelit singularis ferus esse aut apparere, qui etenim agit exterius ea quæ alii boni & perfecti coiter agunt, uult ut alibi de eo admirentur, ut ait Ber. Ideo probantur disunt species & non est facile cuiq; spiritui credendum, etiam luctenti, quia Sathanas se transfigurat in Angelum lucis. Nam ut ait Hugo cap. 10. sunt qui & si corporaliter non tamen specialiter regulæ strictum rigorem obseruent dum spiritu erroris imbuti statum ordinis & quæ spirituales alii fratres agunt, omnia spernunt omnia iudicant, nec se nec eos secundum regulæ puritatem arbitrantur &c. quibus conuenit, audite illud 1. Thimo. 4. Excitatio corporalis ad modum utilis est, &c. & potius est in obedientia humilitate, patientia plenoq; terrenorum omnium contemptu & proprie uoluntatis abdicatione, oratione & animi puritate exerceri, q̄ in his exterioribus singulariter inuiti. Et de hiis Bernardus in apologia contra quēdam qui uolebat regulam suam omnino ad literam sine ulla dispensatione obseruare, latius inuehitur, ut etiam sup. in introductione q. 5. habetur, & latius & acrius adhuc Gerson in epistola contra monachum inobedientem nolentem bibere uinum &c. uolentemq; alios rigores notabiliter obseruare, ut habetur in 3. parte summæ alphab. 71. a b, &c. & alphab. 70. literah i, &c. de hiis late. Et etiam Enhyridion ubi su. dub. 17. dicit, quòd potest prælatus propter communem utilitatem & salutem animarum ubi charitas cogeret præcipere ut aliquid dimitteretur de rigore regulæ ut aliorum saluti prouidetur, tunc enim charitas supplet: & faciūt ad hoc ea quæ dicta sunt supra secunda quæstione in quarto punto. Hic autem iterum extremorandum quod supra quæstione secunda in tertio punto dictum est, quòd s. in omnibus dubiis standum est iudicio prælatorum, & in c, licet de regulari, habetur sic.

Si uero probabilitur dubitatur utrum quis uelit ad ordinem (ad deu-  
tu seu ad modum uiuendi) arctorem seu laxiorem ex charita  
te an ex temeritate transtire superioris est iudicium requirendum.  
Ne forte angelis sathanæ in lucis angelum se transformet, hæc ibi  
ergo. Secundo contra omnia supradicta est intelligendum hoc⁹.  
punctum, ut dictum est. Quod si contra prædicta arguatur quod  
qui prohibet pacis turbationem & scandalum bene facit, sed præ-  
lati & alii fratres obstantes talibus modis spiritualibus uiuendi re-  
collectius aut purius quam coiter uinitur sufficienter sine peccato  
sunt huiusmodi, quia obstant perturbationibus fratrū & scisma-  
tibus ordinis. Si quidam sacco, quidam panno indui uelint qui-  
dam comedere de habitis mediante pecunia licite interueniente,  
quidam non, nisi de pure mendicatis uiuere uelint &c. huiusmo-  
di, & similiter seculares scandalizarentur uidentes diuisionem  
& diuersitatem habitum & morum inter fratres eiusdem profes-  
sionis, ergo non peccat prælati & alii fratres impedientes præfatas  
singulares reformationes seu modos uiuendi non necessarios ad  
salutem, quis perfectiores si id faciant propter conformitatem ser-  
uandam & scandalum turbationem q̄ uitandam. Et per conse-  
quens inde sequitur quod subditi tenentur prælatis obedire in  
iis quæ ipsi prælati licite possent præcipere, quod si non current de  
alio perfectiori aut puriori modo uiuendi aut seruandi regulam  
q̄ coiter & sufficienter sine peccato in ordine fit. Et confirmatur  
quia Leo. 10. in bulla unionis. Ite & uos in uineam &c. fff. 28. sta-  
tuit hoc modo dicens. Volumus & in uirtute sanctæ obedientiæ  
firmiter præcipimus & mandamus quod de cætero nullæ nouæ  
uel reformationes in dicto ordine introducent aut fiat absq; mi-  
sectæ g. uel prou. reformatorū in suis prouinc. respectiue expres-  
so assensu, ita tamen quod dictæ reformationes ipsis min. ge. &  
prouin. reformatiis per omnia iuxta regulam subiificantur sicut &  
aliis reformatiis &c. hæc ibi, ergo.

Respondeo ad 1. concedendo quod qui prohibet turbationem  
& scandalum bene facit, si tamen debito modo prohibeat, sed nega-  
tur minor, quod si. quicunq; prohibent prædictos modos purius  
uiuendi: debito modo prohibeat scandalum aut turbatiōes dignas  
prohiberi. Non enim omnisturbatio aut scandalum est omnino  
prohibendum, sed solum turbatio & scandalum actuum simili-  
ter

ter & scandalum passuum pusillorum, non aut passuum phari-  
seorum. Nunc aut si prædictus modus uiuendi purius fiat cū cir-  
cunstantiis suprapositis & aliis requisitis & discrete nullus potest  
scandalizari rationabiliter ex tali particulari modo perfectionis  
regulæ, sicut nec ex particulari modo seruandi cōsilia Dei, aut re-  
gulæ. Neq; ex tali diuersitate destruitur sed ædificatur religio &  
lex Christi, ut pater. Alioqui consilia & perfectio regulæ non con-  
sulerent uolentibus, & pax & conformitas uera fiat præcipue  
in charitate & in lege Dei & eius perfecta obseruantia & puri-  
tate regulæ, non aut in lege carnis neq; in exterioribus de quibus  
pax pax & non est pax. Jeremias 6. Neq; omnis diuersitas seu se-  
paratio dicitur scisma, quia sic lex Christi & consiliorum eius ob-  
seruatio esset scisma, quia à cōmuni aliorū uita separatur, quod  
si dicatur quod scismatici sunt qui ab unitate ordinis recedunt,  
Respondeo non, qui simpliciter recedunt: sed qui sine debita licen-  
tia ab unitate seu obedientia ordinis recedunt, isti sunt scismati-  
ci, nunc aut qui modo supradicto de licetia prælatorū debita se-  
cundū regulā recedunt, non quidem ab obedientia debita secun-  
dum regulam, sed ad perfectam regulæ obseruantiam confu-  
giunt. Nam non recedunt ab obedientia debita nec ab ordine.  
Ordo enim non est maior pars fratrū sed sanior, sicut nec maior  
pars Hæreticorum facit ecclesiam, ergo non maior numerus fra-  
trum sed melior & sanior ad puram regulam seruans est uerus or-  
do ueraq; cōitas regularis minorum fratum, quis paucissimi nu-  
mero breui. Ideo non sunt scismatici qui seruant regulam ad pu-  
rum, sed potius qui ab eius pura obseruantia recedunt, & eo ma-  
gis quo magis ab ea recedunt, non enim scindunt regulam aut  
ordinem qui seruant sed qui dislipant. Imo & uera ordinis refor-  
matio non nisi per talem separationem ad puram regulæ obser-  
uantiam fieri potest, nec nisi sic facta est. Si enim nullus ab aliis  
imperfecte quis sufficienter sine peccato regulam seruantibus si-  
faciat differentem, quomodo potest fieri reformatio ad puram  
regulæ atq; perfectam obseruantiam? Vnde si conformitas alle-  
gatur æquum certe magis est secundum Bonauen. quod imperfe-  
cti perfectioribus atq; Zelatoribus obseruantioribusq; regulæ  
eiusq; puritatis conformentur, potiusq; econtra perfectiores im-  
perfectis imperfecte coaptentur. Et ex hiis pater quod ex quo  
prælati

## Q V AE S T I O V I .

prælati non possent præcipere prædictam conformitatem per se citorum cum imperfectis ad imperfecta, quāmuis licitam regulæ obseruantiam, quia & regula ab ipsis prælati hanc potestatem tollit, conceditq; libertatem subditis, dicens quod possint ad suos min. recurrere, & quod min. recipiant eos &c. ut supradictū est quod ergo non tenentur eis obedire in hoc, nisi ut dictum est in casu speciali & ex causa, & de hoc latius dicetur in quæstione sequenti, quomodo subditi se debeant in hoc habere cum prælati & econtra.

Ad confirmationem ex Leo. 10. Respondeo quod ut patet ex ipsis verbis ibidem, non prohibet præfatum recursum factum modo supradicto ad suos ministros, sed solum prohibet ne fiat alia sectæ aut reformationes conuentuum aut familiarum aliarum iam factis tunc temporis intra ordinem & id sine especiali licentia Papæ propter cauendas dissensiones & scandala quæ ex hiis solent accidere. Ideo manet libertas singulis fratribus ad præfatum recursum ad tuos ministros. Et in singulis prouinciis habentur conuentus ualde reformati, ubi potest qui uult ad purum regulam obseruare, & libenter min. mittunt illuc omnes uolentes, & utinam tot uere ex animo uelint ad purum uiuere quot conuentus & adiutores prælatos aliosq; fratres ad id inuenient: sed certe multorum mentita est iniq[ue]itas sibi. Nolunt enim multi qui clamant uiuere ad purum regulæ sed ad libitum uoluntatis, in ocio & abundantia sine ullo defectu aut difficultate, expertus loquor, experti sunt prælati. Ideo id iuste denegant multis fidei clamantibus, & dato casu quod iam nullus fere esset conuentus ubi regula ad purum seruaretur, seu quod prælati sine causa & irrationabiliter nolent prouidere in hoc, tamen adhuc est remedium fratribus pro pura regulæ obseruantia habenda, ut infra in quæstione sexta sequente dicetur, & ubi omnia deessent manet liberalitas recurrendi ad Papam uel ecclesiam pro debito remedio aut reformatione habenda, sicut olim factum est in consilio Constan. quando cepit obseruantia. Sed quia in prædictis latius immoratis sumus, reliqua quæstione sexta sequenti referuentur.



V A E S T I O VI.

Quæritur in casu quo recurritur ad præfatos min. pro prædicta debita seu puriori regulæ obseruantia quomodo recurrendum sit, & si de præfata necessa-

necessaria seu puriori regulæ obseruantia non prouidetur sufficienter per prælatos, similiter si iniuste se habent prælati cum subditis, quid debeant aut possint subditi facere, an possint licentia humiliter petita licet non obtenta, transire ad locum ubi regulariter aut purius uiuitur?

Respondeo per tria puncta. Quorum 1. est, fratres possunt per se uel per nuncium uel per literas recurrere pro prædictis ad suos prælatos seu min. & semper tenentur honeste & secundum modum laudabilem ordinis & secundum formam statutorum ordinis recurrere.

Hoc patet secundum Bonauenturam & Hugo. capit. 10. quia per hoc non eximit regula fratres suos à debita obedientia & obseruantia statutorum (ut ait Bonauent.). sicut nec ab honestatis obseruantia, ea enim quæ pro pura regulæ obseruâlia conceduntur aut statuuntur non debent contra regularem disciplinam militare, ergo. Vnde in tab. cap. gen. Burgen. Anno domini 1534 celebrato habetur. Reuocatur statutum capituli generalis Carpen. quo s. fratres ibant ad libitum suum ad ministrum generalium uel ad eius commissarium. & declaratur quod recursus ad min. secundum regulam intelligitur quando frater iam declarauit suo Guardiano & discretis conuentus necessitatem suam, & Guardianus & prædicti discreti iudicauerint talem petitionem esse rationabilem, hæc ibi. Et sic patet quod in omnibus dubiis tam in causa præfati recursus q; in medio recurrendi, standum est iudicio prælatorum, ut dictum est hic & in quæstione 5. præcedente, & inferius in hoc secundo puncto dicetur adhuc.

Patet 2. quod qui uult manere in loco seu conuentu ubi licite, quis dispensatue laxius uiuitur, tenetur se conformare cum aliis licite colster uiuentibus in uictu & uestitu & aliis quæ aliter possent scandalum aut turbationem ex sua singularitate probabiliter generare, maxime quando à prælati sic mandatur ei ut se conformet cum aliis dum ibi manere uult, seu dum ibi manet ad tempus, quo usq; ei de loco alio ubi ad purum regulam possit obseruare prouideatur. Et ratio huius est quia tunc est causa rationabilis, ut prælatus præcipiat ei id quod est licitum, quis non sit tam perfectius aut strictius, tunc enim non simpliciter impedit illum à via perfectiori sed ad tempus, & ex causa, & supposito quod ipse uult ibi manere, aut quo usq; ei debite prouideatur.

Neq; enim ex hoc quod ipse subditus uult in illo loco manere ad tempus uel in perpetuum est propter eum turbandus aut mutandus modus uiuendi licitus aliorum coiter uiuentium ad nutum seu uotum unius uel duorum uolentium arctius uiuere, ergo. Ex quo etiam patet quod talis uolens arctius uiuere tenetur expectare in loco assignato per suos prælatos seu per min. & ibi interim se cum aliis licite quis laxius uiuentibus conformare, ut dictum est, quousq; prælati sufficienter ei de loco prouideant ad puram regulæ obseruantiam ( dummodo non constet manifeste prælatos nimiura differre hanc prouisionem in fraudem, ne s. subditus habeat intentum ) Et ratio est, quia non possent neq; tenetur prælati statim in puncto de hiis omnibus prouidere, sed expectanda est & consideranda est oportunitas debitusq; modus in hiis & similibus. Similiter dicendum est de locis ubi coiter illicite uiuitur contra regulam &c. quousq; prælati prouideant sufficienter, ut dictum est, tenetur subditi ibi manere, non tamen tenetur se conformare cum aliis in illicitis, sed solum in hiis quæ licite agere possent, seu in quibus possent licite cum aliis cooperari, aut participare pro illo tempore quo ibi manent, patet ex dictis. Ex quo infero contra fratrem Ioann. pyrri. in suo tract. de dispens. fratribus min. conclu. 2. corrol. 1. quod interim dum prudenter de præfacto remedio, fratres manentes in conuentibus deformati ubi illicite uiuitur de redditibus, aut de superfluitatis possent recipere uitæ necessaria, & in hoc participare cù aliis fratribus in uictu & uestitu &c. dummodo nō participant in redditibus aut superfluitatis habendis aut substentandis ullomodo directe uel indirecte. Et ratio huius est, quia prima participatio, s. recipiendo necessaria ab illis non est peccatum in ipsis participantibus, quis sit peccatum 2. participatio, seu quis ipsi habentes redditus aut superflua peccent & culpabiliter redditus & superflua habeantur. Sicut non est peccatum recipere elemosynam seu substentationem ab eo qui culpabiliter acquisiuit & possidet diuitias non obnoxias restitutioni. Si ad hoc dicat frater Ioann. pyrri. ubi sup. quod sicut ux or usurarii non potest de talibus usuris maritis substentari quia sunt obnoxiae restitutioni, & super eas uir suus nullum ius habet ut supponitur, ergo. Similiter ex quo in præfatis redditibus aut superfluitatis culpabiliter pos

sis fratres illius conuentus nullum ius habent. Sequitur quod de illis non possumus dñ ibi manemus participare sustentationem? Respondeo negando consequentiā, nec est simile, quia bona usu rarii sunt obnoxiae restitutioni, nō solū ex hoc quod culpabiliter sunt acquisita contra legem. Sed ex hoc præcipue quod contrajustitiam comitatuam acquisita sunt seu detinentur, sed præfati redditus seu superflua quæ habent prædicti conuentus ut supponitur, licet culpabiliter habeantur, non tamen contra iustitiā commutatiū, neq; sunt obnoxiae restitutioni, licet in ipsis non habent ullum ius polyticum seu ciuile, sicut neq; in aliis quibuscunq; possent tamen licite participare uitæ substentationem sicut de aliis rebus quorum usum simplicem facti tamen possent habere ut sup. 6. cap. latius habetur secundum subiectam materiam in suis questionibus, ergo solum est peccatum participare in habendo redditis aut superflua &c. non aut participare simpliciter & ad tempus uitæ necessaria de eis &c. ut dictū est. & ad hoc faciunt ea quæ infra q. 7. dicentur an fratres maculentur ex abusu aliorum, ibi uideatur.

Secundum punctum est, si subditus uidet iam quod prælati nolunt debite aut sufficienter prouidere eidem loco aut modo ubi possit debite aut pure regulam obseruare, ut dictū est, aut uidet eos in fraudem nimis differre præfata prouisionem, tunc ipse humiliter petita licentia, licet nō obtenta potest, transire ad locum religionis ubi debite aut purius regula obseruatur. Imo & ad hoc tenetur si sine peccato uidet se non posse in illo loco seu conuētu deformato manere. Probatur 1. pars, s. quod possit transire ad locū ubi purius regula obseruatur de petita humiliter licentia &c. quia licitū est à uita minus stricta ad strictiore transire licentia humiliter petita, licet non obtenta, quis habeatur priuilegium quod talis transitus fieri nequeat, ut habetur expresse declaratum & statutum pro iure communi in cap. licet de regula. ergo eodem modo potest quis transire ad locum ubi purius & arctius regula seruetur ut su. dictū est. Et patet consequētia, tū ex idemtitate rationis utriusq; casus, quia s. ascensus seu transitus ad meliorem sanctiorem aut arctiorem aut puriorem uitam (dum modo non ex leuitate, sed ex Zelo melioris uitæ petatur) non potest ulli denegari, quia contra ius diuinum & contra spiritus

sancti consilium & motionem atq; propositionem diuinitus inspiratum legemq; priuatam spiritus sancti nullus potest præcipere : quia ubi spiritus Dei libertas , 2. Corinth. 5. & qui spiritu dei aguntur , non sunt sub lege Galatas 5. ut ibidem in præfata decretali expresse dantur istæ rationes , ergo : tū etiam probatur eadē conuenientia à fortiori , quia si qui uouit aliquā regulam potest transire ad religionem ubi est alia regula aetior quam non uouit & ad quam non tenetur , ergo à fortiori à statu inferiori quāmvis lictio ad altiorem & puriorē regulæ promissæ obseruationem potest quis licite eo dem modo petita humiliter licentia , licet non obtenta transire . & ratio huius est , quia difficilius permittitur modo supradicto transitus ab una religione ad aliam , q; in eadem de uno loco ad aliū , ergo . Secunda pars huius 2. punctis , quòd immo & ad hoc tenetur si sine peccato &c. probatur , quia ex iū regulæ tenetur recurrere ad prælatos pro regulari obseruantia necessaria & potest libere ita quòd prælati non possent præcipere aut cogere seu impedire eum contra regulam , ut sup. q. 5. in tertio punto habetur , ergo subditus tenetur quantum potest pro regulæ obseruantia debita laborare , sed potest id facere petita humiliter licetia licet nō obtenta , quando aliter non apparet modus debitus prouisionis prælatorū de loco ubi debite & regulariter regula obseruetur sine peccato , ergo ad id tenetur subditus , & si prælatus oppositum præcipiat eum sub excoicatione &cæt. non solum non tenetur obedire manendo in loco deformato cum periculo peccati mortalis , ut dictum est , quia non tenetur obedire præcipienti contraregulam imo & tenetur inobedire , & tenetur inde recedere modo supradicto in casu quo sine peccato ibi manere non potest propter impedimentum ratione loci proueniens , neq; excommunicatio ligat neq; est tenenda neq; timēda , quia expresse continet intollerabilem errorem , hæc omnia patet ex dictis supra q. 5. & q. 2. in 2. punto , & concord. coiter doct. ubi su. præcipue frater Ioan. piri , ubi sup. in 2. conclu. corrol. 3. & Enchiridion fratum mi. in decisione dubiorum dub. 17. quis in aliquibus aliis scrupulose nimis ibi & alibi loquitur . Sed ut dixi hoc intelligitur quando constat prælatos iam omnino se male habere circa hoc . Nam si esset dubium aut si different uel debite prouiderent , aut si alias circa alia esset dilatio aut negatio tunc caute & timorate standum est iudicio prælatorum & obediendum , ut dictum est & dicetur

Quòd si contra hoc 2. punctum arguatur . quòd prælati possent præcipere id quod est minus bonum , seu quod non est contra regulam , sed infra regulam maxime ex causa , utpote quòd subditus non ieunet in Epiphaniæ ieunio , uel quòd non uoueat orare aut ieunare tali die &c. huiusmodi , ut sup. q. 2. in 4. punto , quia bonum super erogationis propter obedientiam debet omitti . q. 3. quid ergo . Igitur prælato præcipienti ut frater maneat in conuentu ubi licite quis laxius uiuitur , tenetur subditus obedire & manere . Et confirmatur , quia talis transitus de loco ad locum sine licentia obtenta esset apostatare , quia secundum declarationes statutorum g. apostata dicitur omnis discedens quomo dolibet sine licentia ordinis , & per consequens talis frater incurrit ex communicationem ibi latam . Confirmatur 2. quia per hoc aperiretur ianua dissolutis qui sub tali sit . arctioris uitæ discurrent de loco ad locum &c. Confirmatur 3. quia strictior uita est in magnis conuentibus uiuere sub obedientia , sub pondere coitatis laborando humiliter & uerecunde querendo eleemosynas , q; in conuentibus recollectis paruis , ubi in ocio fere uiuitur sine tali pôdere & labore . Respôdeo ad primū cōcesso antecedēte ut ibi iacet & ut ibi allegatur . Negatur cōtraria quia arguitur à dicto secundū quid ad simpliciter . Nam licet prælatus possit ex causa & in casu prohibere maius bonum , utpote quòd non oret nec ieunet quia inde imminet probabiliter detrimentum uel ex alia causa rationabili , non tamen potest simpliciter sine causa id prohibere , sicut nec impletionem consiliorum & perfectionis simpliciter quidem est in animo detrimentum ut de hoc coiter doct. ubi sup. allegatur . Sic ergo dicendum est in propos. quòd ex causa potest prælatus prohibere arctiorem uitam & transitum ad talem locum , simpliciter aut non ut sup. dictum est q. 5. in 4. punto . Item dato quòd simpliciter concederetur antecedens non tamen ualeret contraria quia specialiter tollitur præfata protestas à prælatis per regulam , in hoc nes. possint prohiberi subditos à recursu pro puriori regulæ obseruantia , & quòd subditus non teneantur eis in hoc obedire regula concedit , ergo Ad primam confirmationem respondeo negando quòd talis transitus de licentia humiliter petita , licet non obtenta propter malitiam prælati nolentis aut nimiū culpabiliter seu in fraude differentis concedere sit apostasia si bono Zelo ac discrete fiat , ut dictū est .

Nam licet uadat sine expressa licentia ordinis uadit tamen cum licentia ordinis debita concedi, seu implicita & cum licentia regulæ. Imo uero uadit cum licentia expressa iuris uel ecclesiæ quæ maior est. Nam in cap. licet de regula: conceditur, ut dictum est. Vadit etiam cum licentia euangelica, quia spiritus domini liber est, non est alligatus 2. Corinth. 3. & Galat. 5. Et qui spiritu Dei aguntur non sunt sublege, s. uniuersali humana, ut in dicto c. licet allegatur pro ratione omnium prædictorum, præsertim quia talis non recedit ab obedientia debita, nec ab ordine, nec à regula. Sed potius ad obedientiam ordinis & ad regulæ meliorem obseruantiam confugit, & sic patet quòd tales non ligat excommunicatio præfata contra Apostatas lata, quia intentio statutis & ecclesiæ est excommunicare illos qui recedunt ab ordine & obedientia, seu qui indebite & contra formam iuris aut statutorum rationabilium recederent: cōtra quæ ut supponitur isti ex prædicta causa & prædicto modo recedentes non faciunt, & si intentio esset ligare tales iam sententia esset nulla, quia errorem intollerabilem contineret, sicut si ferretur sententia excommunicationis contra eos qui de patrimonio suo propter deum erogarent, aut contra intrantes religionem approbatam, aut contra implentes consilia perfectionis, faciunt adhuc ea quæ Siluest. tit. religio 4. q. 4. & alii summistæ eodem tit. secundum communiter doct. referunt ad propositū. ibi uideat qui uolet. In quo tamen est notandum quòd posset censeri apostata & uere incurret excommunicationem ipso facto nisi talis frater trāseat secundum formam taxatam ubi sup. in cap. licet, aut in aliis statutis ordinis rationabilibus aut in priuilegiis ordinis depositam generaliter uel particulariter secundum subiectam materiam de qua ibi ageretur. ideo dixi si discrete & ex bono animo & debito modo fiat talis transitus non incurrit apostasia nec excommunicatio.

Ad secundam confirmationem, respondeo negando id, quia si ut dictum est talis transitus fiat debite discrete, & ex bono animo ratione melioris uitæ ita quòd de hiis constet & non ex temeritate seu leuitate uel odio prælati & huiusmodi ut latius de hiis sup. q. 5. & in præsenti q. discussum est, iam non datur occasio disolutis quis ipsi culpabiliter accipiant inde sicut & ex aliis bonis occasionem malitiæ libertatē &c. Et quando est dubium super aliquo

quo prædictorum s̄apie multo dictum est quòd standum est iudicio prælatorum, & maxime quando est dubium ex qua causa procedit talis mutatio, & si subditus pariter & prælatus dubitent de causæ irrationalitate debent ad amborum superiorum prælatum recurrere, & si subditus manifeste uideret prælatos omnes prædictos male se circa prædicta habere maliciosa, tunc ad ipso rum omnium superiorum recurrere seu etiā appellare potest, ut in d. ca. licet habetur, & summ. Ang. tit. religio 5. 3. 4. & Siluest. ubi supra dicunt. Et si in toto ordine uideret etiam in cap. ge. male super hiis prouideri (quod uix contingere potest) tunc ad Papam uel ecclesiam pro remedio confugiatur sicut olim tempore reformationis ordinis quando orta est obseruantia à conuentualibus separata in concilio Constan. factum est. In hiis enim non est nobis prohibita appellatio, sed solum appellatio à punitionibus ordinis uel prælatorum seu à mandatis de quibus nō constat aperte quòd contra animam uel regulam iniuste præcipiunt, ut patet in ipsis priuilegiis & statutis ordinis. Nam & regula hoc concedit quòd ad Papam uel protectorem pro remedio de regula obseruantia recurratur quando in ordine non esset remedium seu quando ordo generaliter collapsus esset, quod deus auerterat ut de hoc infra cap. 12. q. 2. habetur ergo.

Ad tertiam confirmationem respondeo negando illam. Nam puriore & strictiore uitam & regulæ obseruantiam non facit labor exterior corporalis aut discursus uilis mendicationum & quaestiarum, aut chorū seu comunitatis pomposæ assidua & labefactatio, sed abstinentia, asperitas, parcitas in uictu & uestitu, oratio, lectio, contemptusq; mundi, &c. huiusmodi. In quibus religio & strictior & purior consideratur in exercitiis religionis ad perfectionem magis condescendentibus. Alioqui agricultæ & milites & artifices & negotiatores causarum seu rerum mundi plus in exterioribus laborantes & magis anxiæ afflicti in servitio & se quella dominorum temporalium pondus diei & æstus negotiorum portantes essent in statu uitæ purioris & arctioris uitæ religiosæ (quòd absit) de hiis enim uerificatur illud ecclesi. 10. labor stultorum affigit eos: & illud Eccl. 1. hanc occupatio nem pessimam dedit deus si. ho. &c. filiis hominū non filiis Dei, non religiosis à mundo semotis, ergo.

Secundo arguitur ad idem & præcipue contra 2. partem huius 2. puncti, ubi dicitur quod imo tenentur recedere de petita licentia &c. sic arguo, quia nullus tenetur ultra id ad quod se obligavit quando regulam promisit, sed omnes uel saltem multi non se obligaverunt in professione, nisi ad regulam secundum quod tunc uidebant coiter obseruari & esse in consuetudine, nec aliter credebant se obligari, ergo isti non tenentur ad aliud. Neq; tenentur recurrere ad min. pro regulæ obseruantia nisi secundum quod tunc uigebat quando professi sunt. Item dato quod teneantur recurrere quod tamē nō possint sine licetia obtenta inde recedere probatur, quia B.P. noster Frāciscus in suis monitionibus, ut habetur in lib. ordinis 3. tract. ait sic, si prælatus præcipiat sub dito contra animam regulā, licet talis subditus ei in hoc nō obediatur, nō tamē eū dimittat, & si ab aliquibus inde persecutionem sustinet, magis illos diligat propter deum. Nam potius persecutionem sustinet q̄ uelit à suis fratribus separari, & uere permanet in perfecta obedientia qui ponit animam suam pro fratribus suis, hæc ille. ubi patet quod uel præcipiendo, uel consulendo dicit quod tamē prælatum præcipientem contra animam &c. non dimittat, quod certe non diceret ullomodo si frater teneretur illum dimittere uel inde ab eo recedere ad alium locum sine eius licentia obtenta, ergo. Respondeo quod nullus tenetur ultra id ad quod se obligavit explicite uel implicite ad minorē aut in qua peritur difficultas utrū profitens regulam intelligatur secundum quod tunc coiter uidet in consuetudine an secundum quod uere regula obligat, uideatur sup. in 2. cap. q. 15. &c. ibi enim latius de hiis, & patet respons. ex dictis ibidem, quia hoc manet uerum quod qui tenetur ad regulæ obseruantiam & uidet se impedit ratione loci ab eius debita obseruantia tenetur recurrere ad prælatum pro remedio: & inde recedere de licentia humiliiter petita si eam non uult expresse concedere uelsi eam maliciose in fraudem uel nimis negligenter aut culpabiliter differt cōcedere, ut dictum est. Ad aliud de B. Frācisco, Respondeo quod nihil loquitur contra nos. Ibi enim solum dicit quod licet nō obediat subditus prælato præcipienti contra animam &c. aut præcipienti quod non potest præcipere, quod non dimittat eum nec recedat ab eis obedientia apostolando propter hoc ex quo potest cum eo sub eius obedientia manere in illo loco sine peccato, quis propter hoc la-

bore & persecutionem patiatur, ut de hoc latius dicetur in 3. punto sequente. Non autem dicit quod maneat in loco sub eius obedientia quando seu in casu in quo sine peccato manere non potest, quia ex quo tunc ut supponitur talis mansio in illo loco est peccatum, aut non potest sine periculo peccati esse, iam non teneatur tūc ei obedire in hoc ut ibi cum periculo peccati maneamus & per consequens possumus modo supradicto ad alium locum recedere, ubi sub eius obedientia si ibi extendi potest maneamus. Ita quod quantum fieri potest sub prælati nostri obedientia maneamus in illo alio loco, quis de loco illo ubi sine periculo peccati esse non possumus recedere possumus & teneamur, ut dictum est. Ideo si intra eandem prouinciam est locus aptus ubi permititur uiuere secundum regulam, non possumus recedere de prouincia seu ab obedientia illius prouincialis sine debita licentia quis ibidem propter talem recessum persecutionis patiamur ab illo prælato seu ab aliis fratribus, ut in 3. punto proxime dicetur. Si uero in illo loco conuentu, seu in tota prouincia nullus est locus aptus in quo frater possit aut permititur manere sine peccato uiuendo secundum debitam regulæ obseruantiam, tūc ex quo sub illius prælati obedientia non potest aut non permittitur uiuere si ne peccato, iam non tenetur illi obedire, aut sub eius obedientia manere, & potest recedere modo supradicto ad alterius prælati obedientiam in eo loco ubi possit & permittatur sine periculo peccati regulariter uiuire, quod secundum dispositionem prælati superioris ad quem in dicto casu recurrendum est debet fieri, ut sup. latius dictum est, & sic omnia concordat in ueritate. Ter tium punctū est, quid potest facere subditus & quomodo se debet habere quando ei à prælato aliquid iniuste fit uel præcipitur aliquid contra aiām uel regulā. Pro quo dico 1. quod si prælatus præcipit contra aiām uel regulam sic quod tunc nec dispensare nec præcipere idullo modo potest, tunc subditus non tenetur obedire etiā si possit sine peccato obedire. Imo si sic obedientia peccat tenetur non obedire, ut sup. de hiis q. 2. & 5. latius dictum, quod si cogitus per excepcionē uel per alias censuras seu pœnas ad obediendū seu ad patiendū tales pœnas quia non obedit non tenetur eis pati. Neq; ligatur ullomodo, quia sicut nō tenetur obedire in eo quod præcipitur, ita nec eadē ratiōne tenetur ad pœnā quae imponitur propter talē causā, s. quia nō obedit aut ut obediat. Imo

Imo si infligitur excommunicatio uel alia pena propter hoc, quia non obediuit culpabiliter faciendo uel omittendo, seu quia quis facit aut quia non omittit bonum de consilio benefacendum, seu quid potest à subdito contra prohibitionem prælati bene fieri & licite, tunc tale præceptum talisq; censura continet intollerabilem errorem manifeste & nullus homo etiā Papa potest infligere penā propter hoc quod quis bene agit aut non male agit. Imo nec deus ipse delege posita id iuste potest, & insuper dicunt multi doct. quod nec deposita absoluta sicut nec potest præmiare iuste propter hoc, s. quod quis male egit, nec damnare quia bene egit (non dico quia bonum uel malum egit) sed quia male aut bene egit. Multum enim refert inter hæc. Nam potest malum bene & bonum male agi uel omitti, ut de hoc communiter tractatur à doctribus in diuersis locis præcipue, in 3. dist. 37. ubi de dispensatione præceptorum decalogi agitur & alibi.

Dico secundo quod si talis subditus cogitur de facto ad prædictas penas ex prædicta causa sustinendas, utpote quia flagellatur, incarcерatur, tractatur ut excommunicatus & huiusmodi, tunc tenetur habere patientiam in tali persecutione quo usq; debito modo alias possit euadere per uisitationem quando uenerit prælatus superior aut aliquo modo licito, non tamen propter hoc potest inde recedere sine licentia obtenta ex quo ibi manere potest in illo conuentu sine peccato, quis cum labore & afflictione iniuste illata, & sic intelligitur illud dictum B. P. nostri Francisci, in suis exhortationibus. Si prælatus præcipiat &c. utsup. in 2. arguimento contra 2. punctum præcedens habetur, & in eius responsione ibi uideatur, quia facit ad propositum. Neq; enim propter quamcunq; afflictionem etiam iniuste illatam est recendum à loco seu apostatandum.

Dico tertio quod si adeo subditus ibi affligitur iniuste ex præfata causa per penas prædictas aut præcepta intollerabilia & ualde difficultia ex illa occasione sibi à prælato iniquo malitiose injuncta, ut sic subditus ille in aliquo transgrediens apparenter puniatur acrius & deuoluatur in calumniam, tunc si talis subditus uidet manifeste seu ualde probabiliter se ita calumniari & affligi ex prædicta causa tā acriter tanq; notabiliter præ aliis & præ solito, quod iam manifeste etiam uidet se quis ex sua fragilitate non posse

posse sustinere, quin iā iā de propinquō ruat in peccatum mortale, desperationis seu impatientiæ & huiusmodi, nisi inde recedat, potest de licetia humiliter petita, licet non obteta, inde licite recede read superiorē recurrente pro remedio, nec tenetur ibi manere cum tali occasione propinqua ad mortale etiā si per obediētiam aut excommunicationē eipræcipiatur: quia nec ligatur. Et rō huius est, quia tunc ratione loci ex illa mala societate iniqui prælati præstatur ei impedimentum ad salutem, quāuis ex sua fragilitate seu est ei occasio propinqua ad mortale, cōtra animam suam, & per consequens potest & tenetur recurrente ad prælatum modo prædicto, ut patet ex dict. supra qu. 5. in 3. puncto & in præsenti q. su. in 2. punto. Et notanter semper dictum est si uidet manifeste quod ex prædicta causa notabiliter acrius cæteris iniuste affligitur, & ita quod etiam manifeste iam uidet se in occasione propinqua ad mortale, quia tunc potest recedere petita humiliter licentia &c. & notentur particulae, alias enim si aliquid horū desiceret, non posse sine licentia obtenta recedere. Non enim sufficit ad hoc quod possit recedere inde sine licetia obteta, quia ipse suscipietur aut leuiter & appareret tantū uelit ex sua affectione iudicari de malo animo prælati, aut de suo periculo, nec sufficit si leuiter affligatur ex hac causa etiā manifeste. Nec sufficit occasio remota ad peccatum &c. huiusmodi, ut patet ex omnibus supradictis in hac quæstione, & in 5. quæst. præcedente. Ideo hoc dictum est saepē cum tot limitationibus ne quis in hoc & similibus ex sua passione seu affectione corruptus sibi somnia fingat ut uult. In quo est ualde cauendum à propria affectione in propria causa, & ideo nil secundum proprium iudicium faciendum, nec sibi fidendum, sed iudicio & arbitrio proboru& doctorum est standum: quando inter subdito & prælatū lis interuenit iniusta, ut dictum est, & quando non potest ad superiorem debite recurri. Iterum aut moneantur subditi quod in dubiis standum est iudicio prælatorum, ut saepē dictum est etiam in hac quæstione.

Dico 4. & ultimo quod si prælatus iniuste præcipiat quid ita tamen quod obediens ei in hoc nō peccat, utpote quia nimis strictè præcipit & sub grauissimam penam id quod non deberet tam stricte nec tam grauiter præcipere aut imponere, utpote si sub mortale & sub pena carceris præcipiat ne quis ingrediatur

cellā alterius, aut quod de fructib. arborū nullus sine expressali cētia quid colligat, aut quod aperiat ianuā &c. huiusmodi, tunc dī cō quod subditus tenetur obedire in prædictis omnib. alias pec-  
ebit. potest tamē iudicare tale præceptum esse iniustū seu teme-  
rariū & irrationabile sicut est, nisi ex causa rationabiliter aliquādō  
præciperetur. potest etiam habere hoc remedium, s. quod labore-  
tur ad eius correctionem uel reuocationem, quando uenerit tem-  
pus uisitationis seu prælatus superior, uel per literas cum prælato  
superiore absenti, seu alio modo licito, ut ait Scotus in 4. dist. q. 3  
dicens quando monitio uel præceptum prælati est infructuosum  
uel irrationabile, laborandum est ad eius correctionem uel reu-  
cationem, & potest subditus licite contemnere. i. iudicare seu re-  
putare illud iniustum seu rationabile sicut & uerè est, nō tamen  
licet illud contemnere non obseruando, quando prælatus præci-  
pit. hæc ille. Et concordat Gabriel in 4. dist. 1. q. 4. art. 3. & latius  
dist. 16 q. 3. notabili 6. ut de his dictum est su. quæst. 3 in 2. puncto  
Ibi latius uideatur. Similiter dicendum in quibuscumq; aliis præce-  
ptis etiam iniustis ex parte prælati, quæ non sunt contra animam  
uel regulam ullo modo, quia si sine peccato possunt expleri, tene-  
mur obedire & pati penitentias pro transgressione eorum, quo-  
usque corrigantur, seu alias debite reuocentur talia præcepta.  
Neque à talibus correctionibus potest depellari, ut dictum est.  
Sed per prælatum superiorem debito modo debet quis conari ad  
remedium, ut innuitur dist. 19. c. in memoriam: & dist. 100. c. contra  
morē. & 23. q. 1. quid culpatur, & 2. q. 7. c. sacerdotes. & ait gloss.  
dist. 15. c. 2. esto. & est argumentū 11. q. 3. si episcopus. & 9. q. 3. nūc  
uerò, quāmuis alii religiosi forte possint ipso iure talibus præla-  
tis non obedire sicut clericis suis epis copis iniuste agentibus utat  
eadem gloss. eadē dist. 95. c. esto. & dist 49. cum bītūs & 22. q. 5. c.  
de forma. c. Iterum autem mōeo in dubiis esse præsumendum  
pro parte & pro iustitia prælatorum & eorum iudicio standum,  
quod prælati male iudicauerint dūmodo non faciant nos partici-  
pes sui peccati aut transgressionum, expectandum est tempus de-  
bitæ correctionis aut uisitationis eorū, ut su. 6. c. q. 17. in 2. & 3. pū.  
cro dictum est & adhuc latius dicitur in q. 7. subsecente.

Quæstio



V A E S T I O V I I . Quæritur utrum subditi maculentur  
ex abuso seu transgressionibus contra regulam prælate-  
rum suorum aut aliorum fratrum cōmuniter irregul.  
coniuictū, & econtra pælati ex abuso subditorum, & an si ante  
communi modo uiuēdi fratribus culpabiliter relaxato, ipsi prælati  
prælaturas acceptantes & à fortiori eas ambientes non inten-  
dentes efficaciter aliter uiuere quām à deuiantibus cōmuniter ui-  
uitur excusentur à peccato? Respondeo per duo puncta, Quo  
rū. est, Subditi qui nullo modo sunt in causa abusionum seu trans-  
gressionum cōminum prælatorum aut aliorum fratrum cum  
quibus cōmuniter uiuunt, nullo modo maculantur ex talibus  
abusionibus seu transgressionibus cōminum prælatorum, aut  
aliorum fratrum. Maculantur autem si sunt aliquo modo causa  
& hoc magis uel minus secundum quod magis uel minus sunt in  
causa committendo seu omittendo. Responsio prædictorum est  
quia ad Roma, 1. c. non solum qui talia agunt, sed qui consentiunt  
facientibus digni sunt morte, & qui causam damnidat, damnum  
dedisse uidetur: & secundum cōmuniter doct. qui cooperatur  
consensu uerbo uel opere ipsi peccato, saltem directe est etiam  
participes peccati ut de hoc Adrianus 3. quolib. lib. & in 4. senten-  
tiarum suarū in mat. de baptismo latius agit, & econtra qui nullo  
modo sunt in causa, nullo modo sunt participes peccatorum, nec  
peccant etiam si talibus rebus utantur ad necessitatem in amaritu-  
dine animæ suæ propter tales transgressiones. Sed non quod fra-  
tres possunt esse in causa talium transgressionū multipliciter: uno  
modo commissive, quando s. ipsi exterius opere sine licentia uel  
cum licentia prælatorum faciunt & introducunt per se uel per ali-  
ostales abusiones, modosq; uiuendi culpabiles contra regulam  
aut contra uitā regularē sunt, aut quia dant occasionē uel cogunt  
alios fratres seu etiam suos prælatos talia facere. Ne turbetur do-  
mus aut ne ipsi murmurarent & inquiete uiuant, utpote quando  
introducunt & petunt & procurant superfluitates seu abūdantiam  
serum sine ullo defectu uolentes habere suum ordinarium ui-  
cti certum, & ex hoc procedunt ipsi uel eorū prælatiad quæstun-  
terum uel pecuniarum contra regulam & declaraciones procuran-  
dos & faciendos, tunc enim tales subditi seu fratres sunt in  
ipso, causa quando prælati sic minime facerent, nisi propter  
ut scilicet latius & abundantius ut uidet illos uelle, prouideant

eius, tunc enim & subditi & prælatissimul sunt in causa culpabiliter talium træspectionum, ideo nullus sibi blandiatur dicens. Volo quod prælatus seruet regulæ & declarationes & quod propter me nihil contra faciat. Hoc enim dicere uerbo & uoluntate tantum inefficaci nihil prodest, si non sequatur opus, si non tolluntur impedimenta. Quis enim regulam seruarinollet aut diceret quod non seruetur, certe non nisi cui esset frons meretricis ad peccatum manifestum. Vis ergo quod prælatus seruet & propter te nō faciat cōtra regulæ aut cōtra deū? Serua tu regulæ & nō des illi occasionē træspectionis. Quodquādo tibi aliquid quantū cunq; minimū deest, murmuras & dicis. Non sequatur chorum non dicam missam &c. quō tu uis iam efficaciter regulam seruaris ita etiam meretrix esset sancta dūmodo non sentiret penam, uel laborem inhabenda sanctitate. Similiter quilibet peccator, Ideo Bernardus dicit, si fratres uolunt esse pauperes sine defectu, humiles sine defectu, patientes sine contumeliis. Igitur qui est in tali proposito firmo quod non uult carere superfluis neq; penuriam in aliquo pati propter obseruationem regulæ & paupertatis nec quod sibi aliquid desit. Sed omnino uult quod sibi nō deficit uictus & uestitus ordinarius certus, imo potius uult regulæ non seruari quam ipsum aliquo carere. Et quando deest murmurat & per hoc inducit prælatum ad agendum contra regulam ut illi prouideat, & os detrahentis obstruat faciatq; sibi cum libenter sequi cōunitatem: talis inquam frater est causa transgressionis prælati, estq; in statu damnationis, quia qui nō uult pati laborem qui sequitur ex regulæ obseruantia, nō uult efficaciter ipsam regulæ obseruantiam. Sicut qui nō uult medium necessarium ad finem aut sequellā necessariā ex antecedente certe non uult efficaciter ipsum finem aut ipsum antecedēs, ut est cois regula doctorum, ut late Aug. in moralibus ca. 3. tractat de hoc. Simile iudicium est de dantibus causā exterius in opere ad alias abusiones seu dissolutiones quascunq; contra regulam aut contrareligionem seu ad quæcunq; alia peccata, utpote ad transgressiones & peccata quæ solent fieri à prælati seu aliis fratribus in pecunia, uisitationibus secularium & discursibus scandalosis & periculosis seu ad dedecus, religionis & infamiam ordinis. In coibus receptionibus ineptorum ad ordinem, in turbationibus & scanda

scandalis & aliis quibuscunq; huiusmodi, quia qui suo opere aut exēplo sunt cā ut talia fiant, non solum per eos, sed per alios cōmuniter in ordine ut dictū & exēplificatum est. In paupertate sunt causa transgressionum talium & maculantur in scelere aliorum. Similiter qui uerbo suo sunt in causa prædictorum oīm & aliarum abusionum seu transgressionum communium, utpote præcipiendo aut licentiando, suadendo, seu inducendo, & de sendendo eas in toto uel in parte, detrahendo obseruantiae regulæ & statutis ad regulæ obseruantiam factis. Similiter qui etiam solo corde consentiunt talibus transgressionibus, gaudentes quod talia fiant per alios dūmodo ex aliorum peccato proueniat; ipsi abundantia aut cōmodum aliud corporale, isti tales propter consensum uolūtatis etiam maculantur peccatis aliorum quorum fructum temporē libenter percipiunt, gaudētes quod sibi oīo talis fructus proueniat undecunq; etiam ex aliorum peccatis proueniat: quia uniuersaliter consentire in causa [culpabili] talis fructus, & isti sunt sicut qui uolunt (ut aiunt) de medio ignis castaneam misionis manu extrahere sicut & Saul 1. Regum 18. dicebat nō sit manus mea super Dauid, Sed sit super eum manus Philistiim. Secus si tales dolentes uerè de talibus abusionib. aliorum gauderent solum de utilitate & fructu sibi proueniente ex peccatis aliorum, uolētes omnino potius carere talibus utilitatibus quam eas habere cum peccatis seu ex peccatis aliorum si id face re esset in sua potestate, tunc enim cum tali animo uiuentes particeps utilitatē sibi prouenientem ex peccatis aliorū non sunt in culpa nec in causa peccatorum illorum propter talem consensum: nisi alias in opere participant aliis modis supradictis aut dicendis. Alio modo omisissi quis potest esse in causa peccatorum aliorum, utpote quando quis potest licite & debite resistere uerbo aut opere talibus abusionibus seu peccatis coībus aliorum & omittit resistere sine causa rationabili, ut sunt prælati dissimilantes ea fieri etiam si non mandent aut non licentiat ad ea facienda. Similiter omnes alii qui tempore uisitationis oportunæ omitunt talia uisitare, præfertim si uidet probabiliter tunc remedium talium abusionum sperari & commode posse fieri. Similiter prælati & alii qui habentur doctiores in religione sciētes & potentes cōmode docere ueritatem & arguere transgressiones secrete aut publi

publice ut oportet debito modo, quando uidetur probabiliter se per hoc posse proficere, quia si non faciunt, iam eorum omission est causa talium abusionum & in eis maculantur, imo ut ait Hadri. in 4. de correctione fraterna, quod probabilitas appareat quod ex ignorantia coi cōmunitas peccatur cōtra regulā, aut alias sunt abusiones, itaq; docerentur aut arguerentur per viros doctos & probos de quibus præsumerent peccantes quod non nisi verita tem illis dicerent certam sine scrupulis aut erroribus, certe recedenter à suis abusionibus : tunc tenentur illi qui habentur doctores in ordine studere ut sciant regulæ veritatē & suā obligationem ut doceant alios, & prælati tenentur procurare ut sic fiat : ut per hoc remedium apponatur coi ignorantiae ex qua (ut supponitur in casu) prouenit cōsūlū omniū regulæ transgressio : sicut & pro re leuanda extrema necessitate corporali proximitate tenetur quis labore rare aut sollicitari ut habeat unde illi pro tunc prouideat si non habet alias, quod si prælati & docti id omittant, iā sunt in causa peccatorum aliorum & cum eis maculantur. Nam omnes prædictos excusat non ignorātia aut negligētia notabiliter culpabilis quia sint in causa taliū cōmuniū aliorū peccatorū, & quin peccatorum aliorum supradictis maculentur. Prædicta omnia possent latius probari per rationes satis efficaces quas propter breuitatem omitto, & quia aliqualiter ex dictis possunt uel mediocriter doctis apparere. Neḡ enim hæc est noua doctrina, sed cōmunita tenet à sanctis & patribus nostris tradita est. Vnde Bouentu. in epistola sua existens mi. cōmisit ad totum ordinem, & habetur, trac. in li. ordinis fo. 265. Post numeratas multas abusiones ait licet autem plurimire perariantur, qui non sunt culpabiles in aliquo prædictorum, tamen omnes inuoluit hæc maledictio, nisi à non facientibus iis qui faciunt resistatur, hæc ibi. ut de hoc habetur sup. 6. ca. q. 14. in 3. puncto uide ibi præfamat & aliam epistolam Bonaventuræ. Et adid est expresse Hugo. 2. & 4. & 9. c. & tandem hæc omnia supradicta breuiter cōpletebitur sanctus Berna. in sua epistola declaratoria dubiorum, ut habetur in 3. trac. lib. ordinis fo. 98. in 4. artic. ubi sic habetur. Declaratur 4. quod in locis si sit magna superfluitas uel curiositas, ex eis non uiciatur fratre, nisi solum introducētes, uel consentientes, si uel ad eorum officium pertinet & possunt, uel quicunq; alii, si cōmodè possunt legitimē

legitimē nō resistentes, & non alii qui dictis rebus utuntur ob ali quam necessitatem, uel ob scandalis uitiationem, hæc ibi. Et notetur omnes particulæ: quia secundum prædicta ut su. declaratum est, latius sunt intelligenda omnia quæ circa hæc materiam dicuntur ad storibus. Et expresse cum prædictis omnibus concordat Bernardus in sua epistola apologetica contra abusiones Clunia. loquens. Vbi sic dicit, hæc abusiones iam fere ubiq; per ordinem tenentur, fere iam ita ab omnibus sine quærela atq; irprehensionibiliter obseruantur, quanquam dissimilantur. Nonnulli quippe his omnibus tanquam non utentes utuntur, & ideo aut cum nulla offensa uel minima. Aliquanti autem hoc agunt ex simplicitate. Aliquanti ex charitate. Aliquanti ex necessitate. Quidam namq; simpliciter ista tenet quoniam sic eis præcipitur, parati aliter age re, si aliter præciperetur. Quidam autem ut nō discorditer ab eis uiuant cum quibus habitant, sectantes in his non suam libidinem sed aliorum pacem. Alii uero quia resistere non ualent multitudini cōtradicentiū, quod qui hoc usiq; pro ordine libera uoce defendant &c. Ex quibus patet conformiter ad sanctum Bernar. ubi su. quod qui sunt in causa aliquo modo prædictarū cōmuniū transgressionum sunt in culpa, alii autem non, ut dictū est. Et concordat. 10. pl. 2. & 4. ut supra. 6. c. q. 16. in 2. punc. habetur dicens quod prædicti excusantur: dummodo in manifeste illicitis abusionibus faciēdis non cooperentur etiam ad mandatū prælatorum. Nam in dubiis standū est eorū iudicio: ut sāpē dictum est. Igitur resolutorie quoad hoc 1. punctū dicamus cum Enchri dio fra. min. in decisionibus dubiorum, dub. 8. fo. 72. quod si subditū non sint causa ullo modo quod talia sūt, uel omittātur, imo dolent de hoc, & potius uellent sustinere inopiam & quamcunq; poenam seu defectum temporalium, quā quod huiusmodi abusiones fierent, uel earum remedia omitterentur, dum tamen denunciant debito modo superius ut remedium apponāt, tunc excusantur à cōmuniū transgressionibus prælatorum seu aliorum fratrum: quāmuis cum eis uiuant de bonis aut elemosynis per alios culpabiliter acquisitis & desuperfluitatibus per alios procuratis, alias nō excusantur, ut dictum est. Quale autem peccatum sit istorum qui aliquo modo sunt in causa prædictarum transgressiōnum cōiūlū aliorum, dic quod est maius aut minus secundum quod

magis aut minus sunt in causa, & attentis aliis circumstantiis communiter attendendis in graduatione & quantificatione peccatorum, secundum communiter doctores, in hoc enī nō potest dari certa regula pro oībus casib⁹ aut personis. Nam ut ait doct. innominatus seu sine tit. in quodam tract. de paupertate. In hiis & aliis eiusmodi communibus abusionibus, dēbet etiam attendi affectus utentium an .s. eis talia displicant aut uehementer placent, ut patet ex dictis Bernardi ubi sup. Item proportio utentium ad huiusmodi exteriōres excessus, & econuerso tā quo ad enormitatem, quām quoad personarum multitudinem uel paucitatem, quādam enim sunt homini difficultia ad uitandum, ratione imperfectionis mentalis aut fragilitatis corporalis aut ratione consuetudinis generalis & antiquæ, aut ratione coīs in experientiæ quæ in alio tempore propter contrarias circumstantias essent facilia. Et consumiliter quidā sunt enormia illi qui est perfectissimus, aut perfectissimis associatus quæ imperfecto & in medio peccatorum conuersanti non sunt sic enormia, unde multi mores nostri uitiosi essent anachoritis enormes, uel etiam mihi inter ipsos existenti tēpore antiquiferoris eorundē (chachinni enim & truphæ & ociositates inordinatae commessationes, curiosæ uagationes & huiusmodi, in eis aut in primis patrib⁹ nostris etiam communi omnium iudicio tunc essent enormia; quæ nunc nobis non sunt) quādam etiam respectu paucorū sunt superflua, quite spectu multorum sunt necessaria, & ideo aliquis usus diues quoad paucos est sāpe parcus & pauper seu moderatus, multitudini seu aliis alterius cōditionis, ut patet. Item est attendenda circumstantia exempli seu scandali, ut ex hiis & aliis circumstantiis consideretur grauitas uel alleuiatio peccati prædictorum in communibus transgressionibus aut relaxationibus aliorum participantium, ut dictum est, & sic patet 1. punctum.

Secundum punctum est quoad Prælatos specialiter, & quoad hoc dicoprimo quoad fortiori ipsi prælari maculantur communibus transgressionibus aliorum fratrum cum quibus uiuunt, si sunt aliquo modo de prædictis in causa commissiue seu omisiue Ratio est quia ratione officii prælations tenentur specialiter præ aliis pugnare pro ueritate uitæ & doctrinæ & defendere regulam

& Ius

& ius diuinum à transgressionib⁹ aliorum propter honore dei, insuper quia sunt pastores habentes curam animarū, ideo specia liter tenentur pascere gregem. Ita quōd nullo modo sint in causa etiam omisiua dominii spiritualis eorum, alioqui ipsis prælatis specialiter imputabitur, ut dictum est: ergo patet ex dictis, quōd quānius prælati possint licite & debeant aliquando permettere & dissimulare aliqua mala minora & spiritualia in subditis non prohibendo aut corrigendo eam ullomodo, & hoc ex causa rationabili, s. propter cauendum maius malū ipsorum seu aliorum probabiliter imminēs ex tali prohibitione seu correctione infruētūsa si fieri attentaretur, ut latius de hoc habetur in matut. de correctione fraterna & judiciali, & Gabriel in canone lectione 74.75. agit. & tractatur coīter à doctoribus. Tamen nullomodo potest prælatus dare licentiam saltē directè ad prædictas seu alias quascunq; abusiones seu transgressiones seu peccata quæcunq; quia sic cooperetur culpabiliter peccatis aliorū cum ipsisq; macularetur in eisdem. Imò specialiter tenetur esse diligēs ad obuiandū prædictis peccatis & abusionibus quibuscunq; omni mō sibi possibili licito & honesto, ut dictū est, & adhoc faciunt autoritates Bonavent. & Sancti Bernardini suprapositæ in 1. punto precedenti, ibi uideatur.

Secundo, dico quōd in casu quo iam coīter uiuēretur alicubi deformate in continua regulæ transgressione mortali: tunc acceptantes prælationes sibi esset per obedientiam iniunctas peccant mortaliter, & peccatis subditorum inuoluuntur, si non intendūt uerē & efficaciter aliter uiuere, q; ab illis deformati coīter uiuitur & ita se habere in prælatura quōd nullomodo sint in causa seu participant in transgressionibus communibus aliorum.

Ratio huius est, Nam qui accipit officium ubi coīter peccatur non intendens uerē & efficaciter mutare modum eius semper peccat acceptando & permanendo in officio, quia tenetur uitare peccatum præcipue mortale & officium seu statum, ubi coīter mortaliter peccatur secundū cōmunem doctrinā doctorū super illud Iōann. 21. Vado pescari &c. Vbi dicunt quōd officium pescatis quod coīter sine peccato potest exerceri licite resumptū est ab Apostolis, non aut officium theolonearii, quia coīter non licite exercetu

## C A P V T X.

ergo ubi communis modus uiuendi est in continua regulæ transgressione mortali peccat mortaliter acceptans officiū regiminis, nisi ut dictum est, intendit efficaciter aliter uiuere &c. Item quia assumens statum ubi est probabile periculum ad mortale peccat mortaliter, quia Ecclesiast. 3. Qui amat periculū peribit in illo, quia & agit contra charitatem quam tenetur ad se habere (ut coiter doct. in hoc conueniunt) sed in huiusmodi prælatione in tali casu, est tam grande periculū (ut patet) quod si ab aliquo talium prælatorum uiuentiū deformate cum subditis queratur, utrum uel let mori in tali statu, seu durante sua prælatione responderet, si non desiperet, sicut & alii sibi prouidentes uerè ex animo loquentes semper responderunt quod nullomodo, quomodo ergo tute uiuere possunt in eo statu in quo moritiment? Ergo dicte conscientia etiam ipsorum sunt in statu damnationis, ut dictum est, nisi videantur probabiliter quod possent & efficaciter intendant ipsis debitè & licitè differentur ab aliis deformatis uiuere & agere sic quod nullomodo commissiue seu omisiue sint in causa transgressionum mortalium aliorū, ut dictum est. Ideo ait Ecclesiast. 7. Noli fieri iudex nisi uirtute ualeas aliorum irrumpere iniquitates. Et à fortiori grauius peccant sine ulla excusatione illi qui in casu prædicto ambient prælationes quomo docuntq; directe uel indirecte, & hoc est adeo clarum ut nulla indigeat probatione neq; auctoratum allegatione, cum oēs doct. uniformiter id clament, ergo patet Responsio ad questionem. Quod si contra hoc ultimum s. quoad acceptantes prælationes in casu prædicto arguat, quod in tab. cap. g. Basileæ anno dom. 1472. celebrati, ut habetur in tab. 10. uic. g. habetur sic. Declaratur quod Canonice electus & officiū prælationis pertinaciter tenuens nisi causam legitimā reddiderit suo prælato licet occultā, censetur sim pliciter & absolute inobediens, & ideo puniendus ad arbitrium sui prælati cum consilio discretorū, hæc ibi. Ex quo uidetur quod tenetur acceptare & quod obediētia excusat eum à peccato, quis is qui se intromittat seu ambit officium prælationis non excusat ullomodo, sicut & coiter doct. dicunt quod officium confessionis exercens ex obedientia excusat à culpa ignorantiae ubi non

non excusaretur si se ingessisset. Et expresse dicunt Richar. in 3. quolib. q. 21. & b. Thomas quod prælationis officium tutius de clinatur, non tamen pertinaciter cum ad suscipiendum hoc superna uoluntas agnoscitur, uel quando ad id per obedientiam agitur quis, & facit c. cum pridem de renuntiatione. Alioqui ordo periret, quia tunc essent ut oues sine pastore.

Item secundo arguitur ad idem, quia propter maius malum evitandum, minus malum est permittendum. Sed maius malum est ordinem carere prælatis aut fratribus q; eos deformate uiuere condescendendo cum subditis ne tota religio pereat, ut patet. Nam certe si prælati stringere uellent subditos ad purā debitamq; regulæ obseruantiam & uitam reformatam, iam oēs ferè fratres apostatarent, uel saltem essent male contenti in continua murmuratione & penitentia professionis suæ, ergo potius permittendum est prælatos cum subditis sic uiuere ad totius ordinis conservationem quam &c.

Respondeo ad primum, quod intelliguntur omnia ibi adducta in casu quando s. alicui præcipitur & imponitur prælatura & purat probabiliter uel saltem dubitat se posse regulariter uiuere & agere sine peccato, quia tunc tenetur deponere conscientiā oppositam seu dubium si habet, & stare iudicio prælatorum & obedere & acceptare prælaturam, & uelle seu intendere se uiuere regulariter & agere efficaciter ut tenetur, ut regulariter sine mortali uiuatur, alioqui si ualde probabiliter quod uel ex sua infirmitate animi, uel expugnantia communiter deformate uiuentiū non potest uiuere seu agere nisi deformate cum subditis, tunc non tenetur obediēre contra animam præcipientibus, immo tenetur in hoc non obediēre, dummodo causam suæ resistentia, seu impossibilitatis aut probabilitatis prædictæ exponat suo superiori, ut habetur in tab. uic. g. Basiliensis, & tandem in dubiis sit iudicio superioris, ut dictum est su. q. 2. in 3. puncto.

Quod si talis frater iam uideat se posse regulariter uiuere & agere si uellet in brachio uirtutis cum gratia Dei iuante, uiriliter agere, seu si superior iudicet causam non esse legitimam ad resistendum obedientiæ inponenti officium prælationis,

tunc tenetur acceptare prælaturam iniunctam per obedientiam & habere intentionem efficacē regulariter uiuendi & agendi, ut dictū est, quod si non habet præfata intentionem peccat sine tali intentione acceptando, ut dictū est. Peccat etiam contra obedientiam prælati superioris si non acceptat cum præfata intentione efficaci, quia ad id tenetur. Neq; est perplexus simpliciter, sed ex culpa sua, quia s. uel non uult humiliter ob edire cum debita disponere acceptando prælaturam, ut tenetur uel quia indebita uel cum indebita disponere acceptat, ut p; ex dictis.

Obedientia aut̄ solū excusat eum qui non se intromittit in hiis alicui seu leuissima culpa ignorantiae seu negligentiae seu fragilitatis coram deo, non aut̄ a dolo nec alata culpa, nec à peccatis uoluntariis, ut latæ de hiis summistæ præcipue Siluest. tit. culpa. s. 4. & tit. confessor. 3. secundū coiter doct. tractant. Et de hoc s. f. q̄uo electus pater uel tenerur acceptare prælationem uel refugere latius Siluest. tit. elec̄tio 1. q. 18, 19. &c. ibi uidet qui uollet. Ad secundum Resp. ad maiorē. s. ex duobus malis minus est eligendum. Dico secundū Hadri. 2. quoli. quod est uera solū de malo quocunq; p̄cnae seu etiam culpæ quod & quādō potest bene seu inculpabiliter fieri seu permitti, tunc enim tale minus malum ex se non est male culpabile seu imputabile ipsi facienti seu permittenti pro tunc ex causa uitandi aliud maius malum, ex quo ut supponitur non male nec inculpabiliter sit aut permittitur, alias falsa esset illa maior & male culpæ quod pro tunc non posset inculpabiliter fieri. Nam nullomodo est peccandum aut maleficendum propter quamcunq; causam, quia implicaretur contradic̄tio contra legem Christi & contra rationem, ut latius deducatur coiter à doctoribus & ab Hadr. In quolib. neq; ullomodo ex se peccatum quod non potest inculpabiliter fieri potest habere ordinem ad ullū bonū spirituale uel temporelē coē uel particulare quis deus ex sua omnipotenti bonitate ex peccatis per accidens eliciat bona, ut de hoc latius beatus Thomas 1. part. summ̄ q. 19. art. 9. q. 22. att 2. Et Hadr. in 12. quolib. & coiter doctores in diuersis locis tractant, ergo illa maior concedatur ad illum sensum supradictum, ad minorem aut̄ unomodo dico concedendo eam, sed negatur consequentia, quia ex quo uiuere deforma-

te est uiuere culpabiliter ita quod non potest bene fieri, ergo ex nulla causa etiam pro uitando maiori malo quocunq; debet fieri à quocunq; ut p; ex dictis. Alio etiam modo Respon. ad ipsam minorem eam simpliciter negando. Nam uiuere deformate condescēdo subditis deformate uiuere uolentibus non est medium aptum neq; conducens ad manu tenetiam ordinis seu religionis. Imò est potius medium ad ipsius destructionem. Nam certe si prælati inuigilent & adiuuent ad regulæ obseruantiam atq; ad hoc insurgant in manu potenti & brachio extento pro uiribus laborando postposito honore & timore mundi propter dei honorē. Nam cum dei adiutorio præualebunt in ordinis manu tenetia & regulari obseruantia multiplicanda. Impium enim est dicere quod si lex Christi eiusq; consilia euangelica in regula promissa debite seruentur ordo peribit aut quod deus relinquet, cūm potius propter transgressiones communes deo permittente religiones ipsæ numero & merito (experientia teste) perire videantur, unde proverb. 11. in bonis iustorū exalt. ciuitas &c. & econtra proverb. 29. pestilentes dissip. &c. ut de hiis latius Hadr. in 12. quoli. & in postquodlibetic. & melius certes foret iniquos aliquos à religione apostatare qui in suo malo contra uitram regularem sunt obstinati, quād quod propter eos communiter uiuatur deformat, ita quod cum ipsis multi alii etiam in infernum trahantur, ut de hoc latius diximus supra in introductione q. 3. &c. & supra cap. 2. q. 21. ibi uideatur & de hoc & cum prædictis omnibus concordat & bene Enchiridion fratrum min. in decisionibus dubiorum dub. 4. sicq; pater Responsio & plena declaratio questionis.

Quo ad id (Monco verò & exhortor &c.) & non curent nescientes literas, &c.



V A E S T I O V I I I . Quæritur an liceat nobis incumbere studio literarum & quomodo, & quomodo sit habendus spiritus domini eius sancta operatio, & caudem à uitiiis instantumq; orationi & uirtutibus?

Respondeo per tria p̄cta, Quorum 1. est. Nullo iure prohibitum est, lm̄ & licitum & meritorium est fratribus min. clericis incumbere

incumbere studio literarum non ait laicis. Probatur primum quoad clericos quod non sit prohibitum, patet quia non iure naturali aut diuino, neque ecclesiastico, ut patet. Neque per regulam hic prohibetur, quia uirtute regulæ nullum obligatorium est, in hoc 10. cap. ab illo loco (Moneo uero & exhortor &c.) quia Clem. 5. non computauit inter obligatoria, sicq; illud quod sequitur. s. (¶ non carent nescientes literas. &c.) non est obligatorium ex uirginali, ergo, quod ait sit licitum & meritorium p; si fiat propter Deum sicut & alia licita ex se & cum debitiss circumstantiis. Maximè quia studium literarum præcipue conuenit nobis qui per confessiones & prædicationes instamus saluti proximorum ergo. Et ad prædicta expressio est dom. Nicol. 3. in sua declaracione exist art. 2. & 5. dicens quod studium literarum nobis ualde conuenit & Martinus 5. In suis constitutio. ca. 10. concordans & suadens ad studium literarum ait, quod scientia est donum Dei, armatura ordinis lumen ueritatis, & lux in tenebris ambulantium, & Bona, in q. 3. super regulam ad idem dicit qui ualeat ad ueritatem & sanctitatem habendam ubi pulchre de hoc agit. Qui quidem in epistola ad magistrum innominatum, & in ca. 10. super regulam & in 9. ca. ait quod intentio b. p. nostri Francisci fuit, ut fratres student ut debito modo uerba examinata in prædicationibus proferrent. Nam ex quo nobis ex regula nostra seu ratione nostræ professionis magis seu spiritualibus conuenit prædicare q; carteris aliis, cum in nostra regula ca. 9. specialis tractatus de prædicando contineatur, id quod uix apud regulas aliorum religiosorum habetur, inde nimurum conuenit nobis præcarteris studio literarum incumbere, idq; nosfræ professionis. Nec enim prædicare debemus ad uentum uerba occurrentia, aut parui momenti, aut leuia seu non examinata uerba. Et cum prædictis etiæ expresse concordat Hug. 10. & 6. ca. dicens cum Bonauent. ubi supra, quos enim magis decet euangelium docere siue docendi euangelium auctoritatem quæ in magisterio datur habere, quam fratres min. qui euangelium ipsum profitentur ac seruant. Neque enim seraphicus pater senes elemantarios in ordine commendat, neque reprehendit aut dissuasit unquam studium literarum, nisi propter hoc à necessariis declinet uita studentium, imo & deuote studenter

tem sacrae promouent literæ ad uirtutem, hæc ille. Quod ergo hic ait regula (& non carent nescientes literas discere &c.) intelligitur de laicis, ut aiunt coiter oës expositores. Nam Bonauent. & Hug. ca. 10. dicunt quod hic clericis non prohibetur discere literas, sed regula curiositatē prohibet laicorum uult enim hic regula (ut etiam idem Bonauent. iterum ait in præfata epistola ad magistrum innominatum) quod iuxta Apostolum 1. Corinth. 7. ca. in qua uocatione quis uocatus est permaneat, ut s. ad clericatum de laicatu nullus ascendat, nec uult quod clerici fiant laici studium recusando, hæc ille. & concordat expresse Bart. Pif. & Ser. conf. q. 15. & expos. sanctorum patrum, & expos. sine tit. ca. 10. quod s. hoc intelligitur de laicis quod non carent, i. non præsumant discrete literas ultra eorum uocationem, & insuper ut dixi adhuc quoad ipsos laicos non est speciale obligatorium ex uirginali, sed monitio est ipsius facta ex regula. Quo non obstan. dicto quod alio iure s. Ecclesiastico fratri dato in iure diuino supradicto 1. Corinth. 7. ca. in qua uocatione quis uocatus est permaneat, prohibutum est laicis incumbere studio literarum & ascendere de laicatu ad clericatum, ut patet per multa statuta ordinis & Papalia hoc illis prohibentia sub præcepto, ut de hoc latius potest uideri in compendio titulo laici fratres, & sic intelliguntur omnia dicta doctorum ubi su. dicentium quod laicis regula prohibet, i. quod monet cauendum esse studium literarum & ascensum ad clericatum tanquam alio iure prohibutum, ut dictum est, quia ut dixi ex uirginali non computatur hoc inter obligatoria, ut patet per Clem. 5. Quod si etiam de clericis hoc intelligatur (ut aliqui exposi. et intelligunt) tunc solū est dissuasio à studio literarum ex uirginali. Adhunc sensum ne s. fratres præcipue intendant studio literarum vellico spiritu domini deuotione & oratione, cum aliis ad religiosam uitam pertinentibus, quæ maxime debent amplecti & potius q; studiū literarum, quia potius conueniunt uitæ religiosæ & professioni humili præsentim fratrum mi. q; studiū literarum, ut de hoc latius & pulchre Gerson, in quadā epistola responsua ad quendam fratrem Carthusien. Itē in 3. parte Sumalphab. 18. litera o. alphab. 19. litera e. alphab. 77. litera x. dehōlate, & concord. Bonauent., & Hug. ubi supra dicentes.

Necq;

Neq; b. pa. Franciscus repræhendit aut dissuaderet studium literarum nisi propter hoc à necessariis declinet uita studentium, & ex pos. sanctorum patrum id etiam innuit, & concordat quætimoniæ propositæ in concilio Constan. quando fuit separata obseruantia à conuentualibus, ut habetur ff. 17. ubi sic habetur. Item hic noster ordo fundatur in innocentissima simplicitate ac per hoc debet fugere curiosa studia paganica nimis continuata & sollicita uerba duplia seu curiosa seu indiscreta uulpiasq; dissimulationes & huiusmodi, quia nostra religio magis ordinatur ad spiritum domini acquirendum & bene operandum & orandum & ad humilitatem & patientiam cæterasq; uirtutes q; ad exercendum in sapientia sæculi & sophismatibus (ut expresse ca. 10. dicitur & non curent nescientes literas &c. Non aut post nouiciatum statim ad scientiam aspicere, deinde ad gradus doctoris uel magisterii & prædictoris ascendere conari, ex indeq; iam non sequi communitatem nec chorum sed potius habere socios pro seruitoribus & tanq; dominicæterorum reputari omissoq; iugo obedientiae se solo sine prælato & superiore, sine duce mala libertate liberos reputare, unde fit quod quia quod prius est dimittitur, id est spiritus domini, & quod posterius est accipitur s. sapientiasæculi, ideo omnia confunduntur, sicq; terram sursum cælum deorsum trahitur. Magis enim iam fratres delectantur in uno arguento Aristotelis uel in uno sophismate buridani q; in tota uita Christi uel b. Francisci. Imo & si quis allegaret aliquando uitam b. pa. Francisci nō modice irrisus euaderet, unde fit quod iam nostri doctores & prædicatores sint sæpe magis curiosi & inflati q; seculares, hæc ibi propter prædicta ergo dissuasit studium tale literarū talib; fratribus ne s. sic studerent relicto spiritu domini &c. nō tamen simpliciter dissuasit, sed potius uoluit quod fratres debitè & religiosè studerent fratres, ut dict. est. Imo tenentur clericis incumberere studio literarum debitè & religiosè quando hoc eis à prælatis præcipitur ut expresse dicunt Bonauen. & Hug. 10. cap. & 10. de pechano in ser. con. q. 15. &c. Si quæras si b. pa. noster Franciscus uolebat fratres suos clericos incumbere studio literarum debite tamè & religiosè seruato spiritu domini & oratione &c. qua re ergo non induxit nos specialiter ad tale studium religiosum, sicut

sicut specialiter & expresse dissuasit studium literarum irreligiosum. Respondeo secundum expos. sine tit. 10. ca. quod ideo non suauit expresse quia. s. iam uidebat nos satis ad id inductos ex naturali appetitu seu affectione seu inclinatione sciendi, & ex statu nostro abstracto à mundi conuersatione & sollicitudine & utile exercitio (qualia supponebat esse debere) & ex officio prædicandi ex ipsa regula 9. ca. aliqualiter introducto ad ipsas literas nos ordinatos de bite supponebat, & ne putaremus in chartis & literis principale fontale q; lumen studium & magisteriū esse sapientiæ spiritualis sed potius contra prius esse studium spiritus deinde literarum iuxta illud Ps. 118. Bonitatem & disciplinā (& postremo) scientiā doce me iuxta illud Lucæ 8. Vobis datum est noſſe misterium dei &c. ut habetur in auctore conformitatum conformitate. Ideo enim sufficit prius retrahendo ab immoderato irreligiosoq; studio literarū statim modum quo potissime est studio iam ex dictis causis proposito incumbendum tradere, suadendo dicens, sed attendant quod super omnia desiderare debet habere spiritum domini. Super omnia inquit, non autem ipsum solum relictis omnibus aliis, sed literarum studium temperatum quidem ac subiectum spiritus domini & devotionis &c. ut oīa etiam studium ipsum spiritus domini & uitæ religiosæ subseruat ut proxime dicetur in secundo puncto. De doctrinis autem tendis substantiis & prædicandis, latius est sup. ca. 9. q. Ibi uideatur. De gradibus autem scolasticis magisterii aut doctoratus an liceat nobis habere & quomodo, dic quod ex regula nihil horum nobis prohibitur ut patet, sed ex præcepto Papali prohibitiū est sub certis limitationibus, de quibus latius habetur in cōpendio tit. gradus scolastici. & etiam si appetitus uerbis prædicta facta seu assumantur, prohibitum est iure diuino ut de hoc etiā Bonauent. in epist. ad magistrum innominatum latius agit, ibi uideat qui uoleat.

Secundum punctum est, quod ex uir regulæ suadetur omnibus fratribus clericis & laicis ut præcipue conentur habere spiritum domini & cæteras uirtutes quæ hic subsequuntur, patet quod ex uir regulæ solum hoc sit de consilio, quia à Clemen. 5. non computatur inter obligatoria, ergo,

Potest tamen in casu esse sub obligatione ex iure iuris diuini, ut patet, & sic limita expos. sanctorum patrum cap. 10. & hoc sumitur ex Ioann. Mittam uobis à patre spiritum ueritatis & ille docebit &cæte. & Ioann. 6. Operamini cibum qui non perire, & cæt. ut sic potius per sapientiam experimentaliter docibiles dei facti nudam ueritatē gustemus & cognoscamus in spiritu dei, potiusq; in litera quæ occidit in cortice sine medulla spiritus. Et ut præstatu spiritus domini habeatur, datur subsequenter consilium de optima dispositione & medio ad illud obtinendum & conseruandum, scilicet quod sanctam operationem & orationem & ceteras uirtutes ibi consequenter positas, ideo dicitur (& sanctam eius operationem) & orare ad Verum puro corde &c. ubi notandum secundū expos. sine tit. cap. 10. quod in regula ter agitur de oratione. Primo quidem sup. 3. c. ut ibi ostendatur quod in ea est primatus diuini cultus. Secundo in s. cap. ut ostendatur quod in ea est primatus obsequii uirtualis. Tertio in hoc 10. ca. ut innuat quod in ea est etiam primatus exercitii sapientialis studii literarum uiuarum & proficuarū seu Christianarū, quia ut habetur Jacob. 1. Si quis indiget sapientia postulet à domino &c. Ideo hic acribitur ei primatus omnis studii & desiderii, quia per ipsam & in ipsa intime & sapidissime tenetur, gustatur, & cernitur summū bonum, hæc ibi. Insuper notandum secundum Benzquent. quod semper orare stat tripliciter, Primo modo est horas Canonicas debitè quotidie dicere, & hoc pertinet ad 3. cap. Nam Lyra semper capitul pro tempore apto, ut ait Lyra super illud actuum 10. & deprecans dominum semper, & super illud ca. 19. Ecce enim orat. Secundo modo semper orare est spiritū deuotionis semper inuiolabiliter obseruare inter quascunq; occupationes, gemutibus & suspiriis ad Deum clamare, spiritumq; eleuare, & adhuc nos impræceptibiliiter regula manu ducit, supra 5. cap. Tertio modo semper orare est semper bene agere, unde (& refert Bart. Pif. ca. 10. & in ser. cons. q. 69.) quod fratres Egidius dicebat quod orare est uoluntatem sui prælati debite facere, non enim cessat orare qui non cessat bene operari, ut ait gloss. super illud oportet semper orare sine intermissione, &c.

Tertium punctum est, quod ex iure regulæ solū est admonitio ne uitemus

uitemus & caueamus ab omni superbia &c. peccatis ibi expressis, patet ex dictis, Sed ex iure diuino est obligatorium aliquando sub mortali aliquando sub ueniali peccato, & hoc patet. sed quoad illud peccati detractio & murmurationis specialiter, notandum secundū Nich. Lyra super Leuit. cap. 9. ibi omnis aia peribit &c. quod detractor est qui dicit aliquid ut minus de aliquo habeatur. Maliuolus est qui tacendo innuit, ut inde peius spicitur. Reprehensor est qui nimis exaggerat, ut grauius credatur. Susurro qui in aure loquitur quasi ex charitate inoueatur. Bi linguis qui de aliquo aliquid de præsenti aliud de absenti loquitur, uel qui uni quidem unum, alteri aut aliud. Adulator qui præsentem etiam de malo commendat ut ei præ aliis placeat. Emulator qui iuxta malum aleterius bona propria fingit atq; demonstrat, ut alterius fama uilescat. Murmurator qui malum seminat, ut oībus clarescat. Maledicus qui uerba mala recitat, ut turba exciteretur. Simulator qui aliorum mala exaggerat, ut ipse iustus putetur. Diffamator qui ex relatione malorum apparenti uerba bona obnubilat, ut innocens condemnetur. Mendosus qui de alio scienter uerba falsa refert, hæc ille. Sed saepe uocabula detractio & murmurationis pro eodem accipiuntur & confunduntur, de quibus oībus latius in diversis locis tractatur à doctoribus, & nos ut potuimus oīa ferè compagimus in quodam tractatulo de detractione, ibi videre potest qui uoluerit.

**¶** Quod fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum. Capit. XI.



Ræcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta cōsortia vel consilia mulierū, & ne ingrediantur Monasteria Monacharū

nacharū, præter illos quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum vel mulierum. ne hac occasione inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur. &c.



Vnde hoc u. cap. notandum, quod prædicta uerba sumuntur ex Euangelio, nam illud. Ne habeat suspecta consortia &c. sumitur ex Mat. 5. Si quis uiderit mulierem ad concupis. & Mat. 6. si oculus tuus scandalizat te &c. & ex 1. Corinth. 15. Corrumpt bonos mores colloquia prava &c. Notandum 2. quod oia in hoc u. cap. tradita sunt ad castitatis perfecta obseruantiam, ut ois occasio contra castitatem omnino tollatur, ut patebit infra q. i. Notandum tertio quod omnia contenta in hoc capit. sunt obligatoria ex uirginitate, hic enim sunt tria obligatoria seu præcepta principalia ex uirginitate. Quorum primum est de non habendis suspectis consortiis uel consilia mulierum. Secundum, est de non ingrediendo Monasteria Monacharum præter illos quibus &c. Tertium est quod non simus compatres virorum uel mulierum, quia in oibus istis copulatiue adiuictis supponitur illud uerbum præcipio, & in hoc concordant oes expositiones doctorum & declarationes pontificales, ut patet etiam ex dictis sup. ca. 1. q. i. Ideo pro maiori horum declaratione ponuntur quatuor quæstiones subsequentes.

**Q**uo ad id, Præcipio firmiter fratribus vniuersis Ne habeant suspecta consortia vel consilia mulier. &c.

**V**AESTIO I. Quæritur quæ aut qualia consortia seu consilia mulierum aut aliarum personarum nos fratres minores, ex uirginitate specialiter uitare teneamus?

Respondeo

Respondeo per duo puncta, quorum primū est. Ex uirginitate in hoc u. cap. specialiter nobis prohibetur omne suspectum consortium cuiuscunq; personæ quod excitat enormis tentationis stimulum in nobis, uel quod criminis præstat fomentū, uel quod probabiliter potest apud alium seu alios scandalum de impudicitia generare. Similiter omne suspectum colloquium cum quacunq; que persona quod ordinatur ad carnis immundiciam quacunq; uel quod probabiliter potest huius rei scandalum seu suspicionem apud aliū seu alios generare. Hoc probatur auctoritate Bonae uetus. cap. ii. qui expresse sic ad literam hoc dicit, & ratio eius est quia sicut dominus prohibendo mechiam prohibet non solum minorem lapsum qui est fornicatio, Sed & omnem maiorem turpitudinem qua corpus somnialiter inquinatur. Sic & in proposto beat. pa. Francisc. hic prohibendo suspecta consortia uel consilia mulierum prohibet à fortiori consortia & consilia quacunq; etiam virorum quorumcunque suspecta quomodo cuncte de immundicia contra castitatem, ut dictum est. Sed hoc non obstante, uidetur sub humili correctione uere probabiliter posse dici quod per uotum castitatis tenemur quidem uitare omnem impudicitiam carnalem corde, ore, opere quomodo cunque contractam seu contrahendam, & per consequens omnem impudicitiam aspectus contractus, seu tactus affatus, & cogitatus carnalis cuiuscunq; & ad hanc tenemur directius & principalius ex uo uoti castitatis. Indirecte autem etiam ex uo ipsius uoti castitatis tenemur uitare oes occasions propinquas ad immundiciam seu contra castitatem supradictam: & per consequens indirecte ex uo uoti castitatis tenemur uitare suspecta consortia uel consilia quarumcunque personarum ex quibus. prouenit in nobis probabiliter occasio ad immundiciam seu contra castitatem peccandi corde, ore, opere ut dictum est. Suspecta autem consortia uel consilia mulierum seu aliarum personarum quæ scilicet probabiliter possunt huius immundicie carnalis scandalum seu suspicionem apud alium seu alios tantum generare contra nos, non tenemur uitare ex uo uoti castitatis, ex quo ut supponitur in nobis nulla immundicia contra castitatem prouenit. Sed tenemur ea uitare ex iure diuino seu

seu naturali quo tenemur proximum non scandalizare & nostra famæ prouidere, & nos fratres min. insuper ex ui huius p̄cepti regulæ tenemur ad id, s. ne habemus talia suspecta consortia uel consilia mulierum aut quarumcunq; personarum ex quibus alii intra uel extra ordinem scandalizentur aut suspicentur de immunditia carnali contra castitatem in nobis fieri: quis in rei ueritate nullam munditiæ carnalis contra castitatem in nobis sit aut proueniat probabiliter ex talibus consortiis, aut consiliis, sed solum suspicio aut scandalum aliorum, & hoc est quod hic specialiter ex ui regulæ prohibetur, ubi dicitur (ne habeant suspecta consilia uel consortia mulierum) s. taliter quod ex ipsis probabiliter alii possint suspicari aut scandalizari de nostra immunditia carnali, ut dictum est. Aliæ autem immunditiæ carnales corde, ore, opere, occasiones propinquæ ad tales immunditiæas, nō prohibetur directe uel in directe, ut dictum est. Et cum hiis à me humiliter sub correctione dictis uidetur concordare docto rinnominatus in sua expositione sine tit. cap. 10. & in suo tract. de paupertate. Et ratio uideatur esse, quia b. p. Franciscus solum uidetur in toto hoc 11. ca. prouidere scandalo quod contra nos posset probabiliter de immunditia contra castitatem ex nostris consortiis aut familiaritatibus. cū aliis generari, ut patet ex fine capituli, ubi dicitur. Ne hac occasione inter fratres uel fratribus scandalum oriatur, maxime quia ex ui uoti castitatis prohibita, iā erant omnia hæc & alia in quantum contra castitatem ullomodo militarent, ideo non oportebat iterum hæc specialiter duntaxat sub p̄cepto prohibere, ergo. Quod si alicui melius uidetur cum Bonauent. quod etiā hic prohibet regula non solum p̄dicta consortia aut consilia personarum ex quibus probabile scandalum seu suspicio de immunditia contra castitatem aut occasio propinqua ad talem immunditiæam teneat quod placuerit & unusquisque in suo sensu abundet, dummodo hoc nihil cum illis constet quid & communitate tenent doct. nostri ordinis quod s. ex ui regulæ tenemur uitare omnem immunditiam carnalem & occasionem propinquam ad id, omnemque consortium aut consilium suspectum & familiaritatè quamcunq; quarumcunq; personarum ex quibus probabiliter paret scandalum seu suspicio apud alium seu alios intra uel extra ordinem de immunditia

munditia carnali contra castitatem prouenire seu generari, quis nos simus omnino liberi à talium munditiæ carnali corde, ore, opere, ut dictum est, quod hoc hic specialiter prohibetur. Ex quibus pater secundum Bonauent. in 2. sentent. distin. ult. q. ulti. quod notum castitatis in nostra religione est tāc altitudinis quod non solum ex ui regulæ tenemur ad ipsam castitatem, sed etiam cauere tenemur à suspicionibus & suspectis consortiis uel consilia mulierum, & cap. 1. sua expositionis dicit idem Bonau. quod & si castitas ipsa religiosorū non habet gradus, multi tamen sunt gradus disciplinæ eius honestatem in uolabilitate obseruandi, de quibus hic agit regula obligatoriè nobis imponendo, ut dictum est. Secundum punctum est, in quo cognoscetur quando aliqua sunt suspecta consortia uel consilia personarum probabiliter scandalizantia alios, ut dictum est.

Respondeo secundum quatuor magistros & Hug. & Bart. pif. cap. ii. quod hoc debet considerari ex pluribus, utpote ex genere ipsius actus, & ex circumstantiis loci temporis, personæ frequentia, & aliarum circumstantiarum contingentium probabilem circa hoc suspicionem apud alios generantium. Vnde Bonauentur. cū p̄dictis concordas cap. ii. expressius ait ex explicando, quod suspectum consortium est non solum mulieris seu personæ suspectæ, Imo & cum omnimuliere ubi locus tempus, gestus & aspectus & alia laudabilia iudicia suspicionem laudabilem non excludent, utpote si focus queratur pro mulierū collo quio solitarius, aut obcurus & tempus nocturnum uel alias importunum. Siquidestus sit dissolutus, utpote ex nimia mulieris appropinquatione uel facie ad eam conuersione fixis oculis manibus iunctis & huiusmodi, quia omne tale consortium probabiliter suspectum est generaliter. Item si talia consortia aut colloquia solitaria sint exclusio aliorum auditu licet non uisu si fiant ex intentione sine causa apparente maxime, si sint solitariè prolongata aut cum eadem persona sine manifesta causa a ratione frequentata, suspecta sunt. Nam & ad suspicionem mulierum facit ætas & conditio personarum. Tandem dicit quod suspecta sunt consorti aut colloquia p̄dictis circumstantiis in toto uel in parte concurrentibus ut dictum est. Insuper in seren. cons. q. alpha. litera o. & litera x. & in

## CAPV T XI.

& in exp. sine sit. ca. ii. habetur etiam id quod lhero ad Nepotia nū scribit dicens. Caueto omnes suspitiones & quicquid probabilitate fingi potest, ne fingatur ante deuita. Crebra enim monuscula & sudasiola & fasciolas & uester ori applicatas & oblatis ac degustatos cibos, blandaque ac dulces literas atq; munuscula sanctus amor non haber, & idem ait Batt. Pis. cap. ii. Vnde pat. ut habetur. in fer. cons. q. ubi sup. secun. Petr. Ioan. quod suspectum consortium uel consilium mulierum nō soli per mutuā præsentiam, Sed etiā in absentia multipliciter per literas, per dona, per nuncios & alia huiusmodi contrahitur sæpe, ut dictū est secund. Iheronim. Item Hug. ca. ii. & Batt. pis. & serena cōs. q. 23. dicunt quod si alicui fratri dissuadetur seu prohibetur & maxime per prælatos colloquium seu consiliū alicuius mulieris adde & tu uel cuiuscunq; persona familiaritas, ex hoc quod timetur impudicitia aliqua, ut ex const. gener. habetur, si reiterat, ja de facto se suspectum reddit. Tandem notandum quod talia signa suspitionis supradicta, facta uno tempore: seu coram aliquibus sunt uerè suspecta probabiliter, facta autē alio tempore seu coram aliis aut aliquando non sunt neque possunt dici uere aut probabiliter suspecta, hoc enim pendet ex circumstantiis discrete consideratis ut dictum est, suspicio leuis & uenialis tantum, aliquando grauis & uehemens & mortal is in ipsis fratribus qui sunt causa talium suspitionum ut dictum est, quod ut dixi, discretorum sapientumq; iudicio relinquitur rationabiliter iudicandum & de his & de pena transgressorum in hoc satis habetur in const. contra & prohibi uideatur. Ex omnibus supradictis tandem patet quantum quotiensq; à multis in hoc peccetur, aliquando mortaliter aliquando uenialiter in familiaritatibus & visitationibus frequentibus mulierum etiam si nō animo male aut impudico fiunt propter scandalum aut suspicionem sinistram quam alii & maxime seculares concipiunt cōtra ipsos fratres. Qui quidē seculares oīa fieri huiusmodi consortia ex suo depravato animo male metuntur. Ideoq; fratres à prædicto scandalo actiuo & etiam passiuo infirmorum omnī secularium si nō cauent sient iuris diuini & pariter & regulæ transgressores nec in hoc eos excusat culpabilis seu notabilis sua ipsorum fratrum inaduentia ignorantia, in curia

## QVAESTIO II.

curia seu negligentia & multo minus pertinax quorundam contemptus scandali aliorum. Illudq; proverbum commune huic maxime est utile & necessarium, si non caste, saltem caute uiendum est.

Et ne ingrediantur monasteria monacharum præter illos quibus à scde Apostolica. &cæ.



QVAESTIO II. Quæritur de ingressu ad monasteria monacharum, quid sit prohibitum, quid licitum nobis quo ad hæc & quomodo? Respōdeo per tria pūcta

Quorum primum est, quoad ingressum monasteriorum monacharum & quoad hoc dico quod ex uirginali nos fratres minorem tenemur non ingredi monasteria quarumcunq; monacharū seu sororum etiam tertiariorum religiosarum in congregatiōne uiuetium inclusarum seu non inclusarum nisi ad hochabeamus licentiam spiritualem à sede Apostolica. Pro cuius declaratione notandum primo: quod nomine monacharum, quid nomine monasterii quid nomine ingressus ad præfata monasteria monacharum intelligatur in proposito, dico ergo quod nomine monacharum hic intelliguntur omnes mulieres religiosæ communiter seu collegialiter uiuentes regularem uitam canonice profientes, ut ait Hug. ca. 10. & sic patet ut habetur in compendio tit. in gredi clausuram s. 17. & infra ibidem in 2. & 3. notabili quod nomine monialium propriæ ueniunt & intelliguntur tertiariae illæ quæ collegialiter uiuent facta professione habente uitam uoti solemnis sub regula tertiariarum tanquam uerè & propriæ religiosæ secundum declarationem Sixti. 4. ffo. 117. & similiter nomine sororum ueniunt moniales, ut patet in concessione Eug. 4. ffo. 42. quāmis alicubi ipsa tertiariae uocentur bizoche ut in Italia, seu beatæ, ut in Hispania,

Sed proprie Bizochæ aut beatæ dicuntur illæ mulieres quæ non sunt proprie religiosæ ut dictum est, sed sunt continentes seu nō cōiugatæ quæ ut vulgariter dicitur hispane. Tomā toca por amor de dios. i. accipiunt uelū seu cooperimētū capitis lineū quo non utuntur cōiter coniugatæ nec aliæ puellæ seu feminæ seculares folutæ. Remanētq; in suis domibus & facultatibus temporalibus & olim erant solūm tertiarii cōiter sub modo quodā uiuēndi ab. patre nostro Francisco instituto. Item stilus curiæ cōmunis non cū trans de rigore nominū s̄epe indifferenter appellat præfata collegia personarum religiosarum monasteria & moniales seu sorores modo sint ordinum monachalium primitiæ ecclesiæ, modo nō. Item idem patet ex regula sanctæ Claræ ubi moniales s̄epe torores appellantur. Item in iure communi & bullis Pontificalibus & in libris iuris pesitorum in differenter dicuntur moniales seu sorores omnes mulieres proprie religiosæ collegialiter uiuētes &c. ut dictum est secund. Hugo. in hoc idem expresse ait Panor. ca. cunq; de elec̄tione, & communiter Caninistæ in diuersis locis: ergo patet quid noīmonialium intellegatur in proposito. Nomine autem monasterii intelligitur collegium seu communis habitatio prædictarum mulierum religiosarum quæ dicuntur moniales ad simul habitandum & coniuendum (ut ait Hugo) & similiter hoc uocatur cœnobium, seu collegium seu congregatio monialium. Nam monasterium non facit solus domorum ambitus sed præcipue continua regularium personarum habitatio ecclesiasticis maxime seu officiis diuinis deditarum, præsertim cum oratorium est in loco, congregationem aut præfata duæ uel tres faciunt. Unde à parochialibus ecclesiis præsertim extra monasteria præfata constitutis quibus curati præsunt quæq; principaliter parochiis deseruiunt licet in eorum domibus contiguis aliquæ moniales in habitent non uidentur quod fratres ex uirginaliæ arceantur nisi aliquæ ratione suspicionis seu scandali hoc eis prohibatum sit per regulam aut per aliud ius, hæc Hugo in sententia. Nomine autem ingressus ad præfata monasteria prædictarum monachalium in potenti proposito intelligitur ingressus ad claustra domos & officinas interiores eorum dumtaxat. Non autem alia loca exteriora ubi seculares communiter intrat extra clausuram uipote ad ciatem, lo-

quitorum, ecclesiam &c. huiusmodi non prohibentur nomine ingressus ut declarat Nich. 3. art. 9. Conformiter ad Gregoriū 9. in sua declaratione. De accessu aut ad alia loca exteriora præfatorum monasteriorum monacharum infra dicetur in 3. q. sequente. Nunc autem solūm agitur de prædicto ingressu. Hiis ergo suppositis probatur hoc primum punctum, quod si. præfatu & ingressus ad præfata monasteria prædictarum monialium &c. si nobis prohibitus ex uirginaliæ specialiter, quia ut patet ex dictis, sub præcepto regula prohibet generaliter sine ulla exceptione ulla monasterii aut aliquarum monialium, & similiter Nic. 3. ubi sup. & Grego. 9. declarat intelligendū generaliter de quarumlibet monialium cœnobio & similiter expositores omnes 4. magistri Hugo. Bonavent. &c. expresse dicuntur, ergo quis 'nno. 4. in sua declaratione ffo. 4. & Alex. 4. in sua ffo. 5. oppositum dixerit seu declarauerint standum dictis secund. Nich. & aliorū doctorum, quia declaratio Innocen. 4. & Alex. 4. quo ad hoc null' ualent, & sunt reuocatæ ut patet ex dictis sup. in introduc̄tione q. 6. Ex quo patet quod ex regula prohibitus est ingressus ad monasteria tertiariarum collegialiter uiuentium sub regula & uita canonica professurum. quia ut patet ex dictis ex quo sunt uirginaliæ & moniales seu sorores, & monasteria dicuntur: ergo prohibitum est ex regula sicut & ingredi ad alia monasteria aliarum monacharum, & in cap. gener. Antuerpiæ id sic fuit declaratum ut refertur in tract. dicto clipeus sacrarum monialium conclusu 2. & in compen. tit. ingredi in 2. notabili in tabul. 21. uic. g. sic declaratum habetur generaliter quo ad omnes moniales, & in tabu. 12. uic. g. habetur ad id. Insuper Hugo. 4. ffo. 42. & Leo 10. ffo. 16. ad confirmat & prohibet, ut ibidein latius in compendio tractatur ubi sup. in s. 28. f. 17 29. &c. & quo ad moniales sanctæ Claræ & sancti Dominici spiritualiter sub excommunicatione ipso acto Papæ reseruata prohibetur idem cibis Christianis per Grego. 9. Benedict. 12. & Eug. 4. ut patet in compendio tit. s. 2. s. 12. 13. 15. &c. Ideo licet alii seculares seu religiosi possint licite intrare & intrent communiter ad monasteria monacharum quarumcunq; seu tertiariarum religiosarum nō inclusarum, nos tamen fratres min. non possumus, quia ex regula id

uobis generaliter prohibetur ut dictum est, ut habetur etiam in compendio etiam ubi sup. in 2. notabili & §. 17. & in tracta. Clipeus monialium conclu. 2. Ex dictis etiam patet quod illud dictum Bona. ca. 11. & collectoris compendii ubi sup. in 3. notabili, ubi dicitur quod sicut monachi non solum collegiatue rum etiam solitarij sic & monachæ & moniales intelligendæ sunt non solum collegiatæ uerum etiam inclusæ & quæ solitariam uitam agunt, & hec etiam sunt uitrādæ sicut collegiatæ propter maius periculum solitudinis ex tenore præcepti huius regulæ declarationum prædictarum non habeat uerum, quia solum prohibetur ingressus ad monasteria seu cœnobia monacharum. Nunc autem licet illæ solitariæ uiuentes sint proprie monachæ & religiosæ, non tamen earum habitationes sunt propriæ cœnobia aut monasteria monacharum ut patet ex dictis: ergo quamvis ratione scandali aut periculi aut suspitionis prohibeatur alio iure & alio præcepto regulæ ut in q. 1. præcedente habetur. Non tamen prohibetur ingressus seu accessus ad talia loca etiam interiora habitacula monacharum solitariarum ex uero huius præcepti regulæ aut declarationum seu prohibitionū. Papalium supradictarum: quæ solum loquuntur de cœnobis monacharum ut dictum est. Sed hiis non obstat, uidetur quod quamvis hoc non prohibeatur per prædictas prohibitiones Papales, neq; excommunicatio habeat locum in intrantibus ad loca interiora habitationum præfatau monacharum uere religiosarum solitario uiuentium, tamen ad hoc uidetur faltem ex intentione huius præcepiti regulæ prohibutum ad talia loca solitariarum religiosarum intrare propter eandem rationem. Nam totum intentum b. patris nostri frati cisci in hoc fuit amouere scandalū & periculum quod facile sequi potest ex tali ingressu seu conuersatione cum sceminiis religiosis in domibus earum, quæ ratio etiam habet locum in domibus solitariarum religiosarum sicut in monasteriis religiosarum in congregatio ne uiuentiū, ideo non uidetur omnino securiū recedere ab opinione prædicta sancti Bonavent. quamvis oppositum probabiliter posset teneri stando in rigore literæ ut dictum est. Patet etiam ex dictis quod non est prohibutum nobis ex uero huius præcepti regulæ, nec supradictorum declarationum seu prohibitionum

num Papalium intrare ad loca interiora domorum ubi uiuunt ma- liores honestæ collegialiter: quæ non sunt proprie religiosæ neque sunt monasteria religiosarum seu monialium proprie dictarum sub regula canonice profitentium aut uiuentium, quāuis sint ac dicantur beatæ seu bizoghe, & ratio patet ex dictis, quia non sunt proprie monasteria monacharum de quibus hic agitur, ut patet, quāuis ratione periculi seu scandali suspitionis tenetur ab earum ingressu & familiaritatibus frequentibus seu suspectis cause re iure diuino, ex uero alterius præcepti præcedentis ex uero regulæ ut in q. 1. dictum est.

Secundum punctum dicitur nonotanter pro hoc 2. punto quod nisi de licentia speciali Papæ non est licitum intrare supradicta monasteria monacharum, nam de licentia speciali Papæ licitum est intrare, non autem de licentia generali, quia solum conceditur nobis intrare de licentia speciali Papæ non de generali licentia aut generalis, dicitur quando non conceditur nobis, specialiter fratribus min. sed omnibus generaliter Christianis clericis aut religiosis nulla facta mentione specialiter de nobis conceditur in aliquo seu aliquibus casibus intrare: ut contingit in bullis & confessionalibus communiter hoc concedi: quia uirtute talis licentiae generalis non possumus licite intrare, quia requiritur spiritualis pro nobis fratribus min. seu quod fiat specialis mentio de nobis ullomodo, aut quod constet ullomodo Papam intendere concede re licentiam etiam nobis fratri. min. ut dictum est, alioquin peccaremus contra regulam, casus autem in quibus per Papam concessa est nobis licentia specialis ad intrandum præfata monasteria monialium & in quibus possumus intrare licite secundum formam nobis taxatam in ipsis casibus sunt septem sequentes: quorum primus est. Pius 2. & Nich. 5. ff. 65. ff. 99. concessit fratres minorum posse prædicare & intrare in claustris & aliis locis quarum cuncti monialium ubi seculares cōmuniter intrant de licentia suorum prælatorum quomodo mitiūtus ff. 66. & notandum quod hoc solum conceditur pro fratribus qui mitiūtūt à suis prælatiis ad prædicandum in prædictis locis, & sic intelligitur Ly. prædicare & intrare. i. intrare ad prædicandum, & nomine prælatorum qui possunt dare præfata licentiam intelliguntur etiam guardia ni

ni quo ad suos subditos, ut sup. ca. 8. q. 4. & quamuis collector compendii tit. ingredi §. 20. & §. 28. dicat quod quo ad intrandum in claustris quarumcunq; monialium ad prædicandum est iam re uocata ista concessio per Leo. 10. ffo. 17. tamen hoc non est generaliter uerum sed solum est reuocata quo ad intrandum in claustris monasterii sanctæ Claræ tantum, non autem quo ad intrandum in claustris monast. aliarum quarumcunq; monialium ad prædicandum, ut facile patet ex dicto priuilegio Leo. 10. ffo. 17. Secundus casus est innoc. 8. ffo. 99. concessit quod confessores monialium possint intrare monasteria illorum tempore pestis ad celebrandum missam & ad audiendum confessiones illarum quæ seruiunt pestilentiatis, quia stant separatae ab aliis, & hæc confessio est conformis regulæ ipsarum, ideo optime ualeat. Sed si ille moniales seruientes pestilentiatis ambularent per domum cum aliis suis non uidetur quod haberent locum hec concessio quo ad illos, quia solum uideretur hoc concedi pro illis, quia stant se paratae ab aliis. Tertius casus est Leo. 10. ffo. 61. concessit quod fratres min. uocati, rogati aut inuitati à prælatis ecclesiasticis aut prælatis religiosis uel uillitoribus habentibus curam aliquorum monast. monialium quarumcunq; ad hoc quod uisitent prædicta monasteria uel exerceant omnia quæ in monasteriis sibi subiectis exercent, aut ad hoc ut intrant cum ipsis prælatis siue uisitatoribus uideantur officinas & totum monasterium interius possint sicut possunt in monaste. sibi subiectis siue intra uel extra clausuram uisitando & alia faciendo, uel cum ipsis prælatis intrando. Non obstante, prohibitione suæ regulæ uel eiusdem regulæ decisione, dum tamen prædicti fratres siuerint subditis hoc faciant de licentia suorum prælatorum. Quartus casus est Bonifacii 8. ffo. 33. concessit quod fratres min. inuitati à prælatis ecclesiasticis possint simul cum ipsis in suis diocesis monasteria & loca monialium cuiuslibet ordinis libere ingredi ad defunctorum exequias celebrandas & a confessiones generales & prædicationes facie das, ad confessiones infirmarum audiendis, & notandum quod ista concessio est reuocata per Leo. 10. ffo. 17. quo ad monasteria dum taxat sanctæ Claræ, non autem quo ad alia aliarum monialium quamvis collector compendii tit. ingredi §. 11. & §. 28. dicat quod

quod iam sit generaliter reuocata quo ad omnia monasteria omnium monialium quod non est uerum ut patet in dicto priuilegio Leo. 10. ffo. 17. ut sup. etiam diximus in primo casu, quo ad confessionem Pii 2. Quintus casus est Leo. 10. ffo. 62. concessit quod prælati ordinis possint dare licentiam suis subditis intrandi clausuram monasteriorum sanctæ Claræ ad faciendum sermonem de kalend. dū tamen intrantes sint senes & uitæ exemplaris Enotadū quod nomine prælati etiam hic intelligitur guardiani ut dictum est sup. in 1. casu. Sextus casus est Leo. 10. ffo. 93. concessit quod quando moniales sanctæ Claræ grauiter infirmantur taliter quod non possunt ad cratem uenire ad audiendum missam possitillo tempore sacerdos confessor eorum uel prælatus superior intrare clausuram, infirmariam & monasterium ad celebrandum. Ne tales moniales maneat sine missa: dummodo sacerdos ad nulla alia loca quam ad altare diuertat nec moretur, nisi si tantopere quanto indigeret ad celebrandum, nec loquatur nisi quantum est opus ad missam, ubi notandum quod ex rigore literæ & limitationum predictarum non uidetur quod prælatus superior alligetur seruare has limitationes prædictas contentas ibi dummodo sacerdos &c. Sed solum alligatur aliis sacerdos intrans ad prædictam missam celebrandam quia expresse ipsis fratibus sacerdoti ponuntur predictæ limitationes (dummodo sacerdotes) non aut prelato de quo paulo superius fecerat mentionem.

Septimus casus est, ut habetur in tab. Vic. ge. in ca. ge. Lauabi anno domini 1505. ubi sic habetur. Declaratur quod fratres min. non possunt nec debent intrare interiores officinas quorumlibet monasteriorum monialium regula prohibente nisi in art. extreme necessitatis, scilicet si aliqua monialis moreretur & alius confessor pro ea audienda faciliter non posset inueniri hec ibi, & hoc idem ait Hug. & dictat ratio, quia extrema necessitas caret lege, & est consonum ipsi regulæ monialium & disponit Papali, similiter in prædicto casu posset præfatus confessor in defectum sui socii accipere alium fratrem min. in socium, cessante tamen fraude, quia non debet intrare solus, ut de hoc latius in compendio tit. ingredi in 1. notabili ait collector & infra in annotationibus tit. ingredi §. 7. casum contra ipsum collectorē, dicetur similiter in omnibus

## CAPVT XI.

nibus aliis casibus cōtentis in regula ipsarū monialiū & in constitutionibus nostri ord. cōtentis quo ad p̄̄dictū ingressum nō reuocatis licitum est ingredi fratri. min. secundum formam ibidem taxatā, quia sic concessit Leo 10. ffo. 17. Ideo uidēdæ sunt const. gene. ordinis factæ aut facienda non reuocatae. Similiter & regula ipsarum monialium in quibus casibus & quomodo & qui-bustalem ingressum concedat, quia sic & non aliter licitum esset talibus ingredi, de quibus omnibus latius agitur in compendio tit. ingredi in 1. notabili ibi explicantur plenius casus contenti in regula monialium sanctæ Claræ, & quomodo in aliquibus ip- forum licitum est aliquibus fratribus min. ingredi alias autem non, ibi uideatur, quia prolixum est, sed utiqz expediens & necessarium. Hucusqz enim non reperiuntur aliis casus concessi in quibus licitum sit nobis intrare modo p̄̄dictio monasteria monialium. Nam omnes aliae conces-siones circa hoc nobis factæ iam sunt reuocatae per Mar. 5. ffo. 3. & amplius per Leo. 10. ffo. 17. ut de hiis latius habetur in compendio tit. ingredi s. 13. s. 28. & in annotationibus supra compendium eo. tit. & s. infra. habetur ideo cum licentia uel de licentia prælatorum quorumcunqz ordi-nis non est licitum nobis intrare monasteria quarumcunqz monialium in aliis casibus p̄̄dictis seu aliquando. Ideo non est li-citum ingredi ad dandum uelum seu ad uidendum dare ad profes-sione monialium aut ad faciendum profes-siones cum eis iatus nec ad uisitandum desolatas seu infirmas &c. ut de hiis & multis aliis latius exemplificatur in compendio tit. ingredi in 1. notabili prope finem, ibi uideatur, quia omnia sumpta sunt ex tract. dicto clipeus monialium. Proinde stater min. aliter intrans quæcunqz monasteria quarumcunqz monialium cum licentia uel sine licen-tia prælatorum regulariter peccat mortaliter contra regulam & prohibiciones Papales nisi excusat in toto uel in parte à morta-li propter ignorantiam inaduententiam, aut alia de causa rationa-bili, quod ideo dico quia (ut bene ait collector compendii ubi sup. in primo notabili in fine conformiter ad tract. clipeum monialium) quamuis is qui intrat clausuram p̄̄fata monialium cum licentia sufficiente, prout in p̄̄dictis casibus dictum est, de-beat exire statim finito negotio propter quod ingressus est. Si tamen

## QVÆSTIO II.

tamen aliquantulum demoretur amplius sine intentione tamen corrupta, sed ex quadam curiositate circueat officinas seu domum aut loquatur cum aliquibus monialibus, non propterea peccat mortaliter nec incurrit aliquam censuram, secus si corrupta inten-tione ficeret supradicta quia tunc non excusaretur à mortali nec à censuræ incursione. Sed an minist. prouin. possint in aliis ca-sibus à p̄̄dictis concedere licentiam fratribus ad intrandum mo-nasteria monialium sibi subiectarū, dico quod hoc non est omni-no certum & tutius immo & probabilius uidetur quod non, sicut & probabilius uidetur quod auctoritas concessa per Iuliu 2. ffo. 72. nostris min. prouin. super moniales sanctæ Claræ illis cōmis-sas debeat esse auctoritas restricta ad casus supradictos tantū si-cut Marti. 5. fo. 3. s. limitauit aut limitatā debere esse in protectori-bus earū decreuit sicut & collector compendii tit. ingredi in 4. no-tabiliten et, quamvis eius rationes id non probent, ut de hoc etiā no-slatus agemus infra in annotationibus super compendium eo. tit. uideatur infra in annotationibus. Sed & secularibus possint minist. prouinciales concedere licentiam ad hoc, similiter dico quod non est certum & probabilius tenetur & securius quod nō nisi in casibus cōcessis ipsis secularibus per priuilegia aut per alia indulta quæcunqz non reuocata, ut latius habetur in compendio ubi sup. in annotationibus nostris. Tertium punctum tandem pro complemento huius 3. quæstionis quoad ingressum uidēdū est quæ sit pena ingredientis monasteria monialium in aliis casibus non concessis seu aliquando est tertiu punctu pro quo dico primo quod Greg. 9. ffo. 12. & amplius Eu. 4. ffo. 42. cūqz excō-municati p̄̄facto quosqz religiosos uel seculares intrantes mo-nasteria sanctæ Claræ nisi in casibus secundum formam regulæ ipsarum & prouisionum Apostolicarum aut constitutionum no-stri ordinis super hoc concessis, & reseruat absolutionem sedi A-postolicæ nisi in art. mortis, & idem est de intrantibus monas-teria monialium sancti Dominici per priuile. Boni. 9. ffo. 120. ut hæc omnia etiam referuntsum. ros. tit. excommunicatio 1. & ex-communicatione 26. & sum. Siluestri. excommunicatio 7. casu 51. & habetur in speculo ffo. 11. Item Iulius 2. in regula monialiū conceptionis cap. 9. ut habetur in cōpendio post tit. alphabeticos pp. excom-

## CAPUT XII.

municauit ipso facto omnes ingredientes & etiam admittentes ad monasteria ipsarum monialium conceptionis aliter quam ibi in ipsarum regula disponitur, & nulli reseruatur haec excommunicatio. Ex quibus patet quod solum moniales conceptionis admittentes aliquos intra clausuram aliter quam in earum regula conceditur, sunt excommunicatae. Aliæ autem moniales aliarum ordinum admittentes, non sunt excommunicatae, quia eas Papa non excommunicat ubi sup. neque uere participant cum iam excōmunicato intrante in criminis, quamuis participent in crimen cū nondum excommunicato intrante (ut de hiis latius in Ros. tit. ex communicatio i. excommunicatione 17. & excommunicatio ca. 7. s. i. quamuis Florent. in suo defecerunt, ubi de interrogationibus religiosorum agit, dicat quod omnes moniales intromittentes seu admittentes intra clausuram etiam cum ipsis intrantibus excommunicantur. Et notandum quod quidam pater fatus eruditus in huiusmodi dicit opinando quodiam nos fratres min. non ligamur illa excommunicatione Greg. 9. nec illa Eug. 4. & per consequens nec illa alia Boni. 9. supraposita: & ratio eius est quia Sixt. 4. reuocavit & abstulit omnes censuras & penas spirituales & peccata mortalia quæ cunctæ fratribus min. imposita ultra seu præter suam ipsorum regulam per quæcunque statuta seu consuetudines seu declarationes dicti ordinis quomodolibet & à quibuscunq; æditis, etiam per Papam confirmatis, ideoteneret quod omnia præcedentia ante Sixt. 4. non ligant nos fratres min. ad censuram &c. Sed certe hoc nullo modo uidetur uerum, & ratio est, quia dato seu nondum omnino concessio manet enim adhuc sub dubio) quod prædictum priuilegium Sixt. 4. intelligatur reuocare & tollere statuta & declarationes æditas per Papam ut ipse pater uult & innuit in dicto priuilegio usup. in introductione q. 6. dictum est: tamen adhuc non facit pro eo ad suum propositum, quia prædictum priuilegiū loquitur expresse & intelligitur reuocare & tollere constitutiones & declarationes à quibuscunq; æditas, non quidem generaliter pro omnibus religiosis aut Christianis, sed spiritualiter pro ipso nostro tantum ordine quod innuit prædictum priuilegium dicens (ex statutis seu consuetudinibus uel declarationibus ipsius ordinis in ipso ordine factis, ut glossat collector compendii

## QVAESTIO II.

compendii, tit. statuta ordinis uel potius (ipsius ordinis) i. pro ipso tantum ordine factis quomodolibet & à quibuscunq; &c. non super prædictum priuilegium intelligitur cum alia limitatione ibidem immediate subsequenter expressa. s. nisi tales essent casus uel excessus qui diuina lege seu præcepto Romanæ ecclesiæ merito inducerent ad mortale cum ergo supradictæ excommunicaciones Greg. 9. Eug. 4. Boni. 9. sint generales pro omnibus Christianis. Similiter & prohibitiones ipsæ de non intrando præfata monasteria sint per ecclesiam approbatæ & generales, ergo non reuocantur nec tolluntur per prædictum priuilegium. Sixt. 4. Alioquin eadem ratione deberet dicere idem pater quod non ligamur prohibitionibus & excommunicationibus papalibus innumeris aliis generaliter & etiam specialiter latis contra percussores clericorum contra falsantes literas Apostolicas contra participantes cum excommunicatis, contra incendiarios, contra effractores ecclesiastū contra religiosos ministrates Eucharistiam uel extreñam unctiō nem, contra religiosos inducentes ad pœnitendum de sepulturæ electione, contra nos fratres min. recipientes tempore interdicti quasdam personas non priuilegiatos, contra dispensantes in qua tuorū otis &c. contra simoniacos in ordine, contra nos ipsos transentes ad aliam religionem præsertim non mendicantium aut non concessam, contra facientes libellos famosos contra detinentes a postatas aliorum ordinum uel nostri ordinis, quia haec omnia sunt præter uel ultra regulam nostram & que aut magis quam prohibito & excommunicationis papalis contra intrantes monasteria sanctæ Claræ & sancti Dominici, ut patet. Dicamus ergo quod bene manent in suo uigore illæ prohibitiones & excommunications omnes suprapositæ nec sunt reuocatae ullo modo per Sixt. 4. ut dictum est. Sed si nos fratres min. intraremus alia monasteria monialium à prædictis sanctæ Claræ sancti Dominici & conceptionis quamuis peccemus mortaliter contra regulam & contra prohibitiones papales, non tamen incurrimus nunc excommunicationem aliquam papalem (ut habetur in speculo ff. ii.) quia nulla talis nunc lata est, bene tamen eam incurremus si per nostros prælatos aut per nostra capita imposta esset. Sed similiter eam incurremus si esset lata per statuta synodalia seu per pp. 2 digeſanos

## CAPVT X I.

dicecesanos in suis synodis, sicut nūc per statuta cardinalis sancte Sabinæ quæ extenduntur ad totum regnum Castellæ, que tamen nunc forte non ualent propter non usum ut ait Gaietanus in sum mula tit. excommunicatio prope finem. Et quia est reuocata per Six. 4. ffo. 102. Est excommunicatio ipso facto lata contra quoscunq; ingredientes quæcunq; monasteria quarumlibet monialium dicit dominus Florent. in suo defecerūt ubisup. quod sic maxime si causa turpiter agendi seu malo animo intraremus & uidetur concordare sere. conf. q. 87. secus si causa boni intraremus. Sed melius & uerius dicamus quod ex quacunq; causa in tremus non incurrimus talem excommunicationem synodalem aut dicecesanā quia sumus omnino exempti ab eis, etiam ratione delicti seu rei de qua agitur, ut latius habetur in compendio tit. exemptio & concord. sum. Ros. tit. missa s. 20. sed si non esse mus exempti ratione delicti tunc bene ligaremur illis excommunicationibus synodalibus ut hoc etiam ait. sum. Ros. tit. excōmunicatio in excommunicatione 26. Sed dubitatur an simili ter nos incurramus excommunicationem intrando monasteria tertiariorum religiosarum nostri ordinis quia Eug. 4. ffo. 42. dicit quod fratres omnes nostri ordinis, ita se haberent cum monasteriis præfatarum tertiariorum sicut cum monast. sanctæ Claræ respondet speculi ffo. 11. quod aliqui dicunt quod nō, quia illud de Eugenio quo ad excommunicationem potest intelligi de tertiaris collegialiter uiuentibus & seruantibus clausuram, hæc ibi

Sed certe indistincte uidetur quod non incurrit excommunicatio intrando earum monasteria etiam si seruet clausuram, ratio quia ibi Eug. 4. solū dicit quod nos habeamus eodem modo &c. & nullam insuper infligit excommunicatione neq; dicit quod sub eisdem pœnis ergo solū ligantur fratres sub mandato Papæ & non ad pœnam aliquam excommunicationis quanto magis quod illud priuilegium Eug. 4. solū loquitur cum ultramon. s. Italicis & eiusmodi, ideo cum sit odiosum non debet extendi ad omnes (ut de hoc latius dicemus infra in annotationibus super compendium tit. ingredi in 2. notabili ibi uideatur). Ergo resolutorie quoad prædicta in hoc tertio puncto dicamus quod intrando monasteria sanctæ Claræ sancti Dominici & conceptionis

## QVAESTIO II.

his incurrimus excommunicationem ipso facto, & ipsæ moniales conceptionis admittentes aliquem ultra casus & formam concessam in regula ipsarum &c. intrando autem ad alia monasteria non incurrimus excommunicationem Papalem, quia nulla talis est, nec synodalem quia non potest ligare nos. Secundo dico quod ab excommunicatione lata per iuliu 2. ubisu. contra ingredientes monasteria monialium conceptionis potest absoluere qui cunque confessor ordinarius ex quo nulli reseruatur sed ab excommunicatione lata per Eug. 4. & Boni. 9. contra intrantes monasteria sanctæ Claræ & sancti Dominici possumus nos fratres min. absolui per nostros min. g. & prouin. & eorum uica. & custod. & per eos quibus ipsi commiserint, qui ab omni casu Papalipos sunt absoluere potestate ordinaria quāmis per priuilegium habita exceptis à quibusdam expressis per Six. 4. immo & per Guadianos nostros possumus absolui per communicationē priuile. fratrum prædicatorum ut latius de hiis, potest uideri in compendio tit. absolutio ordinaria quo ad fratres s. 7. s. 13. s. 14. &c. tandem post s. 41. in 1. & 2. notabili ibidem habetur & in nostris annotationibus super compendium ibidem: de secularibus autem intrantibus præfata monasteria à quibus possint absolui nūc ego non curo, uideatur alibi in cōpendio & in Florentino ubisup, quia ibi de hiis latius agitur. Igitur quo ad istam tertiam questionē s. quo ad ingressum monast. monialium ista satis dicta sufficiant reliqua quære in compendio.



V A E S T I O III. Quæritur de accessu ad exteriora loca monasteriarum monialium quid sit nobis prohibitum quid licitum quoad hoc & quomodo?

Respondeo per quinq; puncta, quorum primum est, quod diu re communiprohibitum est omnibus Christianis generaliter frequētati monialium, ut patet in ca. monasteria de uita & honest. cle. & ca. periculo de statu regula lib. 6. & specialiter omnibus religiosis à iure communi præfigitur modus loquendi & cōuersandi cum monialibus ut patet 18. q. 2. ca. in decima, & cap. diffinimus & referuntur hæc in cōpendio priuileg. tit. accedere ad monast.

Secundum punctum est, quod prædictus accessus ad exteriora loca

## CAPVT XI.

loca monast. monialium & specialiter nobis fratibus mino. prohibitus per prælatos ordinis & per statuta g. & priuin. ut patet experientia quam stricte hoc omnibus sæpe prohibetur, idq; etiā uirtute præcepti Benedicti 12. qui districte iniunxit nostris mini. priuin. & custod. & g. ut studeant arcere fratres sibi subditos ab accessu ad monasteria quarumcunq; monialium iuxta suam ipso rum regulam beati Francisci & Apostolica ipsius ordinis statuta i; fligendo penas &c. ut hoc habetur in compendio tit. accedere s. s. & tit. clausura, ubi plenius ponitur ut recitatum est.

Tertium punctum est, utrum prædictus accessus fuerit & sit nūc nobis specialiter prohibitus per Nic. 3. est duplex opinio nam cō muniter dicitur quod sic & ad idem est collector compendiitit. accedere s. 4. & c. & tit. statuta ordinis s. 1. Alii dicunt quod hæc olim fuerit hoc nobis prohibitum per Nic. 3. non tamē nūc post Six. 4. qui reuocauit omnia præcepta Papalia nobis ultra regulā iniuncta ut sup. in introductione q. 6. habetur. Nobis autem uidetur dicendū quod neque olim ante Six. 4. nec nūc post Six. 4. fuit neq; est nobis id per Nic. 3. prohibitum. Ratio prim. quod s. ante Six. 4. non fuit prohibitum per Nic. 3. quia Nic. 3. in sua declaratione nihil prohibuit aut præcepit nobis specialiter, sed solū declarauit & statuit quid nobis esset licitum aut illarum alias ex regula, uel alias ut sup. ca. 10. q. 3. in 4. punto habetur latius ergo. ratio 2. quod s. nec nūc post Six. 4. est id nobis prohibitum per Nich. 3. quia etiam si concederetur quod ante Six. 4. id erat nobis prohibitum per Nicho. 3. tamen id iam esset reuocatum per Six. 4. ut probabilius tenetur à multis, ut sup. in introductione late probatum est, ibi uideatur ergo.

Quartum punctum est, utrum per regulam sit nobis prohibitus præfatus accessus? Respōdeo hic est duplex opinio. Prima quod nō, ratio quia regula solū facit mentionē de ingressu illum probendo, & ad idem est traſt. 10. plag. 8. & 9. & specul. fratrū min. ff. 11. qui expresse hoc tenent cum aliis q̄ plurimis sic communiter sentientibus, & Leo. 10. in priuileg. accipimus, ff. 17. idem in nūt in relatione ipsius bullæ. Sed mihi saluo semper meliori iudicio uidetur quod per regulam id est nobis prohibitum quod probatur tamen primo, quia secundum intentionem institutoris regulae

## QVAESTIO II.

regulæ debet ipsa regula intelligi ut est communis regula doctōrum, & habetur Nic. 3. art. 1. & 2. & cæt. Nunc autem ut ait Bon. ca. 10. intentio beati parris Francisci in hac prohibitione de nō ingrediendo monasteria monacharum, fuit amouere periculum & scandalum quod facile sequi posset ex conuersatione familiaritate seu si equentia cum monialibus, & ideo licentiam adeundi talia loca earum reseruit sedi Apostolicæ, tale autem scandalum & periculum etiam sequi potest ex accessu & familiaritate cum monialibus in locis exterioribus monasteriorum earum, licet non tā facile sicut in locis interioribns eorum, ergo etiam ibi uidetur prohibitus accessus sicut & ingressus licet multomagis ipse ingressus ad interiora loca clausuræ. Neḡ obstat quod in regula explicatur solū ingressus prohibitus, dico enim quod nomine ingressus etiam ibi includitur accessus ad quæcunq; loca monasterii monialium. Nam ingressus & accessus ad monasteria licite accipiuntur & per inuicem usurpantur ad loca interiora & exteriora monasterii, nisi ubi specialiter fit distinctio ut ex litera elici potest, quia patet, quod s. nomen ingressus accipitur etiā pro accessu ad exteriora loca. Nam Hug. ca. 11. dicit ingredi ad ecclesiam monialium ut proxime eius uerba citabuntur ad literam & Eug. 4. & Nic. 5. & Pius. 2. Leo. 10. ut refertur etiam in compendio tit. accedere s. 6. 7. 9. 13. sæpe dicunt & uocant ingredi ad ecclesiam & ad loca ubi seculares communiter intrant, & ad id facit communis modus loquendi, qui unum pro altero inuicem usurpat dīcendo ingredi ad ecclesiam ad cratem monialiū &c. & ut ait collector compendiī, tit. ingredi in 3. notabili, b. pater Franciscus parum curabat uerborum contentus communī modo loquendipotius innitens sensui quam sonuerborum contenta eius intentione supradicta ut nomine ingressus prohibuisse etiam accessum ad quæcunq; loca monasteriorum monialiū interiora aut exteriora ad habendum colloquia seu conuersationem cum monialibus. Tum ergo principaliter probatur idē, quia Hug. qui fuit antiquissimus, in principio fere ordinis ante Nic. 3. post Gregorium sicut ca. 11. ingressus ad monasteria monialium prohibitus per regulam est per indulgentiam Apostolica sup. Grego. 9. & Nic. restrictus ad interiores officinas, ita quod ecclesiam & alia

## CAPVT XI.

alia loca exteriora in certis casibus (s. concessis per Papam uel per statuta ordinis ingredi possunt fratres, hæc ille in sententia exceptis parenthesibus, ex quibus uerbis uidetur quod nisi indulgentia Apostolica limitasset ingressum monasteriorum ad interiores officinas certe regula intendebat omnia loca prohibere sub nomine ingressus, ut latius declarabitur in tertia probatione. Et adidem uidetur Benedictus 12. in suis constitutionibus ubi præcipit omnibus nostris prælatis quod arcere studeant suos subditos ab accessu ad monasteria monialium quarumcunq; iuxta regulam beat. Francisci & Apostolica ipsius ordinis statuta hæc ille, & habetur in compendio tit. clausura ubi notandum illa uerba ab accessu ad monasteria monialium iuxta regulam beati Francisci ex quibus uidetur quod regula beati patris Francisci intendebat prohibere etiam accessum sub nomine ingressus, nisi forte dicatur quod ibi accessus usurpatur pro ingressu ut sæpe contingit.

Tum, & efficacius probatur intentum per Greg. 9. & Nic. 3. in suis declarationibus art. 9. Nic. 3. ubi sic habetur Nos utiq; generaliter id esse prohibitum (s. ingressum) de quarumlibet cœnobii monialiū respondemus & nomine monasterii uolumus clausuram, domos, & officinas interiores intelligi pro eo quod ad alia loca ubi homines seculares conueniūt possunt fratres illi causa prædicationis uel eleemosinæ petendæ accedere, quibus id à suis superioribus pro sua fuerit maturitate uel idoneitate concessum, exceptis semper prædictarum monasteriis inclusari ad quæ nulli datur accedēdi facultas sine sedis eiusdem licentia speciali hæc ibi ad literā. Ex quibus uerbis ultimis patet quod loquendo de accessu ad exteriora loca ait Papa exceptis semper prædictarū & cū Papa nil nobis prohibeat ex uisua declarationis quod nō sit alias prohibitū ex regula aut alio iure utsup. in 3. puncto dictū est, nūc autem dicit quod nulli datur accedēdi facultas ad monasteria inclusari monialiū &c. & per consequētis uidetur supponere & declarare id nobis specialiter esse illicitum alias, & nō uidetur unde aliquo iure nisi ex nostra regula, ergo ex regula uidetur id alias illicitum & prohibitum nobis specialiter, cuius argumentum est quod papa ibidem quasi pro ratione huius prohibitionis assumit uerba regula ad literam s. sine sedis Apostolicae licentia speciali unde

## QVÆSTIO II.

unde uidetur regulam innuere, idq; confirmatum reliquit nobis Papa, ne s. liceat nobis accessus prædictus sine sedis Apostolicae licentia speciali, sicut de ingressu dictum est. Et id quidem nisi id nobis specialiter ex regula fuisset prohibitum, & nisi sic intellexisset Papa, quare tam rigurose id dixisset quod non nisi de speciali Papæ licentia esset nobis licitus accessus sicut & ingressus: quare non re liquit id dispositioi prælatorum aut cap. g. & prouin. sicut & alia statuta Papalia quoad nos specialiter ædita per prædictas declarations, ut est illud quæ necessitate subditu possint portare plures tunicas & calciamenta, & de moderantia usus & huiusmodi: & de accessu ad prædicandum & petendum eleemosynam de licentia superiorum, ut paulo superius Papa concessit ibidem. Igitur uidetur Papa reliquisse tanq; ex regula prohibitum, idque supposuisse quod si. sine licentia speciali Papæ nobis est illicitum ex regula accedere ad loca exteriora monasteriorum monialium inclusarum ad loquendum seu conuersandum cum eis sicut & ingredi ad loca interiora monasteriorum quorumcunq; monialium, quodq; talis fuit intentio beati patris nostri Francisci in hoc n. c. ut dictū est. ¶ Quintum punctum est, quod Papa iam in diuersis priuilegiis concessit prælati nostri ut in suis capitulis statuerent causas in quibus & quomodo fratres possent accedere ad monasteria monialium ad loquendum & ad alia oportuna. In quibus casibus fratres accedentes iam dicuntur accedere licite de licentia speciali Papæ id concedentis & relinquenter dispositioni prælatorum & cap. generalium ut dictū est. qui autem sint isti casus, uideatur in compendio titulo accedere, & in statutis ordinis quæ sæpe variantur, ideo non censui ea hic inserere. Notandum etiā quod accessus ad alia loca mulierum honestarum quæ non sunt moniales neq; monasteria monialium proprie loquendo, ut supra quæstione secunda dictum est, non prohibetur ingressus neq; accessus in hoc præcepto regulæ: potest tamen esse prohibitus alias iure diuino & ratione alterius præcepti regulæ de cauendo suspecta consilia mulierum, quando inde imminenter scandalum aut periculum probabiliter. Reliqua de monialibus uideantur in compendio secundum subiectam materiam,

CAPVT XII.

Nec fiant compatres virorum vel mulierū, ne hac occasione &c.

 V AESTIO IIII. Quæritur quomodo sit nobis prohibitum fieri cōpatres virorum uel mulierū? Respondeo per duo puncta, Quorum primum est, quod ex uirgulae prohibitum est nobis fieri cōpatres virorum uel mulierum, per hoc expresse, quia copulatiue sub ly p̄cipio prohibetur sicut & ingressus ad monasteria monialium: & concordat oēs expositores & declaratiōes, ut sup. habetur in gloss. & ratio huius prohibitionis regulæ expresse habetur in regula ubi subsequēter dicitur (ne hac occasione inter fratres &c. s. ne oriatur infamia zelotipia seu sinistra opinio de fratum impudicitia &c. ut ait expos. sine tit. ubi. et habetur quod quis non oriatur aliquando scandalum p̄dictum, & de hoc constet; tamē non possunt adhuc tunc fratres se cōpatres. ratio, quialicet causa propter quam sit prohibitio, cest in casu particulari, & quoad aliquē pro tunc: manet tamen in generali & simpliciter quoad alios & quoad se. Ideo simpliciter manet & ipsum p̄ceptū obligans. et pro tunc, ut est cois regula doctorum, & in oībus p̄ceptis similibus habetur eum hæc regula, & sic intelligitur cessante causa cessat effectus p̄cepti, quando s. causa cessat oīno secūdum quid & simpliciter & generaliter ut ait Richardus in 4. dist. 4. & reterit sum. Siluest. tit. tertii, q. 15. ibi uideatur. Secundum punctum est quomodo intelligatur p̄fata cōpaternitas prohibita, & dico secundum expos. sine tit. cap. ii. quod ex ui regulæ prohibetur cōpaternitas quorumcunq; in baptismo & confirmatione. & concordat Hug. eod. cap. Sed an similiter intelligatur p̄fata cōpaternitas tā de tradendo sacramentum, q; de tenendo suscipiente sacramentum? Respōdeo quod ex ui regulæ solūm intelligitur prohibita cōpaternitas quæ contrahitur de tenendo suscipiente sacramentum, & p̄cipue sacramentum baptismi. ratio, quia generaliter & proprie tales tenentes di- cuntur cōpatres, non autē tradentes sacramentum. Nunc autē uten dum est uocabulis secundum propriā significationē & consuetam acceptionem, maxime ubi de mente legislatoris oppositum non constat;

QVAESTIO II.

constat & dum oppositum non approbatur, per consuetudinem seu usum cōēm, ergo ad hoc expresse declaratio capituli ge. Melclinen. anno do. 1499. & habetur in tab. Vic. ge. ubi sic habetur: & cum in regula prohibetur ne fratres fiant cōpatres virorum, & cō. intelligendum est quoad elevationē de fonte baptismatis, non quoad baptismationem, hæc ibi. Sed hiis non obstant, notandum, ut ēt resert Bona. cap. ii. quod de iure coit habetur 16. q. 1. placuit, prohibetur oībus religiosis baptizare & facere cōteta parrochi alia officia, ut de hoc potest uideri in summistis Sum. Ang. tit. reli giosus, s. 6. &c. & forte sic intellexerunt expos. sine tit. Hug. Bartho. Pif. cap. ii. dicētes quod p̄fata cōpaternitas intelligitur prohibita nobis etiā de tradendo sacramentum quod limita ut dictum est, quia quoad tradendum sacramentum est prohibitum nobis de iure ecclesiastico tantum, quoad tenendum autē seu leuandum de fonte baptismatis prohibetur ex ui regulæ. Insuper notandum quod p̄dicta prohibitio ecclesie de non baptizando intelligitur extra casum necessitatis extremæ probabiliter imminentis. Nā in tali casu, s. in articulo mortis probabiliter imminentis bene protestimo & tenetur frater noster baptizare, si nullus alius sacerdos esset qui uellet baptizare, quia extrema necessitas caret lege, et lex charitatis iubet in talicau suu prouidere de remedio ad salutem necessario quale est baptisma: & contra hoc nullum ius p̄cipere pot. Et expresse hoc dicunt Hug. & Bar. Pif. ubi sup.

 DE EVNTIBVS INTER Sarracenos & alios infideles, Cap. XII.

Vicinnque fratum diuina inspiratione voluerint ire inter sarracenos & alios infideles petant in de licentiā à suis ministris prouincialibus. Ministri verò nullis eundi licentiā tribuāt

CAPVT XII.

nisi eis quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam iniungo ministris ut petant à domino Papa vnū de sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus qui sit gubernator protector & corrector istius fraternitatis: vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanae Ecclesiæ stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem & sanctum Euangeliū domini nostri Iesu Christi quod firmiter promisimus obseruemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere uel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Laterani tertio Kalend. Decemb. Pontificat. nostri anno octauo



Vobis prædictum cap. notandum quod in hoc 12. cap. agitur de pertinentibus ad nostræ religionis supererogatoriæ consummationemq; perfectionem ad quam supererogatoriæ ordinatur. Secundo agitur de pertinentibus ad eius stabilē firmitatem. Primū tangitur ibi (quicunq; fratrum uoluerint ire) Secundum ibi (ad hæc per obedientiam iniungo mihi ut petant licentiam à domino Papæ &c.) Quoad 1. ergo notandum secundum expos. sic est.

QVAESTIO 1.

ne sit. quod hic s. quicunq; fratrum diuina inspiratione uoluerint ire inter sarras. &c) agitur de fine ad quem abundantius & supere rogatoriæ hic noster ordo præ ceteris ordinatur, ut s. non solùm fideles, sed & infideles uerbo & exemplo trahat ad fidem & obsequium Christi. Sicq; hic dans formam hoc faciēdi uidetur beatus pater Franciscus non solùm id concessisse sed & cōsuluisse & præuidisse faciendum. Sicut & Apostoli primo in Iudæa deinde in gentibus prædicarunt, sic post prædicationem fidelium supra 9. cap. indictam, iā ad infidelium conuersionem hic tandem nobis esse transendum regula nostra conformiter ad uitam Christi nos informat, ut sic per ordinem nostrum ois Israel saluus fiat: quod & figuratur Apocalip. 6. & 7. in apertione 6. signaculi sexti angeli habetis signum Dei uiui. i. Francisci stigmatizati, secund. Bonauentu. qui 6. anno suæ conuersionis iuit ad sarracenos. Rursusq; 13. anno iuit ad Soldanum, nimisq; quia sub 13. centenario à passione Christi hoc cepit impleri in cuius figura & 13. die à nativitate Christi Christus gentibus in tribus magis apparuit. & 13. anno à passione sua misit Paulum & Barnabam ad gentes, hæc ibi. & concordat Hug. 12. cap. dicens, quod hic docet nos b. pater Franciscus ad conuersionem gentium & fidem propagandam anhelare, & secundum Bonauen. in martyrio consumare. Et hoc sumitur ex Math. 10. Ecce ego mitto uos sicut oves inter lupos &c. & Christus elegit 12. Apostolos & misit prædicare &c. Math. 10. & Luc. 10. designauit dominus & alios 72. discipulos, & hoc quoad primum. Quoad secundum autem prouidetur de protectore petendo, & habendo ne declinetur ab obedientia Rom. aut à via Euangelica promissa. Et in toto hoc 12. cap. solum est unicum obligatorium ex uirgulæ, ibi (& hæc per obedientiam iniungo ministris &c.) ut patet latius in questionibus. Ideo ad maiorem declarationem omnium, ponuntur tres questiones subsequentes.

Quicunque fratrum diuina inspirata voluerint ire inter sarracenos, &c

QVAESTIO 1. Quæritur, Volentes ire inter infideles qui & quales & quomodo debeant & possintire & licenter iariſeu mitti, & per quos, & ad quid, & quō non? Respon-

## CAPVT XI.

Respondeo per tria puncta. Quorum primū est, Ex iure regulæ nulla specialis obligatio est fratribus min. subditis ad eundū uel non eundum inter infideles, nec ad petendum licentia ad hoc à suis min. pro. Similiter nec est obligatio ministris ad licentiandum seu mittendos aliquos fratres ad infideles, sed solum est informatio & consilium ex iure regulæ: ex iure autē coi seu diuino est obligatorium in casu. Probatur pars, s. quod nec subditis, nec ministris est obligatio ex iure regulæ, patet, quia Clem. s. non cōputauit inter obligatoria æquipollentia. Nec ponitur uei bum præcepti, aut habentis uim præcepti in regula ipsa, ut patet clare, ergo non est ullo modo obligatorium ex regula, tam antecedens q̄ consequentia patet ex dictis sup. i. c. q. i. Quod autē ex iure regulæ solū sit informatio & consilium tā subditis q̄ prælatistam uolentibus, q̄ mittentibus aut licentiantibus eos q̄uo circa hæc se debeāt habere, patet ex forma ipsius regulæ: quæ cum non præcipiat, ergo cōsulit & informat ad sensum proxime dicendum in secundo puncto. Quòd autem sit obligatorium ex iure coi quo ad subditos uolentes ire, ne s. uadant apostatae aut sine licentia. Similiter est iuri coi obligatorium ipsis ministris quod nō mittant nisi idoneos, & Et mi. obligatorium ex iure diuino seu naturali. Ne mittant in idoneos seu ineptos & quod non retrahant aut quod non negent licentia idoneis seu aptis ad id sine causa rationabili, quia à confiliis Christi implendis & à profectu fidei & cōuersione infidelium nullus pōt licite retrahere quenq̄ idoneum ad id sine causa rationabili. Similiter prælatus tenetur ineptos ad ædificationem turris spiritualis ædificii, uon expositione periculo ipsorum aut irrisione fidei &c. quia hiis oībus tenetur ex officio præcauere quoad suos subditos, ut est coi doctrina sc̄itorum. Sicq; patet quomodo est obligatorium & quo iure s. ecclesiastico & diuino. Ecclesiastico quidē subditis ne uadant sine licentia aut apostatae q̄tumcunq; diuinitus inspirantur. Prælatus autem, s. min. prouincialibus est obligatorium iure diuino, ne s. licentient aut mittant idoneos: & ut non negent licentiam idoneis uolentibus ire sine causa rationabili, ex regula, aut solum est cōsilio & instructio ad prædicta utrisque s. subditis & prælatis. Et concordat Spec. ff. 14. & 17. quis ss. 17, dicit quod hoc ultimū quoad min. s. quod nullis eundi licentiam

## QVAESTIO II.

tribuant nisi &c. potest dici quod sit obligatorium ex regula, quia uidetur inhibitorum. Sed certe melius dicitur ut dictum est quod non est obligatorium ex regula: nec est inhibitorum præceptum ex regula, q̄uis negatiue ponatur, quia si esset obligatorium certe Clem. id expressisset inter alia æquipollentia negatiua quæ ipse expressit de non equitando, de non portando calciamenta, de nō habendo plures q̄ duas tunicas sine necessitate, de non prædicando in episcopatu alicuius Episcopi &c. ergo cūm non expresserit istud cum aliis æquipollētibus excluditur ab obligatione ex quo alias ex litera non constat esse præceptum aut habere uim præcepti ut dictum est, & manet ex iure regulæ consilium seu admonitio & informatio, sicut & illud 10. cap. (& non curent nescire literas discere) & sicut illud 7. cap. quod min. non conturbentur propter peccatum alicuius, &c. ergo teneatur ut dictum est. Quod si obiciatur quòd expos. sine tit. & expos. sanctorum patrum 12. cap. & aliqui alii dicunt quod hoc est præceptum ex iure regulæ. Respondeo, sunt limitandi sic, s. quod sune præcepta ex iure ecclesiastico uel diuino, sed tradita in regula, ut informatio seu monitio & cōsilio ex iure regulæ, ut dictum est alias eadem facilitate explodam eorum dictum qua & sine fundamento id dicunt.

Secundum punctum est, ad quem sensum intelligitur esse obligatorium subditis & prælatis ex iure ecclesiastico uel diuino ut dictum est. & dico i. quoad subditos est præceptum iure ecclesiastico ad hunc sensum, quòd s. quantumcunq; idonei & diuinitus inspirati non uadant apostatae aut sine licentia debita. Debita autē licentia tunc est, quando habetur à prælatis qui illā dare possunt ut in ordine nostro sunt min. prouin. & similiter quando debito modo petitur aut habetur, s. humiliter & cum debita examinatio ne seu approbatione ipsorum licentiandorum. Quòd ideo dico, quia ut ait Hug. desiderio martyrii aut utilitatis aliorum nō præcipitantur, sed prudenter agendum est. Mortem enim pro Christo & appetere & fugere debemus, sed ordinate: qui enim adeo sunt ordinata sunt. Melius enim est in paruis proficere q̄ in magnis deficere, hæc ille. Insuper s. non inspirat coiter stante lege age re contra suam legem aut contra præcepta seu contra obedientiā promissam. Ideo si quis frater etiam idoneus inspiratus sit ad eundum

## CAPVT XII.

dum inter infideles causa martyrii aut conuersio[n]is eorū tenetur debitam petere & expectare licentia. quod si sine rationabili cauſa manifeſte ei de negetur licentia talis à p[re]lato, tunc si cōſtat manifeſte de irrationabilitate causa denegationis licentia & conſtat ipſum eſſe oīno idoneum ad tale uiam inter illos infideles, & monere diuinitus ex bono zelo ad id, tunc petita humiliter & debito mōlicentia à ſuo min. prouin. & ſi non obtenta p[ro]t opus conſilii diuini & regulæ adimplere eundo ad infideles pro martyrio, uel &c. (ut ſup. c. 10. q. 6. in ſimi ibus dictum eſt) & facit ad hoc c. licet de reg. ſed caueat ſubdit[i] in hoc, quia uix concurrunt oēs iſtae conditiones ut quis poſſit licite de petita ſolum licentia ire: & temere quis id faciet, niſi ubi manifeſte de p[re]dictis oībus condicio[n]ibus conſtareret, quod uix ut dixi cōtingeret. & ideo b. pater Frāc[u]ſcus ſpecialiter dicit, quod etiam ſi qui diuina inspiratione uoluerint ire inter infideles, petant licentiam &c. Dico ſecundo quo ad iſpos min. quod lege diuina tenentur negare licentiam ineptis aut inidoneis ad id, ſecundum iudicium rationabile ipsorum miniftrorum, ratio quia ex officio ſuo tenentur prouidere ſalutis u[er]o ſu[m]bitorū ne exponantur periculo aut ruinae ut ſupra ſecūd. Hug. dictum eſt, & ut prouideant iſſione in ifidelium qua[ntum] contra noſtrā fidem & dei honorem ex tali illorum ineptitudine probabiliter poſſet prouenire. Ideo ait regula min. uero nullis (ineptis) eundi licentiam tribuant. Similiter tenentur ministri conde-re licentiam iis quos ſecundum ſuum rationabile iudicium uiderint idoneos ad id. Itaq[ue] ſine rationabili cauſa non poſſunt negare eis aut eos retrahere ab opere tam perfecto & utili & honorifico ad dei gloriam, ſicut nec ab impletione conſiliorum ſine cauſa legitima retrahere non poſſet, quia non habent potestatem in deſtructionem &c. ut ſu. c. 10. q. 6. dictum eſt, & q. 5. etiam habetur de hoc. ideo ait regula (niſi eis quos uiderint eſſe idoneos ad mitendū) quia ſ. talibus eſt concedenda licentia ut dictum eſt. Et notandum quod h[ab]et min. non poſſunt negare licentiam idoneis uolentibus ire inter infideles ex defyderio in martyrii &c. ut dictum eſt. Ita non poſſunt eos cogere nolentes ire, quia h[ab]et licentia regulæ uolentibus, & non poſſet hoc opus heroicum imponi nolentibus, etiam ſi ſint alias idonei &c. ut ſup. c. 10. q. 2. dictum eſt, &c.

## QV AEST I O II.

tribuant niſi &c. poſſet dici quod ſit obligatoriū ex regula, quia uidetur inhibitorum. Sed certe melius dicitur ut dictum eſt quod non eſt obligatorium ex regula: nec eſt inhibitorum p[re]ceptum ex regula, quia negatiue ponatur, quia ſi eſſet obligatorium certe Clem. 5. id expreſſiſſet inter alia a[cc]uiſſion[em] negatiua qua[ntum] ipſe expreſſiſſet de non equitando, de non portando calciamenta, de nō quia ut ait Hug. deſiderio martyrii aut utilitatis aliorum nō p[re]cipitantur, ſed prudenter agendum eſt. Mortem enim pro Chriſto & appetere & fugere debemus, ſed ordinate: qui enim adeo ſunt ordinata ſunt. Melius enim eſt in paruis proficere q[uod] in magnis deficere, h[ab]et ille. Inſuper ſi. non inspirat coiter ſtante lege age re contra ſuam legem aut contra p[re]cepta ſeu contra obedientia promiſſam. Ideo ſi quis frater etiam idoneus inspiratus ſit ad euangeliorum ſubditis & p[re]latis ex iure ecclesiastico uel diuino ut dictum eſt. & dico i. quoad ſubditos eſt p[re]ceptum iure ecclesiastico ad hunc ſenſum, quod ſ. quantumcumq[ue] idonei & diuinitus inspirati non uadant a poſtata aut ſine licentia debita. Debita autē licentia tunc eſt, quando habetur a p[re]latis qui illā dare poſſunt ut in ordine noſtro ſunt min. prouin. & ſimiliter quando debito modo petitur aut habetur, ſ. humiliter & cum debita examinatio ne ſeu approbatione ipsorum licentiandorum. Quod ideo dico peccatum alicuius, &c. ergo teneatur ut dictum eſt. Quod ſi obli- ciatut quod expos. ſine tit. & expos. ſanctorum patrum 12. cap. & aliqui alii dicunt quod hoc eſt p[re]ceptum ex ui regulae. Respondeo, ſunt limitandi ſic, ſ. quod lunt p[re]cepta ex iure ecclesiastico uel diuino, ſed tradita in regula, ut informatio ſeu monitio & cōſilium ex ui regulae, ut dictum eſt alias eadem facilitate explodam eorum dictum qua & ſine fundamento id dicunt.

Secundum punctum eſt, ad quem ſenſum intelligitur eſſe obli- habendo plures q[uod] duas tunicas ſine neceſſitate, de non p[re]dicando in episcopatu alicuius Episcopi &c. ergo cum non expreſſiſſit coiter uel etiam propter quemcumq[ue] honestum finem uel modum eundi utilem conuerſioni aut p[ro]fectui ipsorum ifidelium, aut propter obsequiosam p[ro]ficiationem p[re]dictorum. Et cū hiis concordat etiā Hug. & prima reg. b. p. noſtri Francisci in c. 6. ut id ē Hug. refert, propter has ergo casas fratres ad eas p[re]dicto mō idonei debeant iudicari, & de licentia mi. pro. ire & mitti, ut dictum eſt

## CAPVT XII.

Ad hæc per obedientiam iniungo ut pertant à domino Papa vnum Cardinalem.

**V AESTIO II.** Vtrum sit obligatorium petere protectorem ordinis & quō & ad quid ualeat? Respondeo per duo puncta. Quorū I. est, Obligatorium ex uire regulæ mai. duntaxat petere seu procurare à sede Apostolica unum Cardinalem protectorem ordinis, patet qui a regula expresse sub præcepto hoc eis specialiter imponit. Et possunt illum procurare ministri præfati uel in generali uel in particulari. (ut ait Hug.) & cōcordat expos. sanctorū patrum. immo in defectū aliquorum tenentur alii supplere, s. petere seu procurare ut dictum est. Sicut in obligationibus generalibus tenentur alii aliorum defectus supplere ut est coīs regula & doctrina sanctorū, super illud Gen. i. Crescite & multiplicamini, &c. Ethoc assumpit b. p. Franciscus ex Math. 7. Similis est uiro sapienti qui ædificauit domū suam supra fir. petram. Et alii ordines mendicantes, quis ex regula ipsorum nō obligentur ad hoc, tamen in hoc nos imitando etiam procurat suos protectores habere. ¶ Tertium punctum est, Ad quid ualeat præfatus protector, seu quid potest. Et ad hoc dico quod in ipsa reg. hoc ostenditur (ut ait Hug. & Bar. Pif. & Ser. conf. q. 107.) s. ut sit gubernator ordinis in promotione bonorum. protector ut pater ab aduersariis defendendo, corrector malorum eo modo, & cum limitationibus proxime ponendis. Nam notandum quod prædicti tres actus non potest protector exercere uniuersaliter in omnibus casibus, sed solum in tribus etiam expressis & specificatis consequenter in ipsa regula & Papalibus decretis. Primo quidem, si coītas ordinis pedibus sanctæ ecclesiæ in uera obedientia subiecta non esset (& sic ait regula) ut semper subdit & subiecti pedibus eiusdem sanctæ ecclesiæ, contra scissuras scismatum. Secundo, si ordo non esset stabilis in fide Catholica, & ideo ait regula (stabiles in fide Catholica) contra errores, contra fidem. Tertio si regula fundatam in Euangilio à nobis promissam ordo communiter non terueret, neq; remediu apponere curaret. Ideo ait regula, (paupertate & hūilitatem &c.) contra coēs ordinis transgressores impuri-

## CAPVT I.

impuritatemq; culpabiles notabiliter contrare regulam. In aliis autem casibus non se potest intromittere protector præfatus ullo modo. Sed neque in istis prædictis potest relaxare contrare regulæ aut Euangeliū puritatem, sed pro conseruatione non pro destructione est prædictus protector. Et hoc adhuc non nisi quando coītas ordinis ue. cap. g. in prædictis deuiaret. Et hoc innuit regula ubi sup. & coīter dicunt expos. signanter expos. sine tit. & Bar. Pif. & Seren. cōscient. q. 107. & Hug. & c. Et hoc idē decreuit Greg. ii. & Six. 4. f. 53. ff. 137. prohibens protectorem prædictū se intromittere in ordine ad destruendum, mutandum, concedendum, ordinandum uel corrigidum &c. nisi in tribus casibus prædictis. Et hoc quando ipso rum fratrum coītas uel cap. g. ab aliquo prædictorum deuiaret, quod autem aliter fieret irritum est & inane. Et insuper statuit quod fratres prædicti ordinis recurrentes ad protectore tanq; ad prælatum pro licentiis uel aliis consumilibus puniantur grauiter, & priuatione quæ ipso facto ibi infligitur, non ualeat, tum quia ipse Six. 4 postea reuocauit tales censuras, ut sup. c. ii. q. 2. in 3. puncto. & q. 3. dictum est. & Iulius 2. ff. 2; 5. & ff. 88. & fff. 88. Itidem prædicta oīa confirmat etiā sub excoicatione ipso facto & sub priuatione actū legitimorum & officiorum ipso facto, præcipiens oībus fratribus ordinis, ut prædicto protectori obedient in prædictis tantum quæ ad suum officium spectant, derogatis quibuscumque literis in contrarium. Sed notandum quod ista coīcatio & priuatione ipso facto lata per Iulium bene ualeat nec reuocatur per Six. 4. prædecessorem suum, ut patet ex forma ipsorum priuilegiorum. Ex quibus oībus prædictis patet (ut ait expo. sine ti. c. 12.) quod hæc regula redit finaliter ad obedientiam Apostolicā et Euangeliū, unde incepérat sup. i. cap. dicens, reg. & uita fratrum min. hæc est, &c. sicq; à Christo incipiens, ad ipsum tādem redit, qui est alpha & o. & in 12. capitulis suis tanq; corona 2. stellarum in capite mulieris, s. ecclesiæ amictæ sole eam illustrantium Apōca. 12. ecclesiam ipsam adornat, & coram deo & hominibus gloriosam facit. Et sic hinc est finis regulæ, quod subsequitur enim, s. Nulli ergo oīo, hoīim &c. uerba sunt Papæ Honorii 3. regulam confirmantis.

Nulli ergo omnino hominum &c.

## QVAESTIO 7.

**¶ QV AESTIO 7.** Quæritur de regulæ confirmatione, & quæ declaratio Nic. 3. debet legi, glossari, &c. Respondeo per duo puncta, Quorum primum est, Regula hæc fratrum minor, est confirmata solemniter in ecclesia, pater hic per Honerium 3. cui sunt omnia hæc verba, Nulli ergo omnino hominum & cæt. usq; finem, & habetur in 3. tract. lib. ordinis fo. 1. postea etiam à Nic. liberum confirmat in 2. tract. lib. ordinis fo. 1. & in sua declaratione ex iit, quæ habetur fo. 4. &c. & in lib. 6. tit. de verb. sign. & per multos alios Pontifices. Ideo grauiter peccant detractores ipsam regulam & eius declarationes & fratrum conuersiōnem regularem quasi trienio bestialiq; dentium ordine Dani. 7. lacerates. Qui qui dem id attentare prælumentes, indignationem omnipotentis dei &c. **¶ Secundum punctum est,** quod quâmis dominus Nic. 3. in sua declaratione exiit, in fine præcipiendo dederat modum, legendi glossandiq; prædictam suam declarationem super hanc regulam & prohibuerit, ne quis contaa hanc regulam & declaratiōnem suam male loquatur ullo modo publice uel occulte sub excommunicione in contra facientes, & sub aliis penis. Tamen dominus Iohannes 2. in decretali, quia non nunq; omnes has prohibitions & penas prædictas per Nic. 3. tam latas q; comminatas, & aliorum effectus suspendit & reuocauit. Sed & insuper addidit hæc imitationem dicens, per suspensionem autem huiusmodi ne quaque licentiam intendimus impartiri, quod contra regulam fratrum min. dogmatizare, scribere, seu determinare, prædicare, seu præueloquilecat publice uel occulte: quinimo hæc omnibus & singulis auctoritate prædicta districtius inhibemus, hæc ibi. & sic patet quod, ut ait Petrus Ancharræ, & Zabarelli. super Clem. exiui. iam bene potest declaratio Nic. 3. glossari aliter q; ipse prohibuit, dummodo caueatur depravatio aut mala loquutio contra eam aut contra regulam fratrum min. Maxime quia postea Boni facius 9. fff. 118. & alii Pontifices sub excommunicatione ipso facto prohibuerunt quenq; assersetem nostram religionem non esse in statu perfectionis, ut de hoc supra in introductione q. 2. dictum est latius. ibi uideatur.

**¶ Explicit tractatus super regulam fratrum Min. absolu-**  
tus Anno 1551. 3. Iulii.

Incipiunt annotationes quædam in compendium priuilegiorum fratrum min. & aliorum mendicantiū vltimo impressum æditæ ab eodē autore à quo & præcedens tractatus Anno Domini 1539. die verò 1. mensis Iulij. Procedunt autem iste anno annotationes eodem modo super eosdem titulos seu dictiones & paragraphos, quomo do & ipsum compendium prosequitur.

## Absolutio ordinaria quoad fratres.



**V O A D** s. 1. notandum quod Gregorius 9. fol. 116. concessit nobis in principio ordinis, quando non habebamus tot priuilegia, neq; tantam auctoritatem habebant nostri prælati, tunc inquam concessit quod possumus beneficium absolutionis & dispensationis cum oportuerit recipere ab Archiepscopis & episcopis nostris dicecessis in qua sumus. Sed quia iam multum auctoritatis est in nostris prælati sicut & in ipsis dicecessanis & adhuc maior quoad aliqua: & quia per pontifices successores prohibitum est nobis absoluiri & dispensari per alios quam per nostros prælatos, uel de eorum licentia intra seu extra ordinem (ut habeatur in eod. compendio. hoc eod. tit. s. 21. s. & 22. s. 36. & tit. exemptio. s. 5. I deo iam parum ualeat præfatum priuilegium Greg.) nisi forte quando min. prouin. aut gen. cōcederet licentiam suo subdito ut absoluueretur a censuris aliquibus seu disp̄saretur per tales dicecessanos, uel per alios uirtute aliquarū bullarum potentiuū absoluere aut dispensare. ut hoc concessit Clem. 4. & Sixt. 4. fol. 53. ff. 142. ut habetur in compendio tit. exemptio. s. 5. & Leo 10. fff. 124. fff. 48. & Innoc. fff. 79. ff. 264. & habetur in AAA compendio

## ANNOTATIONES

compendio hoc eod. tit. absolutic ordina. quo ad fratres s. 22. f. 36. Dixi notanter (forte) quia dubium est inter doct. canonistas ut patet in silvest. tit. exemptio, s. 10. & tit. absolutio s. s. 2. &c. & in aliis summis, utrum exempti, quales nos sumus, possumus in casu sub iure nos ordinariis in nostrum fauorem, ut in casu presenti: & licet sint opiniones in hoc propter quod dixi ly forte, tamen tam uirtute præfati priuilegii. Greg. 9. quam aliorum supra alegatorum, uidetur quod id possumus (ut dictum est) de licentia prædictorum prælatorum nostrorum: & ad hoc etiam facit priuilegium. Eug. 4. concessum monachis sancti Benedicti, ut habetur in compend. tit. dispensatio. s. 25.

Quoad s. 5. notandum an guardiani possint sibi eligere confessorem ubi cunq; sint, etiam in conuentibus aliorum guardianorum, sicut & alii prælati possunt per c. fin. de pœnitentiis & remis. & an per cap. prouinciale uel generale, uel per superiores possit ab eis tolli hæc licentia seu concessio iuris communis, latius dicendum est infra tit. accedere ad monasteria, in fine ibi uideatur, & hic in hoc fo. super s. 7. habetur.

Quoad s. 7. quoad id quod ibi dicit collector fo. 3. quod præfata auctoritas concessa per Clem. 4. nostris min. & eorum commissariis & custodibus, quoad absoluções & dispensationes fratrum, extenditur in mari magno prædicatorū ad priores conuentuales & eorū uicarios &c. notandum quod postea fuit hoc per Sixt. 4. ipsis prioribus conuentualibus & eorum uicariis ablatum in bulla aurea, & postea per eundem Sixtū 4. ff. 19. ut habetur in eodem compendio tit. absolut. ordin. quo ad fratres s. 34. hoc fuit aliqualiter, sed non omnino amplius concessum ipsis prioribus conuentualibus eorumq; uicariis prototo iporum ordine. Sed tandem postea idem Sixt. ff. 74. & ff. 19. hoc idem ampliuit & concessit omnino ipsis prioribus conuentualibus & eorum uicariis quod possent absoluere & dispensare sicut poterant uirtute maris magni supradicti ante restrictionem bullæ aureæ. Sed solum concessit prioribus conuentualibus & eorum uicariis obseruantiae Hispaniae & Lombardie, quamuis collector dicat quod (regnorum Castellæ & Legioni tantū) sed ut dixi obseruantiae Hispaniae & Lombardie, id concessit Sixt. 4. ut patet ff. 19. ff. 74. &

## IN COMPENDIUM

& in eodem compendio<sup>1</sup>, hoce eodem tit. infra s. 33. habetur, nisi forte pro eodem collector accipiat regna Castellæ & Legionis, & regna Hispaniae & Lombardie, & ego nō video rationem ad id, hoc ego dixerim, quia virtute communicationis priuilegii saepe per Iulium 2. ut habetur tit. communicatio priuilegii s. 13. solum habent auctoritatem absoluendi & dispensandi secundum mare magnum cum fratribus, guardiani & præsidētes nostrarum domorum obseruantiae regni Hispaniae & Lombardie: & ibi bene dicit collector quod nomine uicariorum solum debent intelligi quoad nos præsidentes nostrorum conuentuum propter parentiam guardiani, ut etiam iterum idem dicit, tit. uicarius, s. 5. Item ibidem dicit collector, quod si præfata potestas limitetur prædictis guardianis aut eorum uicariis seu præsidentibus domorum communicatā nobis ex mari magno prædicatorum, nisi ad hoc habeatur auctoritas Papæ. Sed an superiores prælati seu capitula nostra habeant ad hoc auctoritatem Papæ, dic quod generaliter id non habent, nisi specialiter à Papa habeatur in casu, aut quando capitulum gen. celebrandum est, aut alias, & quoad revocandum uiae uocis oracula in cap. gen. uel prouinc. ut habetur in compendio tit. priuilegia fratrum, s. 26. uel si quis abutetur sur tali privilegio Apostolico, quia generales min. possent suspendere illud quousq; consulat Papam, ut habetur in compendio eod. tit. s. 9. Ex quibus etiam patet nostrum intentum, quod si sine auctoritate Papæ nullus potest tollere prædictum priuilegium aut concessionem Papæ: & quia in quolibet sere cap. gener. ordinis nostri habetur specialis auctoritas Papæ ad omnia ibi ordinanda, ideo standum est statutis prædictorum capitulorum generali, nisi oppositum constet, & non temere innitendum est priuilegiis generalibus circa hoc & circa alia eiusmodi. Et credo similiter standum esse ordinis consuetudini iam præscriptæ & approbatæ, nisi ubi de speciali Papæ prohibitione aut priuilegio in oppositum sufficienter constaret.

Quoad s. 22. notandum quod idem Leo 10. fff. 124. idem prohibuit Augustinensis, quod si etiam uirtute quarumcunq; bullarum aut cruciatarum nullus frater ipsis ordinis possit absoluiri a censuris seu pœnis incurvis, nisi secundum statuta & iores seu confuetudines

# ANNOTATIONES

ordinis, nisi per suos prælatos, aut nisi secundum statuta & consuetudines sui ordinis, & non per alios quoscunq; nec extra ordinem sine licentia magist. gen. uel pro. corun. alias est irritum, & inane si fecus fiat: & uideatur an hoc priuilegium possit communicari nostris min. gen. & prouin. in fauorem eorum & nostræ obseruatiæ & Innoc. 8. fffff. 79. ff. 264. idem prohibuit eisdē Augustinens. ut habetur in compendio hoc eod. tit. §. 36. Sed de hiis cruciatis seu builis latius infra tit. cruciata. §. 4. & 5.

Quoad §. 28. ibi collector dicit quòd E ug. 4. concessit prædictam facultatem confessoribus, de qua ibi loquitur cum onere dicendi 7. psalmos pœnitentiales &c. quāmuis non alligauerit tales confessores ad petendum licentiam à suis superioribus. Tu dic quòd, ut patet ffff. 102. dominus Eugenius 4. non imposuit tale onus 7. Psalmos ipsis confessoribus, quāmuis imposueritалиis fratribus ad gaudendum aliis gratiis concessis ab eod. ut haberetur in prædictis compendio eod. tit. §. 10. I deo sine tali onere & sine alia licentia possunt præfati confessores uti tali facultate de qua agit Eugenius 4.

Quoad §. 36. uid. etiam ea quæ supra §. 22. annotata sunt.

Quoad §. 37. notandum quòd Sixt. 4. fo. 9 8. litera R. in primo libro ordinis tract. 2. declarauit & etiam extendit.

Hanc concessionem Eugenii quoad omnes utriusq; sexus eiusdem ordinis Carmelitarum professores.

Quoad §. 28. ubi collector resoluteudo dicit quòd nostri min. gen. & prouin. & illi quibus ipsi commiserint, possunt absolvere & dispensare secundum mare magnum, &c. Adde & tu quòd custodes id possunt, ut expresse habetur in mari magno, & per communicationem fratrum prædicatorum, ut dicit idem collector infra post §. 40. in 1. dubio. Adde quòd & nostri guardiani & præsidentes domorum seu conuentuum nostrorum id similiter possunt in partibus Hispaniæ & Lombardiaæ in nostra obseruantia, ut supra dictum est. sup. §. 7. nisi per prælatos auctoritate Apostolica id prohibeat, uel nisi oppositum habeat consti tuto legitime approbata.

Quoad §. 40. uide etiam aliam concessionem Eug. 4. factam eisdem monachis sancti Benedicti in compendio tit. dispensatio §. 25. fo. 54.

Quoad

# IN COMPENDIUM A:

Quoad primum dubium quòd collector fo. 6. ponit, ubi dicit quòd potestas absoluendi & dispensiandi est in generalibus & provincialibus & custod. Adde & tu quòd etiam est in guardianis & præsidentibus domorum nostræ obseruantiae Hispaniæ & Lombardiaæ secundum formam maris magni ordinis prædicatorum, per eorum communicationem: ut etiam ait collector in fine eiusdem primi dubii, & ut supra latius notatum est in §. 7. ibi uide. Quoad secundum dubium quòd Collector fo. 6. per tractatuid. si uis in supplemento ffff. 1. &c. ubi latius id tractatur à quo Collector sumpsit breuiter & in sua sententia.

Quoad dubium tertium fol. 7. Vbi querit an guardianus cui provincialis committit suos casus, possit alteri committere, &c. Notandum ultra ea quæ ibi à Collectore dicuntur & bene. quòd in tab. 20. Vic. gen. in 1. lib. ordinis in 3. tract. fo. 228. habetur sic Instituitur quòd uniuersi confessores monialium familiæ nostræ habeant præsenti decreto semper actiue auctoritatem prælatorū super moniales in foro conscientiæ quoad causas & sententias: habeant similiter guardiani & eorum uicarii in absentia ipsorum guardianorum, hæc ibi. Et paulo inferius in sequentia tab. 21. Vic. gen. fo. 229. sic habetur, Declaratur quòd illa clausula in tab. ca. gen. Albiens. præcedentis inserta, s. quòd guardiani & eorum uicarii habeant auctoritatem prælatorum in foro cōscientiæ, &c. sic debet intelligi, quod s. auctoritas per patrem provincialem concessa guardianis, remaneat semper penes eorum uicarios, seu uiciorum uicarios, ipsis guardianis suum conuentum pro suis negotiis exequuntibus, hæc ibi. De quo nos latius egimus in supra dicto tractatu medulla fratrum min. cap. 7. q. 2. ibi uideat quæ uoleat ampliorem declarationem super hiis.

Absolutio extraordinaria quoad fratres.

Quoad §. 9. ubi collector dicit quòd non possunt fratres uti præfatis concessionibus Leonis 10. quoad absolutiones plenari as sine licentia suorum prælatorum &c. Notandum quòd quo ad lucrandum indulgentias, similiter quoad absolutiones à censuris secundum quòd quoad hoc conceditur in ipsis priuilegiis, saltem in foro conscientiæ, bene possunt fratres uti præfatis concessionibus sine licentia suorum prælatorum. Nota autem quoad absolu

tio

## ANNOTATIONES

tionem à casibus reseruatis in ordine min. prouincialibus. quia sic declarauit Reuerendissimus pater, frater Franciscus de Angelis min. gen. in cap. prouinc. prouinciæ Castellæ Toleti celebrato anno Domini 1524. me præsente, quod erat intelligenda bulla seu concessio præfata: & quoad hoc ultimum de casibus reseruatis, idem expresse ibidem dicit collector ponens aliam declarationem cuiusdam cap. g. de quo latius infra tit. cruciata, dicendum est, ibi uideatur. Videatur alia concessio Sixt. 4. facta confessibus monialium pro intrantibus monasteria monialium sine do lo, ut habetur ffff. 96. concessione 33. & habetur in compendio tit. absolutio, quoad seculares 2. s. 9. & infra annotatur ibidem.

**Absolutio quoad seculares primo.**

Quoad s. 12. notandum quod potest forte aliquibus uideri quod solum confessores præsentati secundum hanc formam Innoc. 8. de qua in ipso s. 12. agitur, habeant auctoritatem absol uendi & dispensandi concessam ibidem ab Innoc. 8. & non alii confessores præsentati secundum Clem. dudum. Sed saluo meliori iudicio, uidetur cuidam patri satis docto, & forte probabilius & uerius, quod omnes confessores quomodolibet legitime aut debite præsentati habeant prædictam auctoritatem, modo sint præsentati secundum hanc formam Innoc. 8. modo secundum aliam communem secundum Clem. dudum seu secundum aliam debitam formam: & ratio est, quia ut in eod. compendio habetur immediate in s. 11. præcedente Sixt. 4. concessit omnibus debite præsentatis sine ulla distinctione quod possint audire extra dicecesim &c. & similiter ipse Innoc. 8. dicit, quod confessores debite præsentati id possint (ut habetur in eo. compendio absolutio, specialiter de casibus reseruatis, quoad seculares secu do fo. 12. s. 12. s. 13.) Item quia sicut declaratio primi casus excommunicationis, quem idem Innoc. 8. sub eodem contextu se cit (ut patet fo. 650. & ffff. 98. concessione 353. ut etiam habetur in eo. compendio absolutio, quoad seculares 2. in dicto fo. 12. s. 12. & s. 13. tangit omnes confessores quomodolibet debite præsentatos (alias enim esset absurdum aliter id intelligere, ut etiam communiter conceditur & tenetur) ergo similiter illa aucto ritas dispensandi, debet intelligi concessa omnibus debite præ sentatis secundum quamcunq; formam: quia & utrobicq; semper

## IN COMPENDI.

dicitur ibidem ante & post (præfati confessores) & quod confessores debite præsentati id possint, ut patet in compendio in dicto fol. 12. s. 12. s. 13. ex quibus omnibus patet de intentione domini Innoc. 8. esse quod omnes præfati confessores quibus s. fit præfata declaratio primi casus reseruati: qui quidem sunt omnes quomodolibet præsentati habeant auctoritatem absoluendi & dispensandi hic ab ipso concessam in hoc s. 12.

**¶ Quoad s. 16.** ubi circa concessionem Clem. 7. dubitat collector quomodo sit intelligenda & opinatur quod sit intelligenda stricte sic, s. quod confessor semel præsentatus non teneatur iterum in eadem dicecesi se præsentare, & censetur præsentatus in eadem dicecesi, &c. tu dic, ut dicit quidam pater in huiusmodi sati eruditus & fide dignus, quod debet intelligi late sic, s. quod confessor semel debite præsentatus, non tenetur amplius præsen tare in eadem dicecesi, nec id alia quacunq; ad quam se transtulerit ad morandum ad tempus uel in perpetuum: sed iam censetur semper & ubiq; debite præsentatas: & ratio est, quia intentio im petrantis hanc concessionem fuit talis (ut ipsem imperator dixit) & intentio Papæ concedentis conformatur intentioni impe trantis, nisi aliunde sit dolus, ut est cōis practica & reg. iuristarum

**¶ Quoad s. 19.** ubi collector innuit secund. multos docto. ibi al legatos, quod nos fratres min. per coicationem priuileg. nō debemus neq; possumus ut illa gratia Vrbani 4. concessa Carmeliti, si ipsi Carmeliti non utuntur illa: quæ opinio uidetur fundari in c. si de terra, de priuilegio. & c. cùm accessissent, de constit. & ff. de nundinis, l. i. quæ refert etiam glof. 11. q. 3. priuilegium. Ex quibus oībus uidetur haberi quod priuilegiū perditur per non usum uel per usum contrarium, ut hic collector innuit se tenere secundum aliquos iuristas. Sed certe his nō obstant. uidetur mihi prout etiam uidetur cuidam patri in huiusmodi satis erudito dicendum, saluo meliori iudicio, post Panorm. in dicto c. cùm accessis sent, quod cùm hoc indultum fuerit concessum coitati seu ecclesiæ (ut est religio Carmelitarum) & per coicationem nostro ordini minorum coicatur ex æquo, ac si nobis fuisset specialiter concessum. Ideo ergo non perditur, nisi legitimo tempore præscriba tur, ut est casus in d. c. si de terra, & in c. accendentibus, de priuilegio. ubi s. in c. accendentibus dicitur hoc tempus esse 40. annorum. & cum hoc etiam dico, quod etiam oportet habere scientiam priuilegii,

# ANNOTATIONES

& uoluntatem non utendi illo, ad hoc quod per non usum perdatur, ut patet in d. cap. si de terra, in uerbi detrahere uoluntatis) quæ omnia hic deficiunt: sicq; quoad fratres min. non est perditum priuilegium prædictum per non usum aliorum, s. Carmelitarum facit etiam ad hoc quod dicit Innoc. id d. c. accedentibus, quod s. particulares canonici bene possunt sibi præiudicare perdendo priuilegium per unicam contrariationem: sed ecclesie præiudicare non possunt quin possit ecclesia allegare non esse sibi sublatum suum priuilegium quod fuit perditum quoad particularem personam per unicum actum contrarium eiusdem personæ. & Panormi, in d. cap, cùm accessissent: etiam dicit in fine quod si unus utitur & non alter priuilegio multis concessu, non præiudicat non utens utenti: de quibus etiam Siluest. tit. priuilegium, s. xi. agit, concordans cum hiis, ergo licet aliqui fratres seu conuentus, seu prouinciae ex uoluntate, seu etiam (quod minus est & nil præiudicat) ex ignorantia ubi non essent tali priuilegio, uel contra illud fecissent non possent toto ordini seu aliis præiudicare. Quoad præscriptionem autem quod supra dixi hic deficere, notandum quod hoc ideo dixi, quia s. hoc priuilegium per communicacionem & nouam cōcessionem factum est iam proprium nostro ordinis minorum per plures summos Pōtifices. Non dico ante hos xl. annos, sed & ante hos x. annos (nunc autem est annus domini 1539.) per Clem. 7, ut habetur in compendio tit. communica<sup>tio</sup> priuilegii. s. 19. fo. 37. & quāuis tunc esset nullum (quod non credo) tamen per talem nouam concessionem Clem. 7. integre reualidantur omnia: quia hæc omnia operatur confirmatio ex certa scientia, qualis fuit ista secundum Panorm. post Ioann. de Ligna in c. cùm super d. cau. pos. & gloss. in d. c. cùm audissent, quod etiam diffuse probat Sum. Ro. tit. absolutio i. s. 122. & s. 123. & hoc idem ponit Collector compendii, tit. concilium in fine, fol. 43. & tit. priuilegium, s. 33. fo. 143. quod s. possunt uti priuilegiis suis, etiam si propter simplicitatem & iuris ignorantiam usi non fuerint retroactis temporibus, dummodo eis non sit per præscriptionem uel alias legitime derogatum, ergo.

Quoad s. 20. notandum quod ut clare patet ex supplemento fff. xi. concessione 36. auctoritas absoluendi ab omnibus à quibus potest dicēsanus concessa minimis per Sixt. 4. sine dubio se exten-

# IN COMPEND.

se extendit ad seculares ut ibi patet, auctoritas aut dispensandi & cōmutandi uota non est concessa eisdem nisi quo ad fratres (quis collector hic dicat quod non potest de utraq; haberi certitudo ex litera ipsius priuilegii) Ideo tenendum est, quod super seculares fratres nil possunt dispensare aut commutare uota uirtute huius concessionis Sixt. 4. & ut ait quidam pater satis doctus & fide dignus, sic etiam respondit quidam Provincialis minorum anno domini 1530. se hac gratia uti in absoluendo ab omnibus nisi sint Papæ referuata. Quo ad dispensandum autem seu commutandum non extendunt manus quo ad seculares.

## ¶ Absolutio spiritualiter de casibus reseruatis quo ad seculares secundo.

¶ Quo ad s. i. notandum, quod peccata pro quibus est indi- cenda penitentia solemnis, sunt peccata enormia quæ ex consuetudine reseruantur episcopis. Et quo ad hæc omnia solū explicat Dominus Benedictus ii. in hac extrauaganti quæ habetur in hoc s. i. esse uoluntarie homicidas, falsarios, ecclesiarum immunitatis & libertatis ecclesiasticæ uiolatores, & fortilegos à quibus non possumus absoluere secundum clem. dudum nisi ad hoc sit aliud priuilegium, ut hoc latius & bene explicatur in supplemen. fff. 9. 8. & 9. Notent etiam confessores quod mutilans aut mutilationem mandans & consentiens non debent absoluī, & multo minus homicida uoluntarius, nisi satisfactione præmissa, ut habetur 23. q. 8. si quis membrorum, & si uoluerit quis uideat latiore declarationem horum casuum Episcopalium in summistis titulo casus, tit. confess. præcipue Sum. Ros. tit. confessor. i. s. 1. &c. s. sequentibus.

¶ Quo ad s. 9. notandum quod Sixt. 4. fff. 96. concessione. 339. concessit quod confessores monialium sanctæ Claræ possint absoluere à sententiis lati eos omnes qui non maliciose, sed ex quadam levitate seu curiositate intrauerint earum monasteria vel quarumcunq; aliarum religiosarum inclusarum, & hoc tam actiue q̄ passiu ipfis concessit. Quoad s. 12. & s. 13. uid. sup. absolutio quo ad seculares i. s. 12. ut ibi notatum est. fo. 127.

BBB

ne quo

# ANNOTATIONES

**¶** Circa absolutionis materiam reprobatio errorum.

¶ Quoad fol. 14. §. 3. notandum quod Bonif. 9. fff. 118. excoicat ipso facto omnes publice & temerarie docentes aut pertinaciter afferentes quod fratres ordinis praedicatorum non possunt de licentia Papae aut eius legatorum uel aliorum praelatorum absoluere eis confitentes sine assensu praelatorum aut rectorum parochialium ecclesiarum super hiis habito aut requisito, a qua excoicatione absolui non possunt, nisi sedi Apostolicæ se personaliter repræsentent.

**¶** Sequuntur quædā notabilia circa materiam absolutionum. Tit. absolutio.

¶ Quoad fidem fol. 14. ubi collector in 1. notabili dicit secundum Episcopum Abulens. quod qui attentaret aliquem absolvere à peccatis quæ non audisset in confessione, peccaret mortaliter & nihil operaretur. Tu dic quod quis ego credam hanc opinionem esse ueriorem s. quod non datur sacramentalis absolutionis nisi de peccatis sacramentaliter confessis sacerdoti, quam op. tenet Ger son. & alii grauissimi Doct. tenent oppositum quod s. potest dari & haberis sacramentalis absolutionis in sacramento confessionis, etiā de ablitis, ut etiam tenet & refert Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. dub. 2. Ideo non est dicendum peccare mortaliter eum qui alterutram opinionem sequendo ficeret contra alteram opinionem, immo nec uenialiter ex quo habet iustam causam sic opinandi & faciendi: & uidetur ad hoc facere concessio facta ordini Sancti Ieronimi quod s. gratia quam habet idem ordo ut fratres possint absolvi plenarie, intelligatur etiam de peccatis quocunq; tempore confessis, licet tunc non confitentur, ut habetur in compendio tit. absolut. extra ordinaria quo ad fratres §. 13.

¶ Quoad fo. 15. ubi in 3. notandum collector dicit quod uirtute concessionis aut bullarum quarūcunq; non possunt fratres nostri ordinis a casibus reseruatis min. sine eius licentia seu auctoritate, de hoc

# IN COMPENDIUM.

de hoc dictum est sup. tit. absolutio . extra ordinem quoad fratres sup. §. 10. & latius dicendum est infra tit. cruciata, ibi uideatur.

## Accedere ad monasteria monialium

Quoad §. 4. ubi Nic. 3. conformiter ad Greg. 9. in sua declaratione prohibet nobis fratribus min. accessum ad loca exteriora monasteriorum monialium. Quæritur primo, utrum nobis sit etiam prohibitus ex uirilis regulæ praedictus accessus: ad quod respondeo, quod hic est duplex opinio. Prima est multorum, & uidetur coiter sic haberi & practicari quod, s. ex uirilis regulæ solu est prohibitus nobis ingressus ad praefata monasteria. Accessus autem ad praefata loca exteriora non est nobis ex uirilis nostræ prohibitus sed solu præcepto Papali seu ecclesiastico seu prælatorum nostrorum Proabant i. s. quod praefatus accessus nō est prohibitus nobis per regulam, quia regula solum facit mentionem de ingressu, ut patet. Itē Hug. cap. 10. uidetur id innuere quis nō clare, & tract. 10. plag. paupertatis plag. 8. & 9. & specul. fratrū min. fff. 10. id expresse tenet & multi alii & quidē satis docti sunt ad idem. Alia est opinio quæ mihi etiam uidetur probabilis ualide, quod s. ex uirilis & de eius intentione prohibitus est nobis praefatus accessus ad loquendum ad monasteria quorumcunq; monialium. ut sup cap. 11. quæ sti. 3 latius habetur, ibi uideatur. Secundo quæritur utrum praefatus accessus ad loca exteriora monasteria monialium quarūcunq; sit nobis prohibitus per Papam in hoc tempore. Respondeo, hic est duplex opinio. prima est satis communis omnium, & dicit quod sic, ut patet per Nic. 3. & Benedictum. 12. ut habetur in compendio tit. accedere §. 4. & 5. & non sunt reuocata hæc per Sixt. 4. in sua declaratione fol. 22. ff. 106. quia secundum hos sic opinantes solum loquitur ibi Sixt. reuocando prohibitio & censuras ultra regulam æditas à Papa ut tenet collector in compendio tit. statuta ordinis §. 1. nec reuocata sunt per aliis successorum ut patet, ergo. Secunda opinio, est aliorum dicentium quod praefatus accessus iam nō est nobis prohibitus per Papam uel per ecclesiam. Ratio, eorum est, quia Sixt. 4. ubi sup. reuocauit prohibiciones & censuras omnes ultra regulam æditas, non solum intra ordinem sed & à Papa seu ab aliis quibusque specialiter pro nobis fratribus minoribus, quia si uidetur contineri in praefata

# ANNOTATIONES

declarat i one Sixt. 4. Quid horum sit uerius & tenēdum sup. ca. 11. q. 3. latius habetur. Nam & adhuc manet prohibitio genera lis Papalis seu ecclesiæ facta omnibus Christianis de cauendis fa miliaritatibus & frequentia monasteriorum quarum cunctis mona lium quæ habentur in compendio tit. hoc s. accedere s. i. & 2. & 3. & per Bonif. 8. lib. 6. de statu regula c. periculoſo , ut habetur in compendio tit. clausura s. i. quia tales prohibitions generales non reuocantur per Sixt. 4. sed ſolum ſpeciales factæ pro nobis ſpecialiter, ut hoc probabitur latius infra tit. ingredi s. 19. & titul. statim, quis quidam pater eruditus oppofitum fuerit opinatus quo ad hoc. Similiter non reuocantur prohibitions ſuccessorū post Sixt. 4. ſiquæ poſt hac fuerunt, quia par in parem non habet imperium. Similiter non reuocantur prohibitions noſtrorū prælatorum aut cap. g. & pro. quo adhoc poſt Sixt. 4. & quia ſolu m reuocauit præcedentia non futura poſt eum ut patet in prædicta declaratione ſeu priuileg. Sixt. 4. Ideo ſtandum eft caute & timorate præceptis & ſtatutis ordinis, etiam ſi Sixtus 4. reuocaf fet omnia præcedentia, etiam ſi per regulam non eſſet prohibitus præfatus accessus, cuius oppofitum probabile uidetur ut dictum eſt, & quo ad hoc uide quod proximè ſuper s. 13. notatur ſubfe quenter quid & quomodo circa hoc ſtatutum ſit nunc in ordine. uide de hiis latius sup. cap. 11. q. 3. &c.

¶ Quoad s. 5. notandum, quod illud ſtatutum Benedicti 12. po nitur diminute ibi à collectore & melius ponitur ab eo in com pendio tit. clausura, ſic & nos paulo ſuperius cap. 11. quæſti. 3. poſuimus.

¶ Quoad s. 13. ubi collector resoluit concesſiones factas nobis ad accedendum ad monasteria monialium adde & tu quod tandem pro hoc tempore ſtatutum eft in cap. g. Tholosano anno 1532. hoc modo, Arceantur ſtuđiosiſime fratum accessus ad monia lium & fororum loca, & nullomodo cum eisdem loqui poſſint, niſi à min. prouinciali licentiam in ſcriptis habeant, liceat tamen hospitiī & celebrationiſ gratia ad huiusmodi loca accedere ubi fratum Conuentus non ſunt, hæc ibi. Notandum etiam quod co ceſſiones concedentes nobis accessum uel ingressum ad mona ſteria ſanctæ Claræ bene poſſunt extendi ad alia monasteria monia lium quibus eadē priuilegia coicantur, utpote ad moniales Con ceptionis

# IN COMPEND.

ceptionis & econtra. Dummodo ſit omnino utrobiq; eadem ra tio, puta quod ſint ſub eadem clauſuræ obligatione & ſub eadem obediētia, ut ſint moniales ſanctæ Claræ & Coceptionis, quo ad ingressum erit idem iudicium. Non autem quo ad moniales ſancti Dominici, etiam ſi habeant uotum clauſuræ ex quo non ſunt ſub eadem obediētia, quo ad accessum, aut uidetur idem iudicium & eadem ratio. Et ratio horum eſt, quia ubi eſt eadem ratio ibi & idem ius, ut habetur in L. illud, f. ad legem aqui. & not glo. in cap. maiores, extra de baptiſ. Super uerū in cōſimilibus, quod notetur pro coicationibus priuileg. ut hoc notauit quidam pater ſatis eruditus in huiusmodi.

¶ Quo ad idem fol. 17, ubi collector dicit duo: primum, quod ſu perior qui debet dare licentiam fratri ad præfatum accessum, de bet eſſe prælatus proprius fratriſ iphiſ ſu conceditur licentia, & non aliud in cuius contractu eſt hospes. Secundo dicit ibidem paulo inferius quod non obſtantibus ſupradictis concesſionibus Papalibus ſtandum eft ſtatutis noſtrorum cap. generalium & prouincialium circa hoc, hæc ille. Quoad primum de licentia præla ti proprii &c. dic quod hoc eft uerū regulariter & uniuersaliter & ſtando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia conſuetudo eft optimæ interpres legum humanarum & præualet iſis legibus (ut eſt cois regula iuristarum & theologorum) & in ordine no ſtro eft conſuetudo quod dum frater hospes eft in conuentu alte riū prælati, ſeu in aliena prouincia tenetur illi obediēre, ſaltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum, & repu tatur ille pro runc ſuus prælatus ut ab eo gubernetur & ei prouideatur in ſuis neceſſitatibus corporalibus & ſpiritualibus inter rim emergentibus. Ideo ſi à tali prælato præcipiatuſ tali fratri ho ſpiſi ut uadat ſociando aliquem confefforem ſeu fratrem ad mo naſteria monialium etiam ad intrandum clauſuram cum eo, in ca ſu quo alias po teſt licite intrari: ſeu ſi occurrente neceſſitate ſi ne fraude talis prælatus det illi licentiā ſicut ſuo ſubditu dare po ſet, uidetur quod licite fiat, quia & ſic quo adhoc uidetur conſue tudine practicari, ideo non eſt in hoc nimis ſcrupulandum, dum ſyncero & ſimpli ci animo obeditur & uiuitur ſine fraude. dico no tancer ſine fraude, quia ſi quid in fraudem fieret non eſſet licitum, utpoſeſi quis eo animo ueniret hospes ad prouinciam ſeu con uentum

# ANNOTATIONES

uentum alterius prælati, ut de eius licentia colloqueretur cum monialibus nolens eam habere à suo proprio prælato, tunc enim nō posset id licite facere in fraudem, *fraus enim & dolus in foro diuino pariter & humano patrocinari non debet alicui.* Quoad secundū s. standum est statutis cap. g. & prouincialis non obstat, cōcessionibus Papalis circa hoc &c. notandum quod hoc est uerū si prædicta statuta fiant auctoritate apostolica ad reuocandū cōcessiones Papales utsupra, titulo absolutio. s. 7. notatum est. & quia Leo 10. fff. 17. ut habetur in compendio in hoc s. 12. concessit quod possimus accedere ad præfata monasteria, etiam ad loquendum cum monialibus secundum quod in nostris capitulis g. & pro fuerit statutum & limitatum &c. insuper quia in singulariis cap. g. fere semper habetur auctoritas Papæ ad omnia ibi statuenda &c. Ideo bene dicit collector generaliter loquendo ex præfata suppōne. auct. Papalis quod standū est stat. ca. g. & pro. Quoad fol. 18. ibi in questione collector dicit duo. i. quod Guardianus & custos qui potest licentiare suum subditū ad præfatum accessum seu ingressum (in casu quo permittitur) nō potest licentiare se ipsum, sed à superiori oportet habere licentiam pro se, ratio eius est, quia in prædictis priuilegiis & concessiōnibus non conceditur ipsis quod possint ipsis in prædictis casibus intrare seu accedere: sed quod de licentia superiorum intrent fratres seu accedant, nullus autem potest cum seipso dispensare aut seipsum absoluere seu iudicare, quia nullus iudex sui ipsius insua causa, & allegat ibi multis textus & doct. ad id, ergo. Sed salvo meliori iudicio, dicendū est quod custos & Guardianus bene potest licentiare seipsum sicut & suū subditū: nisi hoc ei expresse prohibatur per superiores: & ratio est, quia in actibus qui nō sunt iurisdictionis uel iudicariæ potestatis sed superioritatis, tātū bene potest quis licentiare seipsum sicut & subditos suos, quomo docunq; habeat talē potestatē, s. ordinariā ex officio aut ex cōmissione seu ex cōcessione facta sibi ratione officii, maxie per Papā, quia eo ipso quo ipsi confiditur ut possit licentiare alios, cōfiditur & cōceditur quod & seipsum similiter possit licentiare, nisi ut dixi specialiter id ei prohibeatur ex caula. Hoc patet in licentiā ad ordines ad itinerandū seu ut religiosus exeat claustrū ad studia &c. uel ut sit testis in testamēto &c. huiusmodi, ut recipiat legata, ut procuret pecuniā pro necessitatibus &c. ut de hiis & similibus patet in sum

# IN COMPEND.

mīstis, & alibi secundum subiectam materiā. Similiter secundum multos doct. prælatus concedens indul. potest eas lucrari sicut & subditi quibus eas cōcessit, ut patet in 4. dist. 20. & facit ad hoc Gaietanus 2. 2. q. 96. art. 5. dicens, quod in suis legibus potest superior eomodo secum dispensare sicut & cum suis subditis. ergo similiter potest prælatus seipsum licentiare ad accessum & ingressum sicut & suū subditū, quia similiter est actus supērioritatis non aut iudicariæ auctoritatis seu iurisdictionis. Ad ratios aut̄ seu auctoritates & doct. in oppo. allegatos per collectorē Respon. quod non sunt ad propos. Illa enim oīa procedunt & loquuntur de actibus iurisdictionis uel iudicariæ absolutionis, quia in hiis nemo potest esse iudex sui ipsius, neq; in se exercere tales actus iurisdictionis uel absoluīonis judicialis ut hoc latius regimur in quodam tract. de indulgentiis, & similiter de dispensatione uotorū & huiusmodi, quia tendit ad actū iudiciarum, uel quia specialiter prohibitur seu prohibitum declaratur ne s. quis possit secum dispensare sicut cum subdito, nisi in casu permisso: ut pote in necessitate quae non patitur moram & huiusmodi, ergo. Ego cum licentia ad accedendum seu ingrediendum monasteria, in casu aliis licito, non sit actus iurisdictionis uel iudicariæ absolutionis nec sit prohibitū ipsis superioribus seipso licentiare sicut & subditos uidetur quod possint seipso sicut & subditos licentiare: & facit ad hoc consuetudo quae est optima interpres omnium legum humanaū & æquia let legi. Neq; est dicenda corruptela cū non sit in se alias peccatum neq; peccatum fouens, ut patet. Quoad 2. quod dicit ibidem coll. quod s. min. prouin. cust. & Guard. non sunt illi prælati quibus in cap. fi. Ne prodilatōne de pœnitentia & remissi. conceditur à iure ut possint eligere confessorem ad libitum ubi unq; & quotienscunq; ut ibi prælatus ex ēp̄tus conceditur, & in hoc ipse sequitur. opin. Sum. Ang. tit. confessio. 3. s. 5. secundū Hostien. Parnorm. & Monald. Sed notandum quod opposi. tener Florent. 3. part. sum. tit. 17. ca. 2. s. & in 1. part. defecerunt ca. 2. dicens, quod inter prælatos inferiores episcop. quibus etiā ibi datur illa facultas eligendi confessore cōputatur prior uel alius talis qui in eo cōtractu nō habet superiorē. Et idē tener Siluest. tit. confess. 1. s. 8. post Palud. in 4. ubi etiā Silu. ex ēplificat de priore subiecto ab bat. Idē etiā tener Alex. de Ario fīs in sua summula part. 4. cap. 3. s. 6. ponens extra in epistolis qui sunt subiecti suo Archiepiscopo.

## ANNOTATIONES

Itē margarita confessorū fol. 8. agens de hoc ponit etiam Priorates prædicatorum & Guardianos fratrum, dicens eos habere hoc priuilegium dicti. cap. fi. de pœnitentia & remissio. & sum. Ros. tit. confessio. 3. § 37. & supplementum eo tit. §. 14. tacite uidetur idem sentire, ex quo indistincte generaliter dicunt quod oēs minores prælati exempti gaudent priuilegio dicti. cap. Ne pro dilatione. Item litera ipsius cap. fi. ubi in tex. ad literam sic habetur, ne pro dilatione pœnitentiæ periculū immineat animarū, permittimus Episcopis & aliis superioribus, nec nō minoribus prælati exemptis (ut etiam præter sui superioris licentiam prouidū & discretum sibi possint eligere confessorem) hæc ibi. Quæ uerba s. (præter sui superioris licentiam) cùm post omnia ponantur & nihil distinguant, ergo apprehendunt omnes minores prælatos exemptos, etiam non immediatos Papæ. Nam si requiretur (ut ait collector, cū aliis suæ opinionis) quod tales prælati essent subjecti immediate Papæ, certum est quod non ponerentur illa uerba (s. præter sui superioris licentiam) & facit ad hoc idem Panormi. ibidē dicens, quod prælatus ibi sumitur lata significatione, unde & ait quod rectores ecclesiæ ibi comprehenduntur, ergo uidetur intentum pro hac 2. opinione contra primam opinionem collectoris & aliorum quo s ipse sequitur. Et ad hostien. qui fuit caput illius primæ opinionis collectoris dico quod nō est locutus assertive sed tantū dubitatue, ut potest uideri ex eius uerbis, & si loqueretur assertive sic opinando, dico quod non ualeat eius glossa aut opinio contra textum apertum. Notandum tamen quod Guardiani minorum uirtute huius concessionis, non possunt absoluī ad libitum de casibus reseruatis tam prouincialibus, q̄ aliis uirtute regulæ seu alterius iuris: quia super hoc nihil conceditur in illo c. fi. Notandum etiam quod hoc dictum priuilegium, seu concessio iuris communis concessa à Papa dictis prælati non potest tolli per statuta ordinis aut per prælatos superiores, nisi ad hocha beant auctoritatem à Papa, quia inferior non potest tollere cōcessionem superioris, ut sup. fol. 214. Super tit. absolu. ordi. quo. ad fratres. s. 7. notatum est. Sed an iam statuta ordinis auctoritate Papæ abstulerunt hanc concessionem à Guardianis, an non uidetur quod non, illud aut quod habetur in constitutionib. ordinis quod s. fratres nulli confiteantur, ubiq; etiam hospites, nisi de licentia

## IN COMPEND.

Licentia prælatorum secundum priuileg. Bonif. 8. constat quod solū loquitur de subditis, non de prælatis quibuscumq; quorum nomine etiam guardiani intelliguntur, ut inf. tit. guardianus. s. primo habetur.

Similiter an præfatum priuilegium sit iam perditum quo adipos guardianos per non usum aut per consuetudinem contraria aut per contrariationem eorum qui ostendentes hospites in conuentibus aliis non nisi de licentia aliorum prælatorum in quorū conuentibus sunt confitentur; uideatur quod non, ad quod facit & uideatur quod supra dictum est tit. absolutio quo ad seculares primo, super §. 19. notatum est, & longiore examinatio ne opus est, & super diu standum censeo consuetudini ordinis legitimæ præscriptæ & approbatæ.

## Alienatio bonorum.

Quoad §. 1. ubi collector agit quomodo per syndicū possumus al enare res pertinentes ad Papā & impignorare &c. latius uid. supra in medulla. cap. 4. q. 16. Et quo ad impignorationes latius uid. supra in nostro tractatu Expositio super regul. min. cap. 6. q. 5.

## Apostatæ.

Quoad s. 5. notandum quod tempore ipsius Martini s. fuit concilium Constan. in quo & ipse electus & magnum scisma finitum est, anno Do. 1417. ut habetur in summario pontifi. in lib. ordinis fol. 11. in quo concilio (ut habetur fol. 27.) statutum est quod nostri fratres non fierent Capellani honoris, nec maneat continue in domibus secularium causa confessionis uel alias.

Quoad s. 24. notandum quod idem Iulius fiff 7 o. idem latius confirmauit & statuit quoad fratres min. & prædicatores quod s. etiam causa studii uirtute quorumcumq; priuilegorum seu statutorum etiam ipsarum uniuersitatum non possint extra ordinem commorari sine licentia ipsius ordinis secundum mores consuetudines & statuta ordinis ipsius, & notandum quod ualeat pro stu dentibus

## ANNOTATIONES

dentibus in uniuersitatibus quibuscunq; de quibus latius in compendio infra s. 30. & infra tit. studentes fratres. Item idem Iulius 2. fff. 13. cōmittit prælatis & cæteris indignitate cōstitutis, ut examinent literas fratum nostrorum qualitercunq; ab obseruantia nostra uel ab ordine exeuntium in quocunq; habitu fuerint domus aut conuentus nostri ordinis.

Quoad s. 28. ubi Iulius 2. statuit quòd promoto ad sacros ordines in religione August. habeatur pro professione &c. uideatur an idem si iudicium in aliis religionibus mendicantibus & antagonis fauorabile possit eos coicari, aut coicetur, & quem effectum habeat illa professio tacita, ut infra tit. Nouissim s. 24.

Quoad s. 30. notandum quòd idem Leo 10. fff. 94. anno Dom. 1517. uiuæ uocis oraculo fecit magnam concessionem quæ sublequitur, s. concessit nobis in perpetuum quòd possumus recuperare nostros fratres qui quomodo cunq; de nostra obedientia exierunt, & illos ad regularem uitam tducere. Non obstante quòd dicti fratres habeant quascunq; literas Apostolicas etiam si in eis sit derogatum oib; concessionibus in fauore nostrum & nostræ obseruantæ & contradicto; aposatas habitis. Et uoluit quòd etiam si in literis dictarum exemptionum sint iudices deputati exequutores, & etiam si dicti iudices uel eorum aliqui fulminauerint, censuras nihil minus dicti fratres min. possint recuperare, corriger, castigare & detinere fratres suos, & hoc in foro conscientiæ tantum. De foro uero contentioso quando iudices ad petitionem illorum contra dictos fratres procederent essent examinandæ literæ exemptionum suarum cum literis reuocatoriis ordini concessis, & tunc esset standum fortiorib; & de hac materia apostatarum uideatur etiam in eodem compendio tit. correctio. tit. exempti fratres.

## Benedicere ecclesiastica

Quoad s. 3. ubi ponitur concessio loa. 22. facta Carmelitis, notandum quòd Bonif. 9. fff. 119. idem concessit ordini prædictorum quòd frates ipsius ordinis ubilibet constituti possint ipsi benedicere candelas, aquam, salēm, palmas & oīa ornamenti in ipsorum ecclesiis seruatis solemnitatibus consuetis.

## Bona.

Quoad s. 4. notandum quòd illud priuileg. Clem. 4. de quo ibi

## IN COMPEND.

biagitur, in mari magno Carmelitarum (ut etiam r eſertur fff. 134.) extenditur & conceditur etiam prioribus conuentuū ipſorum, & per coiocationē priui. ut cōceditur ſimiliter Guardi. min.

Quoad s. 10. ubi ponitur concessio ulii 2. fff. 7. notandum quòd idem concessit Leo 11. fff. 122.

## Canonica portio.

Quoad s. 4. ubi ponitur statutum ex iure coi, uid. latius infra in compend. tit. concordia s. 2. & tit. conuentiones, quia ſaltem quoad pacta faciunt ad propositum huius s.

Quoad s. 6. ubi Sixt. 4. eximit nos à canonica portione, uide in compendio tit. exemptio, s. 22. quomodo idem Sixtus eo. 6. 1. ff. 145. infligit censuras graues contra molestantes nos uel hæredes aut exequutores præfatorū testamentorum occaſiones p̄predictæ canonicae portionis contra præfatum priuilegium.

## Clausura monialium.

Quoad s. 1. ubi collector dat duas rationes quare ecclæſia potuit obligare moniales ad clausuram contra ipsarum voluntatem & inducere uitam ſtrictiorem iphis, notandum quòd prima ratio uideatur melior, ut habetur in ſum. Ang. tit. religio s. 29. & Silue. religio s. q. 6.

Quoad hoc ſunt ſeptem notanda, præcipue quo ad clausuram tertiariorum in congregatione uiuentium ſecundum regulâ Leo 10. ut hæc oīa notauit quidā pater ſatis in huiusmodi eruditus. Primo notandū quòd illud ius cōmune in cap. periculoſo de ſtatuto regul. li. 6. nō cōprehendit tertiarias in coi uiuentes tria uota ſolēniter emittentes. Ratio, quia regula ſua per Leo 10. a dīta & cōfir mata post illud ca. cōfessit eis quòd nō teneantur ad clausurā niſi illæ quæ clausuram uouere uoluerint ut patet in earum dicta regula cap. ultimo. & ſimiliter multæ aliae moniales aliorū ordinum utpote beati Bernardi & beati Benedicti & aliae huiusmodi, in hiis tēporibus neq; uouēt clausurā neq; ad eā uouendā tenentur, neq; per ecclæſia aut per prælatos ad eam aſtrīnguntur uniuersaliter. Secundo notandū quòd ille tertiaræ quæ clausurā uouere uoluerint tūc ſolām tenebuntur eā ſeruare eo modo quo ad eā ſe obligeare intendebat quādo uouerūt absolute uel limitate uel in toto

## ANNOTATIONES

parte & non aliter nec amplius. Ratio, quia uotum non obligat ultra intentionem uouentis ex quo est libera & voluntaria pro missio Deo sancta secundum coiter doct. in 4. dist. 38. uideatur si placet Bonavent. ibidem art. primo q. 1. & Richar. ar. 2. q. 2. & c. Et ad id facit cap. exiit de uerbo signi. lib. 6. s. nos obscuritatem in uers. nisi professor huiusmodi & c. & cap. licet extra de uoto, & ad id facit l. obligationum l. 1. ff. de actionibus & obliga. ubi dicitur quod non satis est dantis esse nummos & fieri accipi entis ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari & accipi ut obligatio constituatur. Ideo tertio notandum quod si in uouendo clausuram eam absolute uouerunt nihil excipere intendentis neq; exprimentes ullam limitationem sed absolute sicut aliae moniales uouentes clausuram eam uouerunt, tunc intelligitur quod eam uouerunt & tenentur seruare absolute sine exceptione aliae sicut & aliae moniales coiter clausuram uouentes & seruantes ex regula (excepto in casu ad curandum infirmos ut ipsis tertiaris uouentibus clausuram specialiter regula concedit. De quo latius infra in quinto notabili dicetur) Et ratio huius tertii notabilis est dx. prima, quia uerba absolute sine exceptione intenta specialiter aut expressa sunt absolute & generaliter intelligenda, ut in cap. quoniam, ut habetur extra de decimis ad audientiam. Item se cunda ratio est, quia ut ait Vlpianus in l. semper instipulationibus, ff. de reg. iur. si non appetet quid actum est, consequens est ut id sequamur quod in regione in qua id actum est frequentatur. Ex quibus uerbis uidetur quod uotum clausuræ absolute factum a prædictis tertiaris debet intelligi & seruari secundum ius commune in d. cap. periculo, uel ut coiter seruatur ab aliis monialibus uouentes clausuram in eadem regione, maxime ab illis quæ sub ea dem obedientia uiuant: quales sunt moniales sanctæ Clarae, aut immaculatae Conceptionis in hiis partibus Hispaniæ, ubi sunt oes prædictæ religiosæ de quibus tacitum est.

Quarto notandum, quod si aliqua tertiaria nollet uouere clau suram & uelit esse religiosa profiendo alia uota tantum in monasterio tertiarum uouentium clausuram, non solum potest non admitti & non recipi, sed & iam potest & debet expelliri nollet expresse & uere promittere clausuram sicut aliae omnes communiter eiadem monasteriū uouent, & si in professione quando cum aliis

## IN COMPEND.

aliis tribus uotis uouit qui sem expresse clausuram, sed frauduler ter, quia s. non intendebat uere ad clausuram quam uerbo tantum uouebat ie obligare: tunc in foro conscientia licet ratione uoti quod non est non teneatur ad claustram, tenetur aen ratione scandalui uitandi, & in foro exteriori ecclesiastico non credetur ei quod tam intentionem fraudulenter habuit contra uerba expresa libere uoluntatis, & cogetur ibi stare & seruare clausuram, quia in uoto communis intentio cuiuscunq; debet interpretari secundum communiter uouentes & secundum statuentes aut secundum communitatem illam, ut communiter dicitur a doctoribus de religioso uouente alia tria uota communia religiosis. Quod si omnino pertinaciter noluerit seruare cum aliis clausuram quam ipsa specialiter noluit neq; intedit uouere expresse aut in animo suo, tunc propter scandalum & dissimilitatem uitandam est repellenda & eiicienda talis tertaria. Nam eo ipso ostendit se nolle cum aliis religiose uiuere eodem modo sed uult esse singularis, & eandem terram eiudem monasterii seminarie uult diuersis seminibus & ueste lana & lino. contexta indui, contra illud quod mistice prohibetur Deuteron. 22. & tali potest dici illud Genes. 19. ingressus es ut adeuena, nunquid ut iudices, ergo. Quinto notandum quod prædictæ tertiaræ absolute uouetes clausuram quis eam teneant seruare sicut aliae, ut dictum est in tertio notabili, tamen hoc non obstan. possunt egredi ad curandum infirmos sicut moris est in eadem regione talibus tertiaris visitare & curare infirmos. Ratio huius est, quia sua regula per Leo. 10. ca. ultimo id eis concedit specialiter & expresse, ergo secundum hanc exceptionem iuris intelligitur suum uotum etiæ absolute factum notanter dictum est, (Sicut moris est ipsis in talia regione &c.) Nam ubi non solent tales tertiaræ visitare & curare infirmos quando non uouebant clausuram, aut quando eam uouebant, iam non possent egredi ad taalem visitationem & curationem, quia regula solum id concedit pro illis partibus ubi est talis consuetudo ipsis tertiaris. Notandum etiam quod ad hoc in partibus ubi esset talis consuetudo non possent prædictæ tertiaræ uouentes clausuram egredi ad alia negotia principaliter sub prætextu egredendi ad curandum infirmos, quia fraus & dolus nemini patrocina tur neq; in foro Dei, nec ecclesiaz, ut est regula iuris. Notandum etiam

## ANNOTATIONES

etiam sexto quod adhuc in partibus ubi esset talis consuetudo egrediendi ad uisitandum infirmos & cetera, posset praelatus tam egressum eius prohibere, etiam si non uouissept clausuram, & hoc quando ipsi praelato uideretur quod talis egressus non expedit earum honestati & religionis reformationi & alia causa rationabili suadente, sicut & eadema ratione, scilicet religionis & honestatis debita obseruandae Papam ipso uuit clausuram obligatorie omnibus monialibus in dicto capitulo periculo, de statu regule, ut dicunt communiter doctores ibidem, & sup. collector terigit post s. primam.

Notandum secundo & finaliter quoad famulos seu alias seculares intrantes praedicta monasteria tertiarum uouentium absolute clausuram, quod tales seculares non possent ingredi nec admitti intra praedicta monasteria nisi in casibus licitis & necessariis quomodo & in quibus de iure communi, & consuetudine approbata possent ingredi & admitti ad alia monasteria eiusdem regionis seruantia clausuram, ut in tertio notabili dictum est per easdem rationes. Maxime quia moniales praedictae per suum uotum clausuræ non possent deobligare alios ab eo ad quod ex iure seu aliunde obligantur, & secundum regulam iuris. Accessorium naturam sequitur principalis, & qui uult principale ex consequenti, vult aut uelle tenet accessorium de officio legat. capitulo præterea in textu & glossa, & Bonaventura in quarta distinct. 8. articulo primo, & quæstione prima.

Nunc autem à iure prohibetur ne ad monasteria religiosarum quarumcunque uouentium clausuram ingrediantur aut admittantur aliae personæ nisi in casibus concessis ut dictum est, ut patet in d. capitulo periculo. Et aliquando imponitur ex communicatio synodalis aliter intrantibus, ut patet de hoc in Siluestr. titulo excommunicatione, secundo dub. primo, post notabilia quomodo quis incidat excommunicationem per statuta synodalia quoad prædictum ingressum monasteriorum exemptorum, & insuper alia poena pecuniaria imponitur & corporalis. Ergo famuli & alii non possunt intrare nec admitti ad praedicta monasteria, nisi ut dictum est.

Quoad

## IN COMPEND.

Quoad sol. 30. & cetera, ubi collector ponit casus in quibus licitum est monialibus sanctæ Claræ egredi clausuram, & tandem dicit quod in nullo casu incurruunt præfatae moniales sanctæ Claræ excommunicationem excundo clausuram, nisi quando irent ad curiam Romanam, ut habetur in decimo testio capitulo Regulæ ipsarum, uel quando apostolando dimitterent habitum secundum ius commune. Notandum quod ibi solùm loquuntur & est uerum de monialibus sancti Domini ex euentis clausuram, nisi secundum formam suarum constitutio num incurrent excommunicatione ipso facto, & similiter quoad alias potest statui & forte alicubi particulariter statutum est per Pam aut per statuta synodalia aut prouinc. aut per cap. g. uel prouinc. aut per praelatos, de quibus oibus, quia particularia sunt non potest haber plena certitudo, nisi ab ipsis ad quos ista pertinent seu quos tangunt.

Quoad tol. 31. ubi ponitur determinatio in casu infirmitatis curandæ moniales, an de licentia prouinc. possit egredi clausuram. &c.

Notandum quod determinatio collectoris ibi posita quæ etiam habetur siff. 2. dub. 2. in decisionibus dubiorum in supplemento ordinis est tenenda. Quod si contra eam arguatur quod cum uoti uenit ad casum seu statutum in quo à principio ueneri ualide aut licite non poterat, iam ipsum uotum factum non obligat pro tunc, stante tali casu, ut est communis regula doctorum ex Beato Thomâ in quart. distinct. 8. quæstione tercia, in respons. ad primum: & concordat ratio aperta ad id, ut communiter adducitur à doctribus, quæ pro nunc supponatur: & concordat regula iuris, quod lex seu dispositio seu uotum cum uenit ad casum in quo incipi non poterat, non tenet. Sed uotum clausuræ non ualeret in casu grauis infirmitatis imminentis ex talis uoti obseruantia seu emissione, ut probatur infra in fine, ergo ipsum uotum iam factum de clausura non tener, uel saltem non obligat in uitam monialem in casu quo ex infirmitate diceretur à medicis quod probabiliter speratur mors de longinquu aut imminet incurabilitas illius infirmitatis, non

## ANNOTATIONES

si non ex inde, ergo etiam de licentia petita licet non obtenta; min. prouinciali possunt moniales in tali casu exire clausuram procuranda infirmitate, &c.

Respondeo dupliciter, unum modo ad maiorem dico quod illa maxima solum est uera in uotis proprie dictis in quibus. soli Deo acquiritur obligatio. Nunc autem in professione seu uoto solemnis sit obligatio non solum Deo sed homini s. praelatis seu ecclesiae. ergo non procedit ratio, ut sup. cap. 2. q. 6. in Respō. ad tertium argumentum habetur.

Item secundo modo Respondeo etiam, si cōcedatur illa maior negando illam maiore, & ratio est quia suppositis secundis coiter doct. quod licitum est, licet non necessariam obseruare. rigorem abstinentiae seu continentiae seu virtutem quamlibet heroycam procurare per aliqua exercitia alias licita, quamvis ex tali obseruātia seu exercitio riguroso incurritur aliqua praua ægritudine seu continueretur infirmitas & abbreuietur uita, nontamen notabiliter & sensibiliter, & dummodo per ea exercitia non retrahatur seu impediatur notabiliter ab aliis qui sibi necessario secundum suum statum inueniuntur facienda. ut de hiis late Gerson. Alphab. 39 litera k.m. &c. in tract. an Cærthusien. licite abstineat à carnisbus, & latius Mart. de temperatia, q. 39. quo supposito iā eadem ratione patet licitum esse ante uotum factum seruare clausuram tanquam abstinentiam quādā in seu exercitium exzelō virtutis & propter cauendam occasionem peccati &c. etiam in casu ex quo talis abbreuiatio non est notabilis nec sensibilis, nec per talem infirmitatem ex clausuræ obseruantia peruenientem tollitur aut impeditur puritas animæ aut debita obedientia ad Deū & rationem nec impeditur quin possint uirtuose agere contemplando, orando uel alias ut possunt & ut tenetur cum tali dispositione corporalis infirmitatis existē. uel saltem uirtuose patiuirtus cum infirmitate perficitur i. Corinht. n. & quidem sicalis uult potest licit uirtuose agere ut potest, orando &c. & patiēter ferre infirmitatem & alia ad uestra inde sequentia, iā ex hiis patet ratio negandi minorem suprapositam in argumēto, & similiter patet ratio probatione intentum determinatum à collectore. Nam uotum bene cadit, immo & proprie cadit & specialiter super id quod est licitum & super erogatorum aut heroycum quomodo cunque (ut patet secundum

## IN COMPEND.

secundum Beatum Thom. ubi sup. & secundum coiter docto. & tale uotum iam factum erit obligatorium, ut patet. Sed uotum de clausura etiam in casu supradicto est huiusmodi, quia s. est de re licita & super erogatoria &c. ut patet ex dictis: ergo potest licite fieri in tali casu, iam factum obligatoriū: & ergo determinatio collectoris uera. Nec obstat dicere pro probatione minoris suprapositæ, quod talis monialis infirma propter clausuram iam nil boni agere potest, & est omnibus monialibus suæ domus onerosa, odiosa &c. Sicq; uidetur contra uirtutem manere ibi cum tali infirmitate, aut uelle inanere in tali infirmitate propter clausuram, & per consequens clausura talis uidetur contra uirtutem in tali casu & illicita: quia respondeo, quod si ipsa monialis infirma in casu prædicto uult, potest uirtuose agere orando, cōtemplando, & alio modo, ut commode potest in tali infirmitate: nec ad aliud tenetur. potest etiam uirtuose operari per patientiam ut dictum est, & ex quo iam fecit uotū de clausura seruanda, tenetur eā seruare sicut dictum est, ut ius disponit, & tenetur se disponere ad uirtuose agendum & patientiū ut oportet, & ut diximus: secus si ex tali obseruantia clausuræ imminet notabilis & sensibilis uitæ abbreuiatio seu mors aut ratiōis lœsio, aut indispositio ad animæ puritatem habendam, ita quod nō nisi per exitum clausuræ posset remediari, tunc enim nō teneretur ad clausuram ut dictum est, & hoc tamen probat argumentum & nil aliud, ut etiam habet Gers. ubi sup. litera f. alph. 39. & Martinus. ubi supra, quæst. 38. 39.

## Communicatio priuilegiorum

Quoad s. 1. Notandum quod idem Sixt. 4. fo. 64. & ff. 96. uiuæ oratione concessit nobis Cismon. gaudere omnibus gratiis, indulgentiis & priuilegiis quomo docunq; concessis fratribus ultramontanis & econtra, ac si nobis specialiter concessa fuissent. Item idem Sixt. 4. excommunicauit fratres min. & prædicatores admittentes ad communicationem priuilegiorum suorum & immunitatum sui ordinis quoscunq; laicos utriusq; sexus, nisi eo modo quo infra tit. excommunicatio s. 14. habetur, ibi uide annotationem factam super hoc.

DDD

Quoad

# ANNOTATIONES

¶ Quoad s. 13. ubi ponitur coicatio lulii 2. fff. 74. & ff. 228. concessione 533. de vicariis conuentuū ordinis prædicatorū ad uicarios conuentuū nostri ordinis. Notandum quod noīe uicarii debent intelligi illi quos nos uocamus præsidentes conuentuū. ut sup. tit. absol. ordinis quoad fratres. s. 7. ait idē collector in compend. & tit. uicarius s. 5. ¶ Quoad s. 14. ubi ponitur concessio Leo. 10. notandum quod idē Leo 10. fff. 41. 42. extendit oēs nostras indulgentias &c. indulta ad moniales l. Claræ uostre curæ subiectas & ad ancillas b. Mariæ uostre curæ cōmissas. ¶ Quoad s. 39 ubi ponitur concessio Leo. 10. & Adriani 6. facta germanis ordinis s. Trinitatis. uide in eo. cōpendio tit. indulgentiae. quoad seculares 4. post s. 16. de quibus germanis id intelligatur. & in eo tit. s. 23. de quibus indulgentiis hoc intelligatur. quia nō intelligitur de plenariis. ut ibi ait collector. ¶ Lande quoad hanc materiā coicationis priuilegiorū. Notandum quod illi quibus coicantur priuilegia aliorū ordinum ac si ipsis specialiter concessa fuissent. quales sunt oēs mendicantes & etiam ali religiosi supradicti in hoc tit. coicatio priuilegiorū. possent æqualiter & ex quo gaudere prædictis oībus priuilegiis. sibi coicatis. etiam cōtra illos quibus concessa fuerant: per quorum cōmunicationē ipsi gaudent prædictis priuilegiis: ratio quia iam facta sunt sibi propria & nō habent ea dependenter ab aliis. sed independenter ac si ipsis specialiter concessa fuissent quomodo unq; illa se habeant circa illa priuilegia utendo uel non utendo eis. Sicq; in tali coicatione independenti. oēs qui dictis priuilegiis possunt uti adæquantur ex quo. Secus dicendum est de illis quibus nō sic specialiter & independenter coicantur. ut sunt familiares & donati fratrū & alii eiusmodi. quia nō possunt uti priuilegiis fratrū contra ipsos fratres quorum priuilegia illis coicantur. quia quid in fauore ipsorū fratrū principaliter concessum est (quod s. eorū familiares utantur ipsorū priuilegiis). non debent contra ipsos fratres seu eorum dispendium retorqueri. de reg. iur. lib. 6. de uerbo sig. quid per nouale iuncta gloss. quia & non ex quo gaudent sicut fratres prædicti. Similiter si fratres perdiderint tale priuilegiū seu si eo nō utantur. similiter perdiderunt & nō possent eo uti prædicti familiares eorundem fratribus. quia tales familiares &c. habent prædictum priuilegium cōmunicatū sibi dependenter apud dictis suis fratribus & minus principaliter.

# IN COMPEND.

cipaliter. Ideo cessante principali & fratribus fauore quorum intuitu principaliter tale priuilegiū ualebat. cessat & minus principale & accessoriū: & ad hoc sunt multa iura pariter cum ratione sua predicta. ut patet per Bart. l. 1. delegatis primo. per cia ex æqua &c. & l. amicissimus s. Lucius. & Panor. in ea. ex parte. deforo cōpe. ad finem & Bal. in l. oīa C. de episcopis & clericis. Et notandum quia ualeat ad multa. & ad hoc quod secundum priuilegia nostra & nobis cōnuncata ab aliis religiosis. ut dictū est. possimus nō seruare interdictū in nostris festiuitatibus. etiam si sit interdictum positū ab illis aliis religiosis. & licet talis nō obseruatio interdicti sit in eorū præjudiciū quia ex quo ac si nobis specialiter cōcessa fuissent coicata sunt. & facta nostra independenter talia priuilegia. ut dicrum est.

## Communicare.

¶ Quoad s. 8. ubi jull. 2. concessit nobis quod tempore interdicti possint seculares habentes facultatem audiendi diuina recipere sacramentum Euch. iuxta facultates illis concessas &c. intellige sic. s. si habuerint alias facultates etiam ad hoc. s. ad recipiendum taliter tempore interdicti sacram. Eucharistia &c. non autem illis hoc conceditur per hanc concessionem nobis factam. quis per hanc concessionem nos coram ipsis secularibus habentibus alias tantum facultatem audiendi diuina tempore interdicti bene possimus recipere sacram. Eucharistia & ipsis seculares possint esse praesentes (ut ait præfata concessio) & hoc clarius sic declaratum habetur fff. 101. pro communicatione priuilegia. uid. sup fol 217. super tit. accedere in s. 13. & infra tit. ingredi s. 34. fol 232.

## Commutare.

Quoad s. 3. ubi collector dicit cauendū esse ab illa dispensatione Leo. 10. quia est relaxatua ordinis. cōcedēs quod fratres accipiāt pecuniam &c. Notandum quod Papa id concedit cū duabus limitationibus s. pro rebus necessariis qui alias sine pecunia cōmodo haberi nō possunt. Possit peti & accipi triticum &c. ad cōmutādū. Secunda limitatio quod per Syndicū tales res distrahātur pro aliis necessariis hiis ergo suppositis cōstat quod ibi non est maior dispensatio neq; conceditur alia relaxatio maior. q; quod per

## ANNOTATIONES

Syndicū procurentur seu accipientur pecunia, sicut habent patres ultramontani, secundum const. Mart. §. quæ dispensatio an sit nobis licita & secura, & an nos cismon. possumus eauti, latius habetur utrum in expositione regulæ cap. 4. quæstio 16.

## Concilium

Quoad §. 7. quoad ea quæ ibi collector noat, uide ea quæ habentur notata infra tit. priuilegia, §. 15. & §. 32. &c.

## Concordia

Quoad §. 3. & 4. Notandum quod Leo 10. statuit sub censuris, quod nulli fratres nostri ordinis obseruantes seu conuentuales quoscunq; appellat bullistam &c. uel alio nomine irrisorio seu irrisorie, ut habeatur in compendio tit. obseruantes §. 7. &c.

## Confessiones & confessores

Quoad §. 4. Notandum quod per hoc priuilegium Sixti 4. quod ibi ponitur, non eximuntur fratres à præsentatione facienda ordinariis, ut pater in eorum mari magno, in lib. ordinis, in 2. tract. de qua præsentatione agitur in compendio tit. præsentatio confessorum, ibi uideatur &c.

## Conueniri in Iudicio

Quoad hanc materiam uideantur etiam ea quæ incompendio habentur, tit. exemptio, tit. priuilegia, & secundum subiectam materialiam, quia multa alibi dicta faciunt ad hæc.

## Conuentiones

Quoad §. 2. ubi collector allegat. c. fi. de pactis, lib. 6. qui uero illud uidere quantum attinet ad conuentiones, habetur in com

## IN COMPEND.

compendio titulo concordia §. 2.

## Conuentuales fratres

Quoad § 2. ubi collector uidetur reprehendere expulsionem incorrigibiliū secundū priuilegia Alexadri 6. dic quod si fiat cum debitiss circumstantiis quæ in eo priuilegio Alexan. 6. innuuntur, tunc debite fit talis expulsio, ut de hoc habetur in compendio tit. eiicere ob ordine §. 4. & ibi collector concordat cum hiis.

Quoad §. 10. Notandum an bona fratum conuentualiū nostri ordinis particulariter uenientium ad nostram obseruantiam, possint distribui & quomodo: uide in eo compendio tit. bona, post §. 13. quia à paucis circa id aduertitur, quod ibi notat collector. Item quod nullus iniuriet conuentuales uel obseruantes uocando bullistam, seu alio nomine irrisorie, uideatur in compendio tit. obseruantes §. 7. fo. 12 8.

## Correctio fratum

Quoad §. n. Notādū quod Pius 2. fff. q. 86. declarat & cōcedit quod min. g. habeat liberam auctoritatem & iurisdictionem super fratres existentes in quibuscumq; uniuersitatibus & priuilegiis illarū gaudētes auctoritate Apostolica, & de licētia ipsorum habita ad morandum in talibus studiis, committens ei plenissimam correctionem illorum cum graibus censuris in contrafacentes aut resistentes quomodolibet, uide infra §. 14.

Quoad §. 13. Notādū quod Six. 4. fo. 66. & fff. 149. cōcessit etiam quod min. ge. & prouinciales possint in suis administrationibus corriger & reuocare fratres deputatos ad prædicandum crucem, uel contra hæreticam prauitatem, uel ad huiusmodi negotia assumptos à sede Apostolica, & alios qd id substituere.

Quoad §. 14. & quo ad correctiones quorumcunq; fratum etiam exemptorum, etiam in uniuersitatibus & incuria Rom. existentium, uide latius supra titulo apostata, priuilegia, Alexandri sexti, Iulii secundi, Leonis decimi, & infra titulo exempti fratres.

Credo

# ANNOTATIONES

## Credo.

Quoad s. 2. notandum quod quis ibi dubitet collector an per totam ost. B. Patris nostri Francisci possit dici credo, de hoc iam non est dubitandum, quia in cap. g. Burgen. anno. domini 1523. ut habetur fo. 26. quod Six. 4. cōcessit posse dici credo in die b. patris nostri Frācisci, & per octauā & in cap. g. Meclinen. anno dom. 1494. habetur quod in octa. b. patris Francisci & omniū sanctorum debet dici credo in missa. Constat autē quod per totā octa. omnium sanctorum dicitur credo, ergo similiter per octauam b. patris Frācisci. Itē iam cōsuetudo quae est optima interpres legum & ualeat pro lege, sic iam interpretatur, & habent. & ideo iam non est de hoc dubitandum.

## Cruciata.

Quoad s. i. ubi agitur de correctione & potestate super fratres prædicatores cruciatæ &c. uide sup. tit. correctio, tit. apostata, tit. excepti fratres, in compendio in suis s.

Quoad s. 5. notandum quod Leo. 10. fff. 123. idem prohibuit, etiam Augustin. quoā ibidem s. 5. nobis prohibet. Tandem notandum quod anno domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio die 12. mensis Iulii, Reuerendissimus pater frater Antonius Orriz impetravit à domino Paulo 3. nūx uocis oraculo præfete fratre Ioāne de Aquilla socio eius & doctore erit Hispano, quod ne fratres min. querint pecuniam pro bullis lucrantis, possint lucrari omnes gratias spirituales & corporales seutemperales quae de eetero cōcedentur in omnibus bullis cruciarum quarum cunq; dummodo loco pecuniarum quae debent dari pro ipsis cruciatis lucrantis, dicant sacerdotes duas missas. Clerici autem bis psal. p̄c̄nitiales. layci uero' ducenta pater noster, & ave maria pro intentione pro qua cōceditur ipsa bulla & quod tunc fratres prædicti possint lucrari talem bullā seu cruciatam

## IN COMPEND.

ciatam, & eo gaudere omnino, ac si darent summam pecuniariam quae in ipsa bulla seu cruciata taxatur.

Sed ad prædicta oīa queritur utrum fratres minores possint accipere bullas cruciatarum generaliter omnibus Christianis concessas & ipsis uti ad omnia ibi concessa, maxime ut absoluantur ad libitum de reseruatis minist. prouin. & de aliis peccatis intra seu extra ordinem.

Respondeo per tria puncta: Quorum primum est, quod si constaret manifeste de uoluntate Domini Papæ, quod sic uellet concedere prædictam facultatem nobis ad prædicta, tunc nullum dubium esset super hoc. Constat enim quod Papa potest hoc concedere specialiter & generaliter quibuscumque Christianis etiam religiosis, & quonodo ipse uellet. Ex quo totum hoc negotium tangens iurisdictionem prælatorum aut iudicium spiritualium eius ordinationi & potestati subiciatur secundum communiter doct. & tunc secundum talem concessionem eius possent religiosi sicut & alii Christiani uti præfatis bullis quoad confessiones de reseruatis, & quo ad cætera secundū quod Papa illis concederer, sed quia de tali intentione Papæ nō semper constat sufficienter, ideo est dubium super hoc, sicq; uidetur dubium super facto. Secundum punctum est, stando in foro conscientiae & generaliter concessa omnibus Christianis, non intendit Papa quod nos fratres min. obseruare possumus eis uti quoad continentum & absoluendum indifferenti & ad libitum intra seū extra ordinem à peccatis reseruatis min. prouincialibus & forte negiā non reseruatis sine licentia ipsorum ministrorum. Similiter neque quoad utendum ipsis bullis ad ea faciendum quae uergunt probabiliter in religionis & obseruantiae seu uitæ religiose deformitatem, dissipationem, aut decolorationem. Ratio est, quia non est credendum quod Papa uellet concedere bullas in relaxationem aut dissipationem seu deformationem aut decolorationem uitæ religiosæ, ex quo id facere non possent præfati pontifices cum bona conscientia tanquam dissipatores & dificili ecclesiastici & uitæ religiosæ si ipsi essent satis informati de relaxatione religionis quae ex dictis bullis sequitur.

Et

## ANNOTATIONES

Ethoc est fundamentum theologorum, dicentium quod religio-  
sus non potest contra formam suam religionis exire pro lucrandis  
indulgentiis, & quod Papa non debet concedere eas sic, quod pro  
eis lucrandis detur occasio dissolutionis religionis, quodque sicutem  
per presumitur de mente Papae, ut potest uideri in B. Tho. 3. part.  
sum. quae. 2. art. 2. & in 4. dist. 20. communiter doctores, ergo  
patet ista maior. Sed per predictas bullas seu ex ipsis si eas ad pre-  
dictas confessiones & alia eiusmodi supradicta licet religiosis  
accipere & eis indifferenter uti, sequitur seu datur efficax & pro-  
pinqua occasio dissolutionis uitae religiosae & disciplinae regula-  
ris, pravaque libertas incentiu atque fomentum peccatorum, proni-  
tasque ad liberius peccandum contra castitatem & contra tempe-  
rantiam & contra alias uirtutes plus in religiosis quam in secula-  
ribus, quod patet, quia uoluntas hominis que naturaliter mittitur  
in prohibitum quo magis astricta tenetur, eo liberius soluitur in  
prohibitum, data occasione solutionis, Sic ergo contingit in reli-  
giosis qui sunt praeter ceteris magis religati per uotum castitatis. Hoc  
etiam patet per experientiam quam non nisi proterius negabit, aut  
qui non bene nouit mysteria abscondita huius negotii: qui qui  
non uidet sensu hominis ad malum pronus, prionoresque indies  
magis fieri ad malum, maioremque iacturam, dissolutionem, infamiam &  
decolorationem religionis fieri coram Deo & homini-  
bus, uel ex paucis peccatis aut casibus religiosorum paucorum,  
quam fiat in statu Christianismi ex lapsu multorum Christianorum  
aut clericorum. Quo enim candida uestis seu pupilla oculi pulchri-  
us fulget, eo fœdius uel ex paruula macula tota perditur uel for-  
datur. Patet idem, etiam quia ideo in religionibus facta est reseratio  
casuum religiosorumque religatio per ceremonias & alias discipli-  
nas statutas eisdem, ut sic praeter ceteris secundum eorum nomen  
sint ad uirtutem magis religati, igitur si per bullas a predictis  
vinculis soluerentur, certe iam eorum religio dissolueretur, eorumque  
uita a rigore suo soluta, secularem sibi uendicaret libertatem, esset  
que saltem in huiusmodi statutis aut ceremoniis uita peniten-  
tium religiosorum & que ad peccatum libera, sicut & secularium  
Tandem hoc idem expresse testificantur Six. 4. fo. 54. Inno. fol. 56.  
Leo. 10. ff. 48. in suis priuilegiis dicunt clare quod per tales bullas

&

## IN COMPENDIUM

& libertates dissoluitur religio occasionaliter, & que experientia  
didicerunt quod earum praetextu religiosi ad illicita prolaborunt  
quodque ideo eas reuocant & declarant quod non possent eis uti  
sine licentia suorum prælatorum, ut proxime dicitur. Neque est  
credendum tot prælatos religiosorum relationem falsam predi-  
ctis pontificibus fecisse, de dissolutione religionis per tales bul-  
las, mentitosque fuisse, dicentes per experientiam hoc comperisse.  
Nulla enim ratio suadet tam male suspicari de prælati, ergo pa-  
tet ista minor, s. quod per tales bullas datur occasio dissolutionis  
religionis, ut dictum est.

Igitur concludamus quod cum Papæ non constet hoc quod  
est de facto, s. quod per bullas praefatas ad predicta datur occasio  
dissolutionis religionis: quod si constaret idem non est credendum  
quod culpabiliter eas concederet in dissolutione religionis quan-  
do ab eo tales bullæ impetratur. Sequitur ergo quod saltem quo  
ad nos in foro conscientiae, saltem quoad predicta sunt surrepti-  
cia, seu quod Papa pro nobis non intendit eas concedere, ut di-  
ctum est, quantumcumque generaliter de omnibus sonaret Chri-  
stianis etiam religiosis mendicantibus. Clausula enim generalis  
debet limitari & interpretari secundum ius diuinum & humanum  
neque debet extendi ad ea que quis non esset uerisimiliter conces-  
sus in particulari, si ei oio de causa & de aliis inconuenientibus,  
inde sequentibus constaret, maxime in materia oportosa que militat  
contra ius commune uel diuinum, qualis aliquotmodo uidetur  
esse in proposito, (ut est cois regula & practica doctorum).

Immo dato sed nondum concessso quod Papæ intendet expresso  
se quod nos fratres min. possemus accipere praefatas bullas & eis  
uti in omnibus ibi contentis, non tamen possemus adhuc uirtute  
earum absolui ad libitum per quemcumque referuatis min. pro-  
sue eius licentia. Nisi hoc Papa specialiter aut aliter sic exprime-  
ret, ita quod de hoc sufficienter constaret (quod uix in bullis ex-  
primitur) Nam licet in praefatis bullis concedatur accipientibus  
eas quod possint absolui ab omnibus etiam referuatis Papæ, hoc  
non sufficit pro casibus secundum regulam & eius uotum refer-  
uatis min. proin. oportet enim quod concederetur quod possent  
absolui ab omnibus casibus referuatis, etiam si per regulam  
aut per uotum aut statutum tenerentur recurrere ad alium &c. &  
EEE facit

## ANNOTATIONES

facit ad hoc cap. cùm nos, de hiis quæ sì. à ma. parte capit. & de constitut. cap. i. lib. 6. & gloss. in ca. cùm nondoleat de electio. lib. 6. & in Clementina dudum, s. penult. de sepulturis: & Ludouicus Ro. in suis nota. uolens quod conuentio uel pactū iuratum non tollatur per clausulam generalē ( non obstantibus quibuscunq; pactis ) Sicq; patet quod licet à casibus reseruatis etiam Pa pæ concedatur quod possimus absoluī, non tamen possumus à casibus prædictis reseruatis min. pro. secundum regulā &c. Quia ut habetur in cap. translationem, de officio deleg. in istis exorbitantibus & prohibitis non sit extensio de uno casu ad alium etiam per maioritatem rationis.

Et conformatur hoc, quia omnes fere Pontifices qui similes bullas dederunt postea informati de prædictis periculis quo ad nos ex illis bullis prouenientibus, declarauerunt quod scilicet in suis bullis quantumcunque generaliter sonarent, quod omnes Christiani etiam religiosi quicunque mendicantes, possent eas accipere & eis uti. Declarauerunt quod non poteramus nos, sed neq; de nobis intenderunt præfati Pontifices loqui, Ne per tales bullas dareturnobis occasio ad relaxationem disciplinæ regularis, & libertates incentiuñq; ad peccatum, ut patet in priuileg. Six. 4. Innoc. 8. & Leo . 10. ubi sup. similiter nunc est credendum s. deracta & non culpabili uoluntate cuiuscunq; Papæ, Nisi oppositum sufficienter constet, ut dictum est.

Et faciūt adhoc concessiones Leo. 10. quas hic refert collector compendii in hoc titulo, s. tertio, quarto, quinto. Faciunt etiam adhoc duæ alias declarations. Altera capitule. general. Burde galen. quæ habetur in compendio titulo absolutio , extra ordinem quoad fratres post s. 10. fol. 9. & altera. Reuer. min. g. fratri Francisci de Ang. quæ supra posita est eo tit. & eo s. 10. in hiis annotationibus. Quasdam alias rationes ad confirmationē prædictorum ponit collector in hoc s. 5. utpote quod accipere tales bullas est contra obedientiam, contra paupertatem, contra prohibitionem de pecunia: qui quidem rationes nihil aut parum ualent. Constat enim non esse contra obedientiam quod fit de licentia aut concessione superioris, aut Papæ, quanto magis quod parum ibi conceditur per quod eximantur ab obedientia, ut patet

## IN COMPEND.

ter. Neq; contra paupertatem aut contra prohibitionem de pecunia est ea procurare pro indulgentiis aut pro aliis gratiis oportunitatis & comodiis habendis. Nam non requiritur quod sit necessitas strictissima pro qua sit procuranda pecunia: sufficit enim quod sit necessitas comoda & oportuna corporalis seu spiritualis talis, s. quod sine illa nisi ei prouideatur non posset fieri aliquod magnum bonum, uel uitari aliquod malum magnum, ut de hoc latius nos egimus supra in expos. reg. frat. minorum, cap. 4. q. 7. ibi uideatur, ergo nisi etiam occasio supradictorum malorum non esset contra articulum paupertatis aut pecuniae nobis prohibatum procurare pecunias pro prædictis bullis continentibus alias contrarias nobis commodes & oportunas spirituales seu corporales, ut dictum est, quamuis fff. 60. in relatione facta domino Leoni decimo pro impetranda declaratione quæ ibi habetur sit hæc causa inter alias quod scilicet sit contra articulum de pecunia tales bullas procurare. Dictum est enim quod non est ita, & tamen ipsa concessio seu declaratio Leonis decimi, est ualida propter alias causas ibi expressas, & propter rationes supradictas ut proxime in 3. puncto dicemus.

Quod si quis dicat quod Papa bene instructus de tyrannide prælatorum in subditos uult aliquando per tales bullas misericorditer agere cum subditis, eos à iugo captiuitatis & seruitutis releuando ut uiuatur in spiritu libertatis, habeantq; facile remedium quotiens ut homines ceciderint in casus reseruatos &c. huiusmodi. Respondeo non est ita, Imo satis faciles se exhibent prælati ad concedendum & committendum tuam auctoritatem ad absoluendum de sibi reseruatis quoties ab eis petitur, nec infideles sunt contra sigillum confessionis. Nisi quod oportune prouident de remedio talibus quos sciunt fragiles esse, quia prout commode possent sine eorū infamia remouent ab eis omnes occasiones ruinæ ( id plane quod facere tenentur ) ecce quos & quae uocant tyrannos. Etesto quod unus item alter dure aut infideliter & tyrannice, ut ipsi dicunt, ageret. Siccine continuo omnes in eadem damnatione & appellatione sunt tyranni? Vnde vox hæc à discholis primum orta est, & ad probos usque uiros

# ANNOTATIONES

uiros sub colore misericordia circunuēto, nunc peruenit, quia tirannoſ appellaſt diſcoli p̄alatoſ illoſ qui ſunt uigilantiiſſimi ad ſalutem ſubditorum, quiq; paterno affectu illorum ſaluti & decori religionis conſulentis ſtingunt lera, occaſiones remouenteſ ab eis ne laxiſ haberiſ iſpiſ effreneſ & indomiti ad uiciorum p̄cipitiā currenteſ ſeſe p̄cipiteſ in iñfernum dent. Ali qui autem dicunt quōd de facio Papa uult & intendit nos fratreſ min. accipere poſſe bullas & uti eis omnino, tum quia Papa conſultuſ ſuper hoc ſic respondit, & ſimiliter eius commiſſarii bullarum, tum quia expreſſe bulla ſie ſonat, nō odo culpabiliter modo non id uelit Papa. Ad quod dico ſi ſi eſt, nō eſt dubium ſuper hoc. Igitur quoad 2. punctum tenendum uideſtur ut diſcipliua eſt tanquam ſecurius pro foro conſcientiæ: nam de contentiōſo contendere nolumuſ de ſonitu & rigore uerborum coram hominib; & in foro iudiciali ubi de exteriorib; & per exteriora iudicatur. Nunc autem quia coram reſ agitur, ideo uniuersiueq; conſcientia conuenit ad limites rationis ædificationemque religioniſ: uideatq; quomodo ſe dubio exponat cuim in dubiis tutior pars eligēda ſit, attendatq; uir religioſus, quōd tales bullæ ſeu cruciatæ ſaſe extorquentur à Papa earumq; commiſſarii, ut accuñulatiuſ recuperent ſuam pecuniā, declarare ſuper hoc aliqui poſſunt (& forte aliquando contingit) id quōd teu quomodo Papa nondum ſomniuauit, uellentiq; quōd omnes etiam nondum natuſ tales bullas acciperent ut inde ſuam pecuniā haberent, quōd que iam corruit in platea ueritas à facie pecuniæ, & mortua eſt ſine debita confeſſione. Ideo conſulenſū eſt ne quis temere p̄textu bullarum exiliat gremium ſtatutorum ſuæ religioniſ neq; transgrediatur terminos quoſ patres ſui poſuerunt ad religio niſ ædificationem & conſeruationē: nam & ſummuſ P̄tifeſ qui eſt ædificator lepium religioniſ rationabiliſ agens mauult religionem ſibi conſtare, quam per huiuſmodi bullas ab eo extortas diſſipari. Tertiū punctum, p̄dictis nō obſtan, dico quōd ¶ Papa bene inforuatus de p̄dictis concederet aliquando aliquam ſeu talementum religioſiſ ſpecialiter ſeu etiā generaliter, ita quōd probabiliſter conſtaret de tali uoluntate Papæ pro iſpiſ religioſiſ ut poſſit tali bulla gaudere, tunc dico quōd fratreſ etiam ſine licentia p̄latorum poſſunt eam accipere & ea gaudere ſolum

# IN COMPENDIUM

Si quoad ea quaſ non uergunt ullo modo in notabilē religioniſ aut uitæ religioſæ & disciplinæ deformationem aut diſſipationem, utpote pro lucrandiſ indulgentiis pro abſolutionibus à censuris & diſpenſationibus commodiſ & oportuniſ ad ſerenitatē conſcientiæ habendiſ à conſefforiuſ intra ordinē & in foro conſcientiæ, tamen pro comedendo oua tempore iejuniorum non quidem paſſim & indifferenter ad libitum & ubiq; in communitate fratrū ſine uilla alia cauſa led ex cauſa aliquali, utpote quo non eſſer ſufficiens cibus alia & in particulari, uel quando comedant cum aliquibus dominis apponentibus eis talia cibaria condita ex ouis &c. huiuſmodi, ne ſint illiſ ſingulares, ſi uident ſe ex tali ſingularitate fore illiſ fastidiosos aut diſplicentes, ſecuſ ſi potius ex hoc eſſent placenteſ, tanq; bonum exemplum abſtinentiæ ſingulariter p̄benteſ, & in aliis huiuſmodi caſib; non urgentib; in deformationem religioniſ ad quos iudicandum prudētia ſimpli & ſyncera religione opus eſt, & ſimiliter quādo Papa propter ſpecialem neceſſitatē ecclesiæ concedit iubileum & p̄cipit ſeu ſt̄tuit quōd omnes Christiani etiam religioſi conſteuantur, iejuuent & orent, & recipiant ſacram. Eucha. inſra tot dies, & ad hoc melius faciendum concedit auctoritatē conſidenſi cuilibet & abſoluendi de omnibus etiam reſeruatis quibus ſunq; & quomodo cuñq; (ut in noſtriſ temporib; ſaſe conſeſſum eſt) quia in tali caſu crederem pie & probabiliſter teneo quōd etiam nos fratreſ mi. ſine alia licentia p̄latorū poſſumus conſteri & abſolu in traordinem tantum & ſemel pro hac uice, etiam de reſeruatis min. prou. & gaudere tali confeſſione in quantum eius uerba patiuntur, quia talis uideſtur intentio Papæ, & hoc nullo modo uergit in deformationem religioniſ, & haec eſt ratio omnium diſtorum in hoc tertio puncto. Virtute autem taliū bullarum non poſſumus exire ad libitum ſine licentia p̄latorum pro lucrandiſ indulgentiis, neq; indifferenter ad libitum quorū cuñq; ſine alia cauſa comedere oua tempore iejunii, Neq; conſteri & abſolu ad libitum ſine licentia p̄latorum intra ſeu extra ordinem, Neq; aliud facere quod uergit in religioniſ deformationem, ut dictum eſt, & late probatum eſt ſupra in 2. puncto. Si contra p̄dicta omnia arguatur quōd Leo 10. fiff. 60. fiff. 49: ut habeatur in compendio tit. abſolutio ordinaria quoad fratreſ

## ANNOTATIONES

s. 21. s. 22. declarauit & prohibuit etiam sub censuris quod nos non possumus ullo modo accipere bullam seu cruciatam, neque ea ullo modo uti, nisi in casu quo esset necessitas particularis, & pro qua non esset remedium intra ordinem & de licentia expressa, & in scriptis habita à nostris min. g. uel prouin. uel cust. ergo falsum est quod dictum est, quod pro lucrandis indulgentiis & pro aliis contentis in hoc, punto quæ non uergunt in deformationem religionis, possumus etiam sine licetia prælatorum tales bullas accipere & gaudere.

Item opposito modo nunc arguo sic contra omnia supradicta, quia si de licentia prælatorum possumus accipere bullas & eis gaudere quoad omnia ibi contenta quoad absolutiones etiam de referuatis & cetera, & quando de licentia talium prælatorum prædicta sunt, tunc non uergunt in deformationem religionis, & sunt licita: quare ergo non potius licebit de licentia & concessione Papæ, & quare potius tunc uergunt in deformationem religionis. Respondeo ad primum negando contrarium, nam illud Leonis 10. est uerum generaliter loquendo dum scilicet Papa non concedit per quod derogentur præfata priuilegia, seu prohibitiones Leo. 10. Nunc autem nos locuti sumus in hoc, punto, quando constat Papam concedere in suis bullis quod etiam nos fratres min. possumus eas accipere & uti ipsis per omnia, etiam sine licetia prælatorum, quia tunc solum possumus eis uti ut dictum est in hoc, punto. Cōstat enim quod Papa potest sic concedere non obstante prohibitione Leonis decimi, quia par in parē non habet imperiū & superponit quod sic Papa uult concedere, ergo nulla est contradictione in supradictis, nam stante prohibitione & declaratione generali Leonis 10. statim quod concessio & priuilegiū particulare in casu concedatur tanquam exceptio particularis sub regula generali, quæ licet reuocetur in particulari & ad tempus manet salua generaliter & in perpetuum quoisque omnino reuocetur aut tollatur.

Ad secundum quod opposito modo arguitur? Respondeo quod quando sine licentia prælatorum ad libitum subditi uiueret utentes

## IN COMPEND.

utentes bullis indifferenter, constat esse disciplina regulari dissolutionem, sine freno obedientiæ prælatorum & libertatem ad peccatum, & ideo illicitum, ut patet, si passim & ad libitum religiosus posset sine licentia quandocunque uellet exire clausuram pro lucrandis indulgentiis, & confiteri cuiq; & commedere oua &c. ut secularis. & ideo Papa id non concedit generaliter ut sup. in secundo punto probatum est. & ideo licentia seu concessio generalis Papæ concessa in bullis ad prædicta se non extendit, & similiter esset illicitum si sic generaliter prælatus concederet subditu ut faceret quæ cunquellat sine alia licentia & obedientia superioris exeundo claustrum, commedendo &c. toties quoties ad libitum, ita quod non posset impediri per prælatum suum etiam inferiorem, ut patet, quia esset occasio propinqua dissipationis religionis.

Quando uero sic conceditur licentia ad prædicta quod non absolute generaliter & ad libitum quotiescunque sine ullo freno conceduntur seu cum freno superiorum sub eorum manu seu in particulari, ut sic examinata causa seu necessitate pro quo conceditur aliquod prædictorum, tunc constat quod timorate & ex causa legitima & sine dissolutione religionis ueretur quis præfata cōcessione seu bulla, & ideo hoc modo sicut licite posset quis de licentia prælatorum uti præfatis bullis ad prædicta, ita & hoc modo posset de tali licentia Papæ id facere, si talis esset licentia quæ Papa concedit in bullis.

Nunc autem quia licentia quæ in bullis immediate per Papam conceditur est generalis ad omnia & ad libitum uiuendum & uantum concessis in bulla, oportet quod incedat aut uergat in deformatione religionis, non immediate sed immediate per prælatum religiosorum modifetur & particularizetur. Ita quod sine prælatorum licentia debita non posset religiosus uti præfatis bullis generaliter & ad libitum, ut dictum est in secundo punto, quodq; talis est intentio Papæ rationabiliterq; sic debet interpretari dum de opposito non constat sufficienter, ut late probatum est per totam hanc hanc annotationem.

Item an per bullas cruciatæ reuocentur nostra priuilegia & indulgentiæ & quomodo, uideatur latius infra tit. priuilegia s. 23 & post s. 33.

dispensatio;

# ANNOTATIONES

## Dispensatio.

**Quoad s. 8.** Notandum duo, primo quod illa concessio Pii 2. de qua ibi agitur ponitur ibidem diminute à collectore, nam debet addi, & de receptione frumenti pro induendis, fratribus ubi non est alias modus habendi, & de procurandis in die sabbati elemosinis pro carnibus ubi est consuetum, & similibus, nec propter hoc dicuntur facere contra regulam, hæc ibi, s. fol. 62, & ff. 100.

Secundo notandum, quod collector ibidem dicit quod hæc concessio est se falsificans, nisi intelligatur aliquo illorum modorum, ut ponit ibidem. Mihi autem lauo meliori iudicio, uidetur quod clarius & melius potest & debet intelligi, sic s. quod ibi Papa concedit nostris prælatis etiam guardianis posse condescendere & dispensare seu compati infirmis & debilibus in hiis quæ non sunt contraria regulæ &c. i. in hiis quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorū regulæ, neq; contra nec extra tota latitudinem ipsorum præceptorum seu obligatoriorum. quod ideo dico, quia ex aliquali causa recipere frumentum per syndicū nomine Papæ aut per alium nomine dantis, non est omnino contra præceptum de non recipiendo pecuniam, quis forte aliquando sit contra aliquam circumstantiam seu conditionem requisitā ad plenam & debitam obseruantiam illius præcepti, sicq; in hoc non sit omnino contra seu extra totam latitudinem illius præcepti, quamvis si aliquid qualiter. Similiter portare calciamenta & equitare existēte aliquali necessitate seu causæ, quis nō sic urgente licet si aliquid qualiter cōtra substantiā obligatoriorū regulæ &c. eiusdem præcepti sed cōtra aliquā conditōnē seu circumstantiā requisitē ad plenam & debitam obseruantiam ipsius præcep̄i requirentis manifestam & urgentem necessitatem & infirmitatē, ad hoc quod quis possit licet calciari & equitare, in hiis ergo quæ sic sunt contra regulā, quod tamen non omnino sunt contra ipsam substantiam principalem præceptorū seu obligatoriorū regulæ, nec contra seu extra totam latitudinem ipsorum, sed solum sunt contra aliquam circumstantiam seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum, concedit Papa ubi sup. quod nostri prælati quorum nomine etiam guardiani comprehenduntur possint dispensare

## IN COMPEND.

possint dispensare, non quidem ad libitum, hoc enim esset potius dispensare. Sed dispensare i. ex causa aliqualiter rationabili, quis non omnino sufficienti condescendere seu aliqualiter relaxare, non autem omnino tollere prædictam obligationem præceptorum præfatorum, & talis dispensatio in p. a. dicitur ex tali causa quæ alias esset insufficiens sine dispensatione ad licite faciendum prædictam relaxationem contra talia obligatoria regulæ, iam facit causam prædictam esse sufficientem ad hoc quod licet quis facit prædictam relaxationem cōtra prefata obligatoria regulæ & sic faciendo non potest dici facere si impliciter aut illicite cōtra regulā, & sic credo uoluisse Papam concedere, ut ex uerbis eius supradictis eiusdem concessionis potest facile elici.

Et notandum quod in hac concesione præsupponitur quod Papa potest ex causa relaxare obligationem uotorum & iuramentorum, & similiter hoc aliis concedere: hoc enim est propriæ dispensare, s. obligationem relaxare, ut communiter tractatur à doctoribus, & nos supra in expositione regulæ fratrum minorum capite 10. quæstione 4. aliqualiter quantum atinet ad rem egimus. Supponitur etiam quod in nostra regula sicut & in præceptis iuris diuini & humani præcepta & eorum transgressiones sunt iudicij differentia, quia aliqua est transgressio substantie præceptorum cōtra seu extra totam latitudinem ipsorum, alia est transgressio circumstantiæ aut conditionis seu extra totam latitudinem ipsorum, ut de hiis etiam nos latius egimus sup. in nostra expositione regu. fratrum min. cap. 10. q. 1. &c. ibi uideat qui uoluerit: quibus suppositis intelligitur clare prædicta concessio ut declarata est.

Et notandum quod prefata concessio multum ualeat hiis temporibus ubi refrigesciente feruore charitatis sumus infirmi corpore & spiritu ad serenandū conscientias fratrum in multis in puritatibus & relaxationibus ex aliquali, licet non omnino sufficiente causa seu necessitate commissis contra multas conditiones & circumstantias requisitas ad debitam obseruantiam præceptorum regulæ, ut patet in articulo de pecunia, de paupertate, de usu paupere seu moderato, de non equitando, non calciando & cetera, eiusmodi. Unummodo non ad libitum sine ulla causa fiat prædicta dispensatio, relaxatio, seu transgressio in p. a. d.

F.F

Sic

## ANNOTATIONES

Sic enim non excusarentur fratres neq; prælati, quia non conceditur hoc posse ad libitum fieri, sed ex causa aliqualiter rationabili, ut dictum est, & patet in prædicta concessione, & dummodo ex hoc non accipiatur occasio ad alias dispensationes seu relaxationes rationabiles & inexcusabiles quales sæpe uidentur apud aliquos, de quibus omnibus latius egimus ubi sup. in explicatione regulæ F. minorum cap. 10. quæstio. 4. &c. ibi uideat qui uolet.

Quoad s. 13. uid. ea quæ habentur à collectore in compendio tit. absolutio ordin. quo ad fratres, post s. 7. fol. 3. & quod nos super ibidem annotauimus, ut habetur supra.

Quoad s. 16. uid. ea quæ supra tit. absolutio, quoad seculares s. 12. notatum est; quia ualde facit ad hoc.

Quoad s. 17. notandum quod non est securum ut tali concessione dispensando in affinitate, ut ibi habetur, quia non constat de ueritate, sed de rumore illius concessionis, nec habetur in libris ordinis. Ideo in re tanti momenti contra ius commune non est credendum rumoribus, & sic consulit excellens doctor Ortiz.

Quoad s. 24. notandum quod idem collector dixit supra in compendio tit. absolutio ord. quo ad fratres post s. 40. fol. 6. quod s. hæc concessio Martini s. facta monachis sancti Benedicti iam facta est generalis pro toto ordine ipsorum, & per consequēs potest nobis communicari pro toto nostro ordine. De qua etiā concessione, notandum etiā quod talem dispensationem de qua ibi agit Mart. s. potest facere etiam &c. ut patet ex titu. coīcatio priuil. s. 13. in compendio. Item notandum quod hæc dispensatio ab irregularitate contracta, ex homicidio, intelligitur de quo cunque homicido, tam casuali, quam etiam uoluntario occulto, quod i. judicialiter probari non potest, aut quod non est notoriū, quia Papa non distinguit nec nos distinguere debemus. Nec obstat quod Six. 4. qui fuit post dictum Mar. s. concessit solum de casuali cum exceptione expressa homicidii uoluntarii, ut patet in compend. tit. dispensatio s. 10. s. 12. s. 13. qui a respondere quod hoc nihil præjudicat. Nam Six. 4. in dictis priuilei. loquitur generaliter quo ad forum interiorem conscientiæ, & etiam quoad exteriorem uel iudicialem id concedendo cum illa exceptione. Hic aut

## IN COMPEND.

aūt s. 24. Mart. s. solum concedit pro foro interiori. Ideo de quo cunq; homicidio occulto, concedit etiam uoluntario. Item quia Six. 4. in prædictis suis exceptionibus solum intendit & intelligitur limitare illas suas concessiones, à quibus expresse facit suas except. & limitati. & non alias concess. à se, uel à suis prædecessoribus concessas, ut pater, quia alias sequeretur quod concessio Sixt. quæ habetur s. 10. in qua concedit posse dispensari in irregularitate ex homicidio incerto seu dubio præjudicaret alteri eius concessioni sequenti quæ habetur s. 12. & s. 13. quoad homicidium casuale etiam si sit certum. Et similiter dic quod intelliguntur oēs exceptiones & limitationes quas Pontifices faciunt in suis concessionibus, quia f. solum limitant ipsas, ipsorum Pontificum concessiones, in quibus ponuntur tales limitationes seu exceptiones, & sic respondit insignis doctor. Ortiz.

## Ecclesiæ fratum.

Quoad s. 6. uid. in compendio tit. bona s. 10. aliam concessio nem eiusdem lulii 2. factam eisdem Augustinens. ad idem, & habetur siff. 76. Similiter aliam Leonis 10. & ad idem siff. 122.

## Ædificare.

Quoad s. 8. notandum quod in tabul. 21. Vica. g. sic habetur fratres Indiarum de libertate sui Archiepiscopi possent ædificare loca cum nullus contradicat & hoc per communicationem maris magni carmelit. Iterū autem prouidebitur eis de auctoritate per literas apostolicas, hæc ibi, ubi notandum quod illud priuilegi. maris magni Carmelitarum quoad hoc habetur in compendio in hoc tit. s. 17. 18.

Quoad s. 9. notandum quod priuileg. Clement. 4. concessionem i atribus prædicatoribus de quo ibi fit mentio, habetur infra in 20. compendio 10. tit. s. 15.

Quoad s. 14. notandum quod idem Leo. 10. siff. 61. fecit aliam concessionem quæ habetur in compendio tit. ecclesiæ fratrū s. 16.

## Excere seu expellere ab ordine.

## ANNOTATIONES

Quoad s. 4. notandum, ut ibi bene dicit collector quod moderate & cum debitiss circumstantiis secundum determinationem Bonnauen. utendum est illo priuileg. Alex. 6. & sic est intelligendum quoad expulsionem incorrigibilium. De qua tamen materia nos latius egimus sup. in regulae expositione fratrum min. capit. 2. quæst. 21. ibi uideat qui uoluerit. Et similiter aliqua habentur de hiis iam eiecitis seu expulsis ab ordine, & egressis in compen. tit. apostata secundum subiectam materiam, ibi uideatur.

## Eleemosyna.

Quoad s. 4. uid. in eo. compendio sup. tit bona s. 4. aliam concessionem Clementis 4. quoad bonæ ordinæ intrantium, & s. 13. ibidem aliam concessiounem Leonis quoad bona obseruantium nostrorum & ad nostram obseruantiam redeuentium

Quoad s. 9. notandum quod Bonif. 9. fff. 11. 8. si atribus predicatoribus concessit idem, & insuper prohibuit oibus utriusq; sexus asserere ipsos religiosos non esse in statu perfectionis &c. & non esse licitum ipsis de eleemosynis uiuere, quodq; quæstuan tes nomine ipsorum falso, tanq; falsarii capiantur ab ordinariis & condemnentur. & similiter prohibuit quod s. n. illis prohibeat in suis ecclesiis celebrare & oblationes in missis uel aliis ad altaria ipsorum prouenientes recipere & conuertere in tuos usus iuxta morem sui ordinis, & ipso facto sunt exceicatioes contra factores non absoluendi, nisi sedi apost. personaliter se presentet.

Quoad s. 16. notan. quod Cle. 7. fecit quandam cōcessionem ordinis sancti Ioannis Iherosolimitani quæ habetur in compen. tit. dispensatio s. 30. ibi uideatur.

## Episcopi.

Quoad s. 1. ubi ponitur concessio Greg. 9. uid. supra in hiis annotationibus tit. absolutio ordin. quoad fratres s. 1. fo. 214. quomodo nunc ista concessio potest ualere nobis.

Quoad s. 2. & 3. latius uideatur in compend. tit. exemptio, tit. exempti fratres, secundum subiectam materiam.

## Excommu-

## IN COMPEND.

### Excommunicatio.

Quoad s. 14. notandum quod ultra ea quæ ibi Six. 4. explicat possunt admitti ad coicacionem priuilegiorum nostri ordinis mulieres castam seu uirginali uitam dacentes, uoto expresso sub tertio ordine, etiam si in propriis domibus vel consanguineorum uiuant, ut patet per Leo 10. fff. 28. & infra in eodem compen. tit. tertiarii fratres s. 20. habetur. possunt etiam admitti alii, quoad hoc priuilegiati, etiam per confirmationem priuileg. per Clem. 7. ut familiares suo modo, & alii eiusmodi, de quibus in compendo, in diuersis titulis secundum subiectam materiam habetur, & ibidem tit. tertiarii, latius uidebitur qui tertiarii possent, & qui no & quomodo ut in nostris priuilegiis. Et notandum insuper quod haec bulla Six. 4. quam hic ponit collector, non debuit allegari tanq; nunq; uisa & inuisita seu moribus utentium non approbata, imo & uideatur iam per non usum aut per oppositam consuetudinem cito derogata & nihil ualere, sicut & multæ aliae eiusmodi bullæ, statuta, leges & censuræ per dissuetudinem non ualent ut elicitor ex Gerson in 3. parte, de uita spirituali lect. 5. & 6. Et Gaietanus tit. excoicatio insummula post cap. 81. & facit adhoc quod habetur infra tit. symonia, similiter s. 1. annotatum.

### Exempti fratres.

Quoad s. 6. notand. quod Clem. 7. fff. 75. concessit nobis & prohibuit oibus fratrib. ab ordine nostro exemptis quomodolibet & quibuscumq; dignitatibus fungentibus ne possint contra statuta moresq; nostræ religionis in nostris domibus cōmorari, aut in nostris officiis aut capitulis se immiscere seu intromittere. & de hiis exemptis fratribus uideatur etiam in eo. compen. tit. apostata secundum materiam. Quoad s. 24. quomodo censurae aut sententiæ infictæ contra alios occasione nostra contra nostra priuileg. non sint uniuersaliter nullæ in casu speciali hoc per priuilegiū aliquod sit concessum, sed generaliter sunt annullando quis contra nos ipsis infictæ sint ipso facto nullæ. Videatur inf. tit. priui. s. 4. & alibi secun. subiectam materiam. Maxime tit. canoni ea portio, s. 5. & 6. & tit. exemptio s. 22. & alibi uide, ut oportet. Feria,

# ANNOTATIONES

## Feriæ

**Quoad s. 1.** notandum quod non uidetur ubi sit de ordinario Romano, duplicare lætaniam in officio feriali, quadragesimali Sed credo iam consuetudinem esse introductam ex errore quodam pio. Nā uidētes fratres in uigilia resurrectionis & Penthe, duplicari lætaniam in missa, inde forte à simili arguentes putauerunt etiam esse duplicandam in officio matutinali feriali, sicq; iam ille communis error consuetudine introductus fecit ius. Vnde si quis cognoscens se non obligari per ullam rubricā aut statutum ad duplicandam illam lætaniam non duplicaret recitans per se extra chorūm. Credo quod etiam sine hoc priuilegio Six. 4. non peccaret, quia tamen ut dixi, iā est consuetudo & quia ualens legi, quāmuī ex errore introducta, ideo pro maiori securitate habitum est hoc priuilegium Six. 4. eo modo quo ibi cōceditur pro fratribus recitantibus extra chorūm.

## Gloria.

**Quoad s. 1. & 2.** notandum quod collector diminute ponit concessionem Alex. 4. ibidem sine limitatione ipsius priuilegii. Nam idem Alex. 4. non absolute in missis de Beata uirgine & de Spiritu s. ad cōcessit, sed cum limitatione, s. quando eas fratres dicebant pro Papa & ecclesia, ut patet in relatione seu narratione ipsius priuilegii, quia pro talibus cū tali limitatione fuit petitum hoc priuilegium & pro talibus tantū fuit concessum, ut patet in dicta concessione, ubi conceditur quod in p̄dictis missis, s. de quibus in petitione agebatur ibidem, ut dictum est, liceret nobis dicere Gloria, quia & intentio concedentis conformatus intentioni p̄tentis ergo litera ipsa & intentio probat, intentum scilicet quod Alex. 4. non nisi in missis de Domina & de Spiritu sancto quando pro Papa & ecclesia concessit posse dici Gloria, & cum talis limitatione, & sic etiam intelligit sum. Ang. tit. missa, s. 3. Hoc priuilegium Alex. 4. & similiter recitando uidetur intellexisse ipse collector titulo missa, s. 4. Deinde uero clerci seculares hoc

## IN COM PEND.

hoc uidentes uolentes & ipsi ex sua deuotione similiter agere & nescientes p̄dictum nosiū priuilegium nobis specialiter & cō limitatione p̄dicta esse concessum, putantes sibi licere, sicut & prima facie uidebant nos facere, fecerunt sine limitatione ulla dicentes gloria in omnibus missis uotiuīs, & de Domina & de Spiritu sancto, etiam si non dicerent eas pro Papa & ecclesia. Et adeo p̄ualeuit ille cōmunitas, sed & piuseorū error consuetudine firmatus, ut iam faceret ius, sicq; dicit summa Angeli, ubi supra per consuetudinem dici Gloria in omnibus missis uotiuīs de Domina & de Spiritu sancto, etiam si non dicantur pro ecclesia & Papa. Subinde (ut credo) fratres mino. uidentes quod iam clerci & alii cōmunitas indifferenter dicebant gloria in omnibus missis uotiuīs seu priuatis de Domina nostra & de Spiritu sancto pro quacunq; intentione eas dicerent, tales enim dicuntur missae uotiuīs de Domina & de Spiritu sancto nō utētes ad hoc aliquod priuilegīm uirtute cuius id fieret, sed solūm consuetudinem: tunc ut tutius suā deuotioni consulerent & se cōformarent p̄ae consuetudini clericorū & aliorū tandem habuerunt à Six. 4. ut hoc eis concederetur absolute sine illa limitatione quam posuerat Alex. 4. quod s. in omnibus missis uotiuīs de Domina nostra & de Spiritu sancto tam solemnibus quam priuatis pro quacunq; intentione dicātur (quae quidem omnino dicūtur missae uotiuīs) possent dicere Gloria sicut alii consuetudine dicunt. Et sic credo quod hoc solūm fuit ab eo petitum & ab ipso Six. 4. concessum quando concessit, ut habetur s. 2. in compendio quod in omnibus missis uotiuīs (s. de Domina & de Spiritu sancto, tantūde quibus petebatur, ut dictum est) possemus dicere gloria: quāmuī his collector & auctor supplementi fff. 100. absolute sine p̄dictis limitationibus posuerunt p̄fatas concessiones Alex. 4. & Six. 4. non plene aduertentes. Et quidem de concessione Alex. 4. supradicta clare constat, ut dictum est, quod est male recitata sine illa limitatione. De concessione autem Six. 4. quod etiam sit male recitata ubi sup. sine limitatione p̄fata, nō est ita clarum. Sed illud mihi persuasum habeo quod non est rationabile quod sine ulla alia causa, sed solum ut satissaceret deuotiunculis exorbitantibus aliquorum, Papa ipse concederet nobis concessionem tam omnino exorbitantem à communi ordinario Ro, cui ex reg. nos,

## ANNOTATIONES

nos conformare tene nur præ aliis clericis & religiosis, & quidē tale priuilegium ad dicendum gloria in omnibus missis uotiuis habentibus gloria de quocunqs sancto sint, uidetur dispensatio aliqualiter irrationabilis, quoad nos fratres min. stante ordine Roma. in oppositum cui nos ex regula conformare tenemur.

Item ad idem facit, quia si Sixt. 4. id concessisset & esset moribus utentium talis concessio approbata, quomodo est credibile, quod ille pater in ordine antiquus & expertus qualis solet esse is qui à Dom. Papa solet tales concessiones impetrare, qui à Do. Leone 10. impetravit illam concessionem quæ habetur §. 3. cum tot limitationibus: quomodo inqe est credibile quod illam concessionem Sixti 4. ignoraret in materia præcipue quæ quotidie sere dum celebratur prædicatur, certe uidetur quod uel nunque fuerat concessa à Sixt. 4. tam absolute ut recitatur à collectore & ab auctore supplementi, uel quod iam non erat moribus uentium, tanque ualde exorbitans approbata. Et potius credo quod qui eam detulit à cap. g. Basiliæ, ut habetur ffs. 100. quod eam male & di minutes sine prædictis limitationibus retulit. sicque posita est in lib. ordinis & in compendio, quod innuitur ex eo quod in libro firmamenta trium ordinum, in 3. parte fol. 50. habetur quod in ca. g. Basiliæ, anno Dom. 1481. celebrato in Rubrica ubi agitur de missis peculiaribus, habetur sic, s. quod ex noua ordinatione dicitur gloria in missis uotiuis de Spiritu s. & de B. uirgine hæc ibi. Tale autem statutum factum est tempore Sixt. 4. Imo & ut innuitur ibidem postquam Sixt. 4. concesserat præfataam concessionem, ergo uidetur sic stricte tantum eam concessisse.

Ideo tandem ab ea sic absolute posita cauendum censeo tanque à concessione uel non concessa, uel non rationabili, uel moribus utentium non approbata tanquam exorbitante ualde seu tanque per non usum omnino inualida nisi in missis de Domina & de Spiritu sancto tantum, ut habetur in consuetudine, ut dictum est, Et sic pater quid dicendum ad id quod collector supra §. 2. dicit, s. pie deceptus est.

## Guardianus.

Quoad s. i. notandum quod guardiani quomodo cuncti electi secundum statuta nostri ordinis sunt uere prælati & habent curam animarum

## IN COMPENDIUM.

animarum, ut declarauit Clem. 4. & Six. 4. ff. 139. Et in compendio, absolutio, quoad fratres, in multis s. habetur quod ibi à Pontificibus uocantur prælati. Et Iulius 2. in priuileg. exponi nobis ff. 226. & fol. 16. uocat eos prælatos & alibi saepius. Et in compendio tit. accedere ad monasteria g. 132. fol. 15. & quo 1 supe codice annotatum est sup. in hiis annotationibus, ut etiam habetur in ea. si. de pœnit. & remiss. secundum Panor. ibidem &c. Et concordat Siluest. tit. prælatus §. 2. & sum. Ang. tit. delegatus §. 3. ubi etiam habetur quod habent dignitatem ecclesiasticam, insuper habetur idem in statutis g. ordinis nostri. Et randea in cap. g. Florenciaco anno Dom. 1493. celebrato, sic habetur. Declaratur quod nomine prælati intelligitur generalis provincialis & custos, & gaardianus. Ita quod quandcumqs in regula & declarationibus summorum Pontificum statutis in ordinationibus aliquid continetur faciendum, uel prohibendum per prælatum seu prælatos, aut de eorum licentia seu concessione intelligitur de aliquo prædicatorum qui sunt uere prælati ordinarii si non exprimitur alter eorum per quem sit tale quid faciendum prohibendum uel corrigendum, hæc ibi.

Item an præfati guardiani ex officio suo sint illi prælati quicunque c. si. de pœnit. & remissio. possunt sibi eligere confessorem ubi cuncti, & an per superiores possit hoc priuilegium ab ipsis tolli, latius dictum est in hiis annotationibus super tit. accedere ad monasteria, supra tit. absolutio ordinis. quoad fratres §. 7. ibi videatur latius de hiis.

## Habitus.

Quoad hanc materiam notandum etiam quod seculares ludibriose seu ignominiose habitum religionis approbatæ portantes in ludis uel lasciuï peccant mortaliter & insuper incurvant a lias pœnas ciuiles seu criminales & possent grauiter puniri etiam per iudices seculares secundum iuræ, ut de hoc habetur latius in summistis, præcipue Silvestrina tit. habitus §. 5. &c.

## Hæreditas.

Quoad s. 6. ubi in fine fol. 75. ait collector quod fratres min. GGG purius

## ANNOTATIONES

purius facerent procurando per aliquem de populo nomine populi, quām per Syndicū nomine Papā in iudicio legata sibi facta &c. Notand. quod quis propter bonum exemplū secularium & propter uitandas alias occasiones ad peccata alia sit purius sic facere, ut ibi dicit collector, hoc tamen non obstat. potest Syndicus petere noīe Papā &c. & hoc est licitū fratrib. potentibus uti syndico ad prædicta, & dummodo dohat cū aliis debitissimis circumstan- tias circa hoc, ut de hiis latius habet in exposi. su. 4.c.q. 16. ibi uid.

### Ieiunium.

Quoad s. 1. notand. quod idem Eug. 4. ff. 112. concessit ca. g. facultatem ordinandi & declarandi, in quibus locis & prouin. fra- tres debeant ieunia reg. in cibis quadragesimalibus obseruare & in quibus debeant patrūcōsuetudines imitari, uel aliter se habere.

### Impetrare literas Apostolicas.

Quoad s. 2. notand. quod ista suspensio ipso facto quam hic Six. 4. infligit cōtra impetrantes literas a p̄tectore aliter q̄ ipse decernitiam non ualeat secundum illos quae tēnent quod Sixt. 4. reuocauit omnes obligationes & p̄cenas ipse factō contentas in omnibus statutis & declara. etiam Papalibus pro nostro ordine specialiter a ditas, ut habeatur infra tit. statuta ordinis s. 1.

### Indulgenciarē plenariaē quo ad fratres

Quoad s. 11. quod id quod ibi collector dicit, quod s. alii dicunt & melius quod corona Domini nost. continet 72. ave maria &c. Notand. quod ly melius, nulla ratione probatur. Nam ad utramq; partem sunt diuersæ opiniones. in tota autē Italia (ut refert quidā pater fide dignus) tam fratres q̄ secularis coiter dicunt corona 63. auemaria ut hic priuō expresserat Leo. 10. Sicq; (ut ait idem pater) diuersæ sunt concessiones & pro utraq; corona con- cessa est nobis indulgentia plenaria. Pro corona 62. auemaria est in tota Italia cōmuniis opinio apud frat. nostro concessisse nobis Six. 4. indulgentiam p̄fata, & de hac assertione loquitur Leo 10. in hoc s. 11. & habetur fff. 43. in principio. Pro corona autem 72. auemaria sunt factæ prædictæ concesiones contentæ in eod. cōpen. paulo superius s. 7. per lulium 2. etiam ut hic annotatur per collectorem etiam esse concessum per Leo. 10. fff. 63.

Quoad

## IN COMPENDIUM

### Indulgenciarē stationum quoad fratres.

Quoad s. 15. notand. quod anno domini 1535. die 12. mensis Ju- lii Reueren. pater frater Anto. Ortiz dixit se impetrasse a Dom. Papa Paulo 3. quod fratres min. possunt lucrari prædictas oīennes indulgentias quas hic concessit Leo. 10. recitando p̄r dicta 6. pa- ter noster & ave maria cū gloria patri &c. & hoc non solum in choro, ecclesia, clauistro, oratorio, accella, ut concesserat Leo. 10. sed & in quocunq; loco alio recitentur sine ulla restrictione.

### Indulgenciarē ad secularares.

Quoad s. 2. ubi ponitur cōcessio facta per Leo. 10. & Adria- nū 6. pro Germanis ordinis sanctæ Trinitatis, notandum quod paulo superius in compen. & tit. eo. s. 16. habetur declaratum de quibus Germanis sit intelligendum.

### Indulgencia.

Quoad ea omnia quæ collector in notabilibus supra. mat. in- indulgentiarum ponit a fol. 90. usq; ad fol. 97. qui uoluerit latius videre legato nostrum tractatum quem de indulgentiis compegi- mus, & ibi plenius intelligeret.

### Ingressi monasteria monialium.

Quoad tit. ingredi s. 6. & 7. & quoad 1. notand. ubi collector dicit quod si plures fr̄ssocii intrant cū prælatis aut confessorib. q̄ ibi assignantur in regulas sanctæ claræ in casib; ibi expressis quod peccant mortaliter & incurrint excommunicationem. Notauit quidam pater in huiusmodi satis eruditus, & bene mihi uidetur quod ces- sante fraude fratres socii intrantes cum prælato uel uisitatore aut confessore de licentia prouincialis, seu prælati habentis curam monialium, in casib; in quibus prælatus uel uisitator aut con- fessor intrare licite potest (de cuius opposito talibus fratribus sociis non constat) non incurrint iphi neque aliquis eorum excommunicationem aut mortale peccatum propter talem in- gressum, etiam si in maiori numero intrent socii quām in regula continetur.

Ratio, quia in dicta regula sanctæ Claræ per Urbanum quar- tum edita in Rubri. seu capit. 7. 18. & 24. ubi de hiis agitur, non imponitur sub p̄cepto obligatorie aliquibus hoc de numero taxatio-

## A N N O T A T I O N E S

taxatio sociorum prædictorum. Sed sub concilio aut statuto expediente secundum rationabilem taxationem illam iam factam per ipsam regulam, quod patet ex uerbis regulæ ipsius, ubi solum dicit quod licet cum tot sociis intrare, uel quod cum tot sit contentus &c. ubi uidetur relinquere id curialitati & prudentiae prælati intrantis, ut cum honesta & decenti societate intret in casibus concessis. Alioquis eretur quod similiter obligatorie imponeret regula ipsis prælatis aut uisitoribus alia cia quæ ibi dicuntur puta quod legat & exponat eis regulæ & alia eiusmodi ibi contenta, & per consequens peccaret mortaliter & incurret excoicationem intrando ad uisitandum uel ad alia concessa, nisi seruaret modum & conditiones ibi præfixas legendam aut diuertendo ad alia loca aut moram faciendo aut loquendo &c. Cuius oppositum collecto quoad hoc in fine primi notabilis pro scrupulosis bene notauit & ex ipsa ratione & practicata consuetudine proborum uitorum, patet, quia non censetur incurre mortale aut excoicationem qui talè modum in prædictis omittit, ergo solum est obligatio prædictis ad intrandum non nisi cum honesta & decenti societate in casibus sibi concessis. Ideo intrantes socii plures cum prædictis prælatis sine dolo, ut dictum est, non incurrit mortale, nec excoicationem: quod autem quis mandato facit iudices (& per consequens uocatus aut licentiatu s à prælatis ad id) iam sine dolo facere uidetur, ut haberur de reg. juris lib. 6. Ultra prædicta etiam ad maiorem confirmationem dictorum, notandum quod id quod habetur in dicta regula S. Claræ Rubric. 18. (alius autem prælatus cui aliquando &c.) ut habetur sup. in comp. tit. ingredi s. 7. non uidetur intelligendum de prælatis nostri ordinis, sed de aliis. Tum quia cum Papa ibi immediate superioris loquutus fuisset de mi. g. nec stri ordin. uidetur consequenter quod dicturus erat (alius autem prælatus eiusdem ord. cui ali. &c.) uel quid simile, non autem sic abolute (alius autem prælatus, cui &c.) Tum etiam quia si de necessariis provincialibus aut uisitoribus monialibus id intelligeretur, iam cum in Rubri. 24. non detur licentia pluribus q̄ duobus sociis intromittendis, in Rubri. autē 18. hoc extendatur ad tres socios, uidetur certe contradicatio aut magna inconuenientia quod non est admittendū. Ergo relinquitur ex dictis quod nostri prælati non tenentur nisi cum decenti & honesta societate intrare in casibus concessis, ut dict. est, uirtute reg. S. Clas.

Quoad

## I N C O M P E N D .

Quoad s. 11. ubi ponitur concessio Bonif. 8. & dicit collector quod iam est reuocata per Leo. 10. fss. 17. quā ipse collector ponit in inferius s. 28. Tu dic quod solum est reuocata præfata concessio Bonif. 8. quoad monast. monialium S. Claræ. Non quoad monasteria alias monialium, quia Leo. 10. sic reuocauit solū quod admonasteria sanctæ Claræ, ut patet infra s. 28.

Quoad s. 13. ubi ponitur restrictio licentiae facta à Domino Martino s. protectoribus & min. generali. An similiter nunc restricta in nostris min. ge. & provincialibus satius videatur infra in annotatione sup. 4. notabile compendii in finem huius tituli de ingressu ad monasteria monialium.

Quoad s. 14. ubi ponitur concessio Bonif. 9. Notandum quod idem Bonif. ibidem ante prædicta uerba immediate sic præmisserat dicens sic, s. quod nullus secularis aut regularis aliquod monasterium sororum prædictarum s. sub cura dicti ordinis prædicato rum commissarum nisi in quantum eorum, seu earum constitutiones id patiuntur, uel de sedis apostolicæ aut magistri g. eiusdem ordinis licentia speciali intrare aut aliqua sororū inde exire quoquomodo præsumat. Contrarium uero facientes similis excoicationis sententia aqua præter q̄ per sedē uel magistrum memoratos, aut per aliquem ex dictis fratribus cui magister prædictus id commiserit absoluī non possint, uolumus subiacere, hæc ibi. & immediate sequuntur uerba quæ hic collector ponit, quod si quis infra clausuram &c. & nescio quare collector omisit illa quæ magis ad rem facere uidentur. Et notandum quod nos fratres min. uirtute huius concessionis Bonif. 9. non possumus intrare præstatam monasteria monialium S. Dominici, de quibus ibi agitur etiam in casibus contentis in statutis ipsarum, quis alii possint intrare. Etratio est, quia ista concessio est generalis pro oibis Christianis, & pro nobis fratribus min. requiritur quod sit specialis pro nostro ordine propter regulæ nostra prohibitionem, ut etiam ait concordans collector in hoc tit. in 1. notabili in expositione 6. & 7. casus fol. 102. Et in annotatione super idem facta quæ habetur hic infra.

Quoad s. 15. ubi Hugo 4. sub excoicatione ipso facto Papæ reseruata, prohibet ingressum oibis Christianis ad monast. sanctæ Claræ &c. Hic uidentur tria dubia examinanda. Quorum 1. est, utrum

# ANNOTATIONES

est utrum nos frat. mi. incurramus excoicationem intrando clau-  
suram monialium S. Claræ, S. Dominici & cōceptionis? Respon.  
simpliciter quod sic. Et de ingressu ad monast. S. Dom. patet per  
Bonif. 9. ff. 120. ut proxime posita est. 14. De ingressu autem ad  
monast. monialium S. Clar. patet per Grego. 9. ff. 132. Et latius  
per Eug. 4. aggrauatur ff. 42. ut habetur in comp. i. hoc tit. s. 2. &  
in hoc s. 15. & referunt sum. Ros. tit. excoicatio 1. excoicatio 26. &  
sum. Sil. excoicatio 7. casu 51. & habetur in spe. fff. ii. De ingres-  
su querò ad monast. monialium conceptionis patet per Iulium 2. in  
regula ipsarum cap. g. ut habetur in compend. post titulos alpha-  
beticos priuileg. ibi Iulius 2. excoicauit ipso facto oēs ingredien-  
tes & etiā ipsas moniales admittentes intra ipsa monast. aliter q̄ibi  
in ipsarū reg. disponitur. Et hæc excoicatio nulli reseruatur. Ideo  
confessor ordinarius potest absoluere, & sic patet intentū. Ex q̄-  
bus patet quod solū moniales cōceptionis admittentes aliquos in  
traclausuram aliter q̄in earū reg. conceditur sunt excoicatae. Aliæ  
aut̄ moniales aliorū ordinū admittentes non sunt excoicatae, quia  
eas Papa non excoicat ubi sup. aut alibi. Neq; participant in crīe  
cum iam excoicato intrante q̄uis participant in crīme cū non-  
dū excoicato intrante dū intrat, ut de hiis latius sum. Ros. tit. ex-  
coicatio 1. excoicatione 17. s. 1. Q̄uis Flor. in suo defecerunt ubi  
de interrogationibus religiosorū agit, dicat quod oēs moniales  
intromittentes seu admittentes aliquē intra clausurā etiā cū ipsis  
intrantibus excoicantur tanq; participantes cū eis in crīme. Cō-  
tra supradicta si quis dicat quod iam nos frat. min. non ligamur  
illa excoicatione Greg. 9. Nec illa Eug. 4. & per consequens nec  
illa Bonif. 9. supra posita nec aliorum prædecessorū ante Six. 4.  
quoad hoc, & ratio eius esse uidetur quia Six. 4. reuocauit & ab-  
stulit oēs censuras & pœnas spirituales q̄scunq; impositas à qui-  
buscunq; etiā Papa in nos fra. mi. ultra seu præter nostram reg. Q̄lis  
est præfata excoicatio, casu quænō continetur in nostra reg. Ideo  
uidetur quod solum ligamur sub censura posita per eius succel-  
sorem Iulium 2. quoad ingressum monast. conceptionis, non aut̄  
censuris prædecessorū suorum. Sed certe ista opini. nullo modo  
uidetur uera: & ratio est, quia dato quod prædict. priuilej. Six. 4. in-  
telligatur reuocare & tollere statuta & declarationes ēt Papæ le-  
gantes nos ad censuras ultra seu præter reg. & quidam probabili-  
ter satis, ut patet infra tit. statuta s. 1. in hiis annotationib. tamē  
ad hunc præfatu priuilej. Six. sic intellectu nō facit pro eo ad su-

# IN COMPENDIUM

um propositum, quia præfatum præuilegium Six. loquitur expre-  
se & intelligitur reuocare & tollere constitutiones & declara. à  
quibuscunq; æditas & c. nō quidē gene. æditas pro oībus Christ.  
aut pro oībus religiosis sed æditas specialiter pro nostro ordine  
tantum ut aperte dicitur in eo priuileg. ubi dicitur ex statutis seu  
consuetudinibus uel declarationibus ipsius ordinis & c. notan-  
dum ly. ipsius ordinis 1. in ipso ordine factis, ut glossat collector  
compendii tit. statuta, uel potius ipsius ordinis 1. pro ipso tantum  
ordine specialiter factis quolibet & à quibuscunque. Item præ-  
fatum priuilej. Six. 4. intelligitur cum alia limitatione ibidem im-  
mediate subsequēter expressa, s. nisi tales essent casus uel excessus  
qui diuina lege seu præcepto ueræ ecclesie merito iudicarent ad  
mortale, ergo cum supradictæ prohibiciones & excoicationes  
Greg. 9. Eug. 4. Bonifac. 9. sint generales, pro oībus Christ., &  
per ecclesiam approbatæ, sequitur quod non reuocantur nec tol-  
luntur per prædictum priuilegium Six. 4. Alioqui eadem ratio-  
ne deberet dicere idē quod non ligamur prohibitionibus & ex-  
coicationib. in numeris aliis Papalibus generaliter cōtra oēs Chri-  
stianos seu religiosos latis. à iure, ut pote cōtra percussores cleri-  
corū, contra falsantes literas Apost. Cōtra participantes cum ex-  
coicatis, Cōtra incēdiarios, Cōtra effractores ecclesiārum, Cō-  
tra symoniacos in ord. & c. cōtra facientes libellos famosos & c.  
cōtra detinentes apostatas aliorū uel nostri ord. Cōtra dispeſan-  
tes in 4. uotis. Cōtra religiosos ministrā. Eucha. Cōtra religiosos  
inducētes ad pœnitēdū de electione sepulturæ & c. Cōtra nos fra-  
tres mi. recipiētes temp. interdicti quasdā personas nō priuilej. Cō-  
tra fratres min. apost. seu trāfētes ad aliam relig. non concessam  
quia hæc oīa sunt præter uel ultra regulā nostrā, quæ magis q̄  
prohibitio & excoicatio Papalis cōtra intrātes monast. S. Claræ  
& S. Dominici, ut patet, tergo quoad hoc 1. dubiū dicamus quod  
manet in suo uigore illæ prohibiciones & excoicationes præfatae  
oēs, nec sunt reuocatae ullo modo per Six. 4. ut dicit. est. 2. dubiū an-  
s. nos fra. min. incurramus excoicationē intrādo monast. religio-  
saru tertiariorū nostri ord. & ratio dubiū est, quia Eug. 4. ff. 42. di-  
xit quod frat. oēs nostri ord. ita se haberet cū monast. præfatarū  
tertiariorū sicut cū monast. S. Clar. Respōdet ad hoc spec. fff. 10.  
quod aliqui dicunt quod nō, quia illud de Eug. quo ad excoica-  
tionē potest intelligi de tertiaris colleg. uiuētibus & seruātibus  
clausurā, hæc ibi. Sed certe indistincte uidetur quod nō incurri-  
tur præfata excoicatio intrādo earū monast. et si seruet clausurā.

## ANNOTATIONES

Ratio, quia ibi Eug. 4. solum dicit quod nos habeamus eodem modo &c. & nullam insuper infligit excommunicationem, neque dicit quod sub eiusdem penitentia, ergo solum obligamur sub illo mandato Papae ad faciendum ex parte nostra seu ad habendum nos quo ad ingressum &c. & non obligamur ad patientiam aliquam excommunicationem quae ibi non imponitur, quod magis est alia ratio quod illud priuilegium Eug. 4. solum loquitur cum ultramontano. ut de hoc latius dicetur infra in annotationes sup. 2. notable collectorum, ergo.

**T**ertium dubium, utrum incurramus excommunicationem intrando alia monasteria monialium à supradictis. Respondeo quod nulla excommunicatio reperitur nunc à iure communione a Papa contra intrantes alia monasteria à predictis. Ideo eam non incurrimus quāmuis peccemus mortaliter contra regulam & contra prohibitionem Papæ &c. ut hoc etiam habetur in spe. fff. 110. sed si esset excommunicatio aliqua licita per statuta synodalium seu per dictos canonos in suis synodis sicut nūc per statuta cardinalis sanctæ Sabinæ quæ extendit ad totū regnum Castillæ est excommunicatio ipso facto lata contra omnes quoscunque intrantes quæcumq; monasteria quarumcumque monialium, saltem inclusarum: dicit Dominus Florentinus in suo defecerunt, ubi su. in 1. dubio habetur quod sic maxime si malo aio, seu sicausa turpiter agendi intraremus: & uidetur concordare sere. cons. qu. 87. Secus si causa boni intraremus. Sed saluo meliori iudicio mihi uidetur quod ex quacunq; causa intremus non incurrimus talē excommunicationem synodalem aut dictos canonos, quāmuis peccemus mortaliter, ut dictum est. Ratio, quia sumus omnino excepti ab eis etiam ratione delicti seu rei de qua agitur, ut latius habetur in compendio tit. exemptio &c. & concordat. summa Rossel. tit. missa, f. 20. Dictū aut domini Florentini locum in exceptis quibuscumq; si non sunt etiam excepti ratione delicti. quia tales ligantur excommunicationibus praesatis synodalibus si causa turpiter agendi intrarent, ut hoc etiam ait summa Rossel. titul. excommunicatio 1. excom. unicationi 26. & illi excommunicatiōni ea statutorum cardinalis S. Sabinæ, iam non valet per dissitudinem, & quia est reuocata per Six. 4. fff. 102. Igitur resolutio, quoad omnia itia dubia dicamus quod solūm intrando monaste

# IN COMPENDIUM

ria sanctæ Claræ, sancti Dominici, & conceptionis incursum excoicationem ipso facto, & ipsæ moniales conceptionis dum taxat admittentes aliquem ultra casus & formam concessam in regula ipsarum, intrando aut alia quæcunq; monasteria nō incursum ullam excoicationem Papalem, quia nulla talis est: neque synodalem quia nos ligare non potest. Si aut per nostros prælatos aut per nostra capitula g. uel provin. infligeretur excoicatione ligaremur. Dico 2. quod ab excoicatione lata per iulium 2. ubi sup. contra intrantes monasteria conceptionis potest absoluere quicunq; confessor ordinarius ex quo nulli reseruatur: sed ab excoicatione lata per Eug. 4. & Bonif. 9. contra intrantes monasteria S. Claræ & S. Dominici, possumus nos fratres min. absolui per nostros min. g. & provin. & custo. & per eos quibus ipsi commiserit, quia ab omni casu Papali possent absoluere potesta te ordinaria, quis per priuilegium habita (excepis à quibusdam expressis per Six. 4.) Imo & per Guardianos nostros possumus absoluui per coicationem priuilegiorum frarum prædicatorum, ut latius de hiis habetur in compend. tit. absolut. ordinaria quod ad fratres §. 7. §. 13. §. 14. & post §. 40. in 1. & 2. notabili, & in nostris hiis annotationibus sup. fol. 214. sup. tit. absolut. ord. quoad fratres §. 7. in hiis annotationibus tit. absolut. quoad seculares 2. §. 9. uide de hoc.

Quoad §.17. ubi ponitur prohibitio Eug. 4. quomodo debeat intelligi tanquam particularis pro ultramont. tantum facta, uidetur infra in hiis annotationibus supra 2. notabili collectoris.

Quoad §. 19 ubi dicit collector quod illa concessio t. ug. 4. est iam reuocata per Leo. 10. tu dic quod solum est reuocata per ipsum Leo. 10. quoad ingressum admonasteria S. Claræ, non quo ad alia ut infra §. 28. patebit. ¶ Quoad §. 19. ubi dicit

ad alia ut intira §.28. patebit. Quoad §.19. ubi dicit collector quod illa concessio Nic.5. iam est reuocata &c. Tu dic quod nullo modo est reuocata, quod patet. Nam per prædecessores suos Vrbanum, Benedictum, Martinum, Eug. non reuocatur concessio successoris huius Nic.5. ut patet, neque etiam reuocatur per successorem Leo.10. fff. 17. cuius prohibitio ponitur inf. §.28. et quoad monast. Sanct. Claræ, & ratio est, quia ut benedicit quidam pater satis eruditus, & patet intueti præfata prohibitio Leonis.10.

ННН

fa

## ANNOTATIONES

sæcta personis secularibus non intelligitur nisi quoad uolentes intrare ipsa monasteria sanctæ Claræ uirtute confessionalium & huiusmodi bullarum seu gratiarum quas solent personæ seculares extorquere à Papa. Seu quas Papa generaliter concedit, & in grauamen ipsarum monialium, ut patet in præfata prohibitiōne Leonis 10. Non autem intelligitur de hiis mulieribus seruitri-cibus monialium &c. quæ pro utilitate monasterii requisitæ ab abbatiscum licentia prouincialis permittuntur intrare secun-dum hanc concessionem Nich. 5. ergo.

Quoad s. 20. ubi dicit collector quòd illa concessio Pii 2. est oīo reuocata quoad intrandum clausuram quarumcunque monia-lium. Tu dic quòd solum est reuocata per Leo. 10. quoad ingressum ad claustra monasterio. sanctæ Claræ, nō quoad ingressum ad prædicandum etiam in claustris monast. aliorum monialium ad quæ claustra seculares coiter intrant &c. ibi conceditur, ut pa-rebit infra super s. 28.

Quoad s. 21. ubi ponitur concessio Six. 4. & remittitur sup-ad tit. absolutio quoad seculares 2. s. 9. uideatur ibi, & quod ibi annotatum est supra.

Quoad s. 25. ubi ponitur concessio Innoc 8. notandum quòd silla moniales seruientes pestilentias ambulent per domum si mulcum aliis monialibus sanis, iam non uidetur habere locum hæc concessio. Innoc 8. ad intrandum quoad illas, quia solum ui-detur hoc concedere Innoc 8. pro illis quia stant separatae ab aliis ut expresse habetur in prædicta concessione.

Quoad s. 27. notandum quòd hæc concessio Alex. 6. iam est oīo reuocata per Leo. 10. ut infra s. 29. habetur & post s. 27. notan-dum quòd Iulius 2. (ut habetur in eo. compendio post titulos al-phabeticos, in regula monialium conceptionis cap. g. ait sic. Si uerò aliquæ aliter ingrediantur, tām ingredientes quām admittentes in excommunicationis sententiam incurant, hæc ibi. & nulli reseruatur præfata excommunicatio.

Quoad s. 28. ubi dicit collector quòd per hanc prohibitionē Leo. 10. reuocantur omnes concesiones suorū prædecessorum, Tu dic quòd solum reuocantur quoad ingressum ad monasteria S. Claræ, non quoad alia, ut expresse loquitur Leo 10. ut dictum est. Ideo illa concessio Bonif. 8. quæ habetur s. 11. Et illa Eug. 4. quæ

## IN COMPEND.

quæ habetur s. 18. & illa Pii 2. quæ habetur s. 20. solum sunt re-uocatae quoad monasteria S. Claræ, ut in ipsiss s. notatum est. illa autem concessio Alex. 6. quæ habetur s. 27. omnino est reuocata quia de monialibus S. Claræ solum loquitur, ideo omnino re-uocatur, & credo quod non possimus ea concessionem gaudere quoad moniales conceptionis &c. per communicationem pri-uilegiorum, quia priuilegia reuocata non communicantur. Illa autem concessio Inno. 8. quæ habetur s. 25. nullomodo est reuocata, quia pertinet ad administrationem sacerdotum quæ per re-gulam conceditur. Sed cum limitatione ibi posita per Innoc. 8. ut ibi notatum est: illa autem concessio Nic. 5. quæ habetur s. 19. nullomodo reuocata est, ut ibi notatum est per rationes ibi positas.

Quoad s. 29. ubi collector dicit quòd in illa concessione Leo. 10. est subreptio seu falsa relatio uel error: uideatur infra in hijs annotationibus ubi de hoc latius in 2. notabili.

Quoad s. 30. notandum quod Clem. 7. per quoddam breue anno Domini 1533. ut dicit quidam pater fide dignus, dat facultatem min. g. & prouine. quod auctoritate Apostolica possint prohiberi & mandare quibuscumque personis secularibus uigo-re quarumcumque facultatum Apostolicarum audeant intrare monasteria monialium, promulgantes super hoc quascunque centuras, quodqz contra hoc abbatissæ nec moniales, nisi de uoluntate prælatorum, ualeant aliquem admittere.

Quoad s. 33. notandum quod nomine prælati qui possunt dare præfata licentiam quomodo ibi à Leo. 10. conceditur in-telliguntur etiam Guardiani, quia sunt uerè prælati, ut supra. titu. Guard. s. 1. notatum est.

Quoad s. 34. notandum quod stando in rigore literæ & limi-tationum ibi à Leo. 10. positarum, ut dicit quidam pater fatus do-ctus, non uidetur quod prælatus superior de quo ibi agitur alle-gatur seruare illas limitationes ibi positas, dummodo sacerdos, &c. sed solum allegatur alius sacerdos intrans ad prædictam mis-sam celebrandam, quia expresse ipsi tantū sacerdoti ibi imponun-tur præfatae limitationes (dummodo sacerdos &c.) non aut præ-lato de quo paulo superius ibidem mentionē fecerit Papa. Et no-tandum quòd ista concessio coicatur etiam monialibus conce-ptionis per coicationem priuileg. ut habetur supra in compend.

## ANNOTATIONES

18. & etiam aliis monialibus quibus eadem priail. S. Claræ coi-  
cantur, ut patet. Q. Quoad 1. notabile collectoris, ubi explican-  
tur casus, in quibus licet sit intrare clausuram monialitii S. Cla-  
ræ. Et primo quod casum 3. qui ponitur eo. fol. notand. quod  
ubi in eo. 3. cau dicitur quod non ingrediatur claustrum facer-  
dos &c. hoc in 4. casu proxime sequentiibidem ampliatur, ut ibi-  
dem potest uideri. Item quoad eundem 3. casum eod. uid. sup. §. 6  
§. 7. Et quoad 6. casum ibid. ubi collector tandem & bene quoad  
incendium &c. exemplificando dicit quod est licitura in pædi-  
ctis casibus intrare, non quidem oib; fratribus min. si adhuc a-  
lii sufficienes ad prouidendum tali periculo. Sed solùm fratrib; mi.  
deputatis seruicio ipsarum monialium, & hoc per concessio. Gre-  
gorii 9. quam ibi collector allegat. Notandum quod licet Greg.  
9. ibide id concedat monialib; S. Claræ primæ regulæ, quæ dicun-  
tar collectaneæ, tamen bene ualeat etiam quod moniales S. Claræ  
2. regulæ quæ dicuntur Vrbanistæ quales sunt oib; fere in Hyspa-  
nia, quia ipse Vrbanus 4. in prologo regulæ ipsarum coiscat illis  
omnia priuilegia & concessiones aliarum monialium prima re-  
gulæ. Et quo ad id quod tandem ibidem ait collector, quod alii  
fratres min. non possent intrare nisi in casu extremæ necessitatis  
corporalis uel spiritualis, notandum quod adhuc facit statutum  
cap. g. Laudis anno Dom. 1505. celebrati, & habetur in tab. 21. Vi.  
g. ubi sic habetur, declaratur quod fratres nostri non possent nec  
debent intrare interiores officinas quorūlibet monast. monialitii  
regula prohibente, nisi in articulo extremae necessitatis, uidelicet  
si aliqua monialis moreretur, & quod alius confessor pro ea au-  
dienda faciliter non possit inueniri, hæc ibi. Et similiter (ut ait col-  
lector in fine totius huius priui notabilis) iu defecatum socii, tunc  
confessor posset quemlibet statu min. pro socio introducere  
secum, cessante tamen fraude. Et hoc est consonum rationi, quia  
secundum Hug. 11. cap. extrema necessitas caret lege, & Leo 10.  
fffl. 17. sup. §. 28. approbavit casus in regula ipsarum monialium  
& in nostris constitutionibus contentos, in quibus licet est in-  
trare. Et quoad 7. casum ibidem, notandum 1. quod ubi dicitur  
quod pro opere exercendo quod commode extra monasterium  
fieri nō potest, &c. & ibi collector exemplificans dicit quod hoc  
habet locum quando aliqua res nimium ponderosa & fertur &c.

Adde

## IN COMPEND.

Adde & tu generaliter dicens, quod hoc habet locum in quocunq;  
opere, & difficili, aut resarcimenti, aut plantationis arborum, aut  
cuiuscunq; alterius rei seu operis intra monasterium faciendi, quod  
extra seu ab extra nō potest commode fieri, aut si opus est industria  
seu adiutorio, ita quod ipsæ monachæ perse sine tali adiutorio  
uel industria aut opere nequeunt aut nesciunt commode facere, quia  
tunc si fratres deputati seruitio earum possent & tciunt facere & que  
bene ut seculares, uel si sunt ad id necessarii cū ipsis secularibus ita  
quod ab extra non possent id commode facere, tunc ergo pædicti  
fratres deputati & non alii possent intrare ad pædicta, quia sine  
ulla exceptione Greg. 9. conformiter ad regulam ipsarum id con-  
cessit solūm pæfatis deputatis fratribus, ut pro quocunq; opere  
quod commode &c. ut habetur in eo. compend. eo. tit. §. 3. §. 7.

Secundo notandum quoad ipsum 7. casum, quod in casu pæ-  
dicto conceditur intrare ad pæfata monasteria, & hoc solū con-  
ceditur fratribus deputatis seruicio earum, & non aliis, ut patet  
per Greg. 9. ubi sup. quia quis in regula Vrbanistarum rubrica 18  
ut habetur in compend. eo. tit. §. 7. id generaliter concedatur o-  
mnibus Christianis, quia tamen illa concessio est generalis non  
sufficit pro nobis fratribus mi. pro quibus ex regula nostra requi-  
ritur licentia Papæ spiritualis. Papa aut Greg. 9. solūm hoc con-  
cedit ubi sup. pæfatis fratribus deputatis. Ideo tales, & non alii  
possent & que bene, ut seculares ingredi, ut dictum est quoties op-  
pus fuerit, ut hoc bene dicit collector ibidem.

Tertio quoad ipsum 7. casum notandum quod nomine fratrum  
deputatorum intelligitur frater confessor seu Vicarius ipsarum mo-  
nialium, & frater socius eius ad tale officium destinatus. Sed quo  
ad hoc de socio dicit quidā pater satis doctus & placet mihi quod  
ex quo iam hiis temporibus socii pædicti ponuntur & deponun-  
tur quotidie ad libitum per prouin. uel per Guard. de licentia sal-  
te g. & implicita ipsorum prouin. Ideo quando cunq; uoluerit po-  
terit prouin. uel de eius pædicta licentia guard. ei assignare quæ  
cunq; socii solum uoluerit adhuc (dummodo fiat sine fraude) ut  
in fine huius primi notabilis in resolutione duodecimi casus fo.  
104. ait collector quomodo intelligitur sine fraude) & pro tunc  
ille est deputatus socius ad seruitiū monialitii, sicq; quilibet fra-  
ter habens industria ad tale opus, seu etiam non habens eam  
potest

# ANNOTATIONES

potest cum prædicto confessore ipsarum ut socius eius prædicto modo assignatus à prouinciali uel Guardiano, ut dictum est, intrare, quod si sic intellexit collector bene quidem, si autem opposito modo intellexit, cù in fine huius 7. casus dixit finaliter quod hoc non est conforme iustitiae eiudē literæ &c. dic quod nimis scrupulose loquutus est, nimirum literæ adhærens, cù in hiis humanis constitutionibus potius sit standū consuetudini alias non culpabili aut nō uiciose negl peccatum fouenti ullo modo, sicut & inproposito dictū est, quod ei est standū ex quo nullū peccatum ex ea alias fouetur si sive fraude oīa fiant. Sed an similiter quoad hoc possit intelligi min. prouincialis uel eius commissarius habens curam ipsarum monialium pro magno uel paruo tempore, ut s. sit frater deputatus seruicio earū ut sic possit intrare in hoc casu sicut & uicarius seu confessor earum. Videtur quidam patri satis eruditio quod sic, ratio eius est, quia seruicium earū hic accipitur pro administratione seu cura earum quæ principalius est apud prædictos prælatos, mihi uero eius sententia placet quidem. Sed ratio prædicta non satissim facit, quia quāmuis seruicium sit idem quod ad ministratio earū, tamen stando in rigore & proprietate seu usu uocabulorum fratres deputati ad tale seruicium earū, nunquam sere dicuntur prædicti prælati. Sed solūm confessor seu uicarius earum cum suo socio, ut est facile uidere in omnibus priuilegiis & constitutis. ubi dicitur quod prælati in suis capitulis constituant deputatos fratres seruicio earum: & alibi saepius fratres deputati seu assignati seruicio earum distinguntur à prædictis prælatis, ut pater in constitutionibus generalibus ordinis cap. 5. & in priuilegiis Bonf. 8. Innoç. 4. ffs. 201. ubi habetur quod præfati prælati deputant fratres quimonialium prædictarum confessiones audiant & porcetur apud eas, & quod per prælatos possint uisitari & puniri tales deputati, ut habetur in compendio tit. monasteria s. 5. & s. 6. & Leo. 10. ffs. 7. ut habetur in eodem compendio tit. moniales s. 27. ibi uideatur & alibi saepius. Ergo ratio quæ mihi magis suadet prædictam sententiam prædicti patris est quia sic uidetur iam consuetudine practicari quæ est optima interpres & moderatrix legum humanaarum, quāmuis etiam in favore tam sententiae, q[uod] rationis prædicti patris potest facere Greg. 9. ut habetur in compendio hoc eo. tit. sup. s. 3. ubi postquām generaliter

# IN COMPEND.

liter omnibus deputatis seruicio monialium id concessit proxime post prædicta uerba ibidem specialiter de confessore ipsarum loquitur, concedens quod possit intrare pro audiendis confessib[us] & ministrandis sacris, ex quo uidetur quod in superioribus loquens de fratribus deputatis seruicio earū concedens eis quod possent intrare in casu penitenti & aliis ibi expressis, non solūm intelligebat Papa de uicario earum, sed & de omnibus habentibus curam ipsarum monialium, cuiusmodi sunt prædicti prælati principalius ut dicebat prædictus pater. Ergo quomodo cuncti sit propter hanc uel prepter illam rationem, eius sententia mihi placet, ut dictū est. Quartū quo ad ipsum 7. casum ubi dicit collector ibidē quod talis frater intrans pro opere exercendo, ut dictū est, Debet intrare solus sine socio alio, nisi forte idem socius ad idem opus esset necessarius. Notandum quod quāmuis pro seculari possit dici quod debet intrare solus, si solus potest facere quod faciendum est, ut ait collector. Tamen si religiosus intrat non debet intrare solus, tum quia ridiculum esset sic tam literaliter intelligere: & regula ubi loquitur de confessore seu prælato semper dicit quod intret sociatus. Tu etiam quia Greg. 9. ubi sup. ut habetur s. 3. in distincte dicit quod fratres deputati intrent pro opere exercendo, ergo non solus deputatus frater, sed simul prædicti fratres deputati. Quoad casum 10. ubi collector dicit quod prælati nostri non possunt episcopis dare præfaram licentiam &c. Tu dic quod quo ad moniales S. Clarae tantum est uerum quod collector ait non quo ad alias, nam quo ad alias possunt min. g. & prouincialis dare præfaram licentiam episcopis in priuilegiis. Ego 4. ut dictum est, & habetur sup. s. 18. s. 28. ibi uidetur

Quoad casum 11. ubi collector dicit quod non facit mentionem de concessione Nic. 5. quia non est in usu, & quia est reuocata per Leo. 10. &c. Tu dic quod nullummodo est reuocata per Leo. 10. neque est per non usum derogata, sed est ualida. & ego illam sape uidi practicari etiam in monasteriis monialium conceptionis per communicationem priuilegiis. ut de hiis dictum est sup. s. 19. & s. 28. in hiis annotationibus.

Quoad casum 12. ubi collector dicit duo: primo dicit quod Leo. 10. annulavit concessiones Bonf. 8. quæ habentur s. 11. & Nic. 5. quæ habentur s. 19. & alias consimiles. Tu dic quod si possum quo ad moniales S. Clarae reuocauit eas, & concessio Nic. 5. nullo

# ANNOTATIONES

5. nullomodo est reuocata etiam quo ad ipsos moniales S. Claræ, ut dictum est in eisdem s. ii. s. 18. s. 19 s. 20. & s. 28.

Secundo dicit iterum ibidem paulo inferius resoluendo quod prædictæ concessiones sunt reuocatae: tu dic, ut dictum est, quod non, ut in dictis s. habetur. Et similiter habent locum & est ualida concessio cap. g. Laualis que supraposita est in annotatione sup. 6. casu in hoc i. notabili.

Quoad 2. notabile quod ponit collector, quoad ingressum ad tertiarias an sit prohibitus nobis quoad illam prohibitionem de Eug. 4. quam ibi allegat pro ut habetur sup. s. 17. notandum quod illa prohibitione Eug. 4. non potest ualere ad probandum genera liter quod intendit collector quia Eug. 4. solum pro ultramon. id prohibuit quibus & loquebatur s. cum uicario generali eiusq; familia ultramon. i. Italica &c. ut patet ubi dicitur in tui uicariatus partibus cismoni. i. Italicis &c. & infra. ( infra tui uicariatus terminos &c.) & infra( tu & successores tui &c.) ergo tanquam odiosa non potest extendi ad nos cismon. præfata prohibitione: & si quis pro parte collectoris dicat quod moniales seu sorores istarum partium Hyspaniæ gaudent utunturq; dispensationibus ibi factis per ipsum Eug. 4. quod s. non tenetur nisi ad ieunia fratrum quodq; moniales non obligantur ex regulæ sub mortali nisi ad 4. quod ergo sicut dispensatio eis extenditur, etiam quo ad eas exten ditur præfata prohibitione. Respondeo unomodo negando conse quentiam, quia prohibitione tanquam odiosa non extenditur neq; communicatur, concessio autem seu dispensatio tanquam fauorabilis exteditur per regulam &c. odiare stringit de reg. iur. Alio modo Respon. etiam negando antecedens, dico enim quod per il las literas Eug. 4. non habuerunt religiose harum partiū Hyspaniæ dispensationes illas immediate cum ad ipsas illæ literæ nō di rigentur. Sed per communicationem priuil. quam fecit Six. 4. & Innoc. 8. intra ultramon. & cismon. fratres & sorores, ut ha betur in compendio tit. communicatio priuil. s. 7. & supra in hiis annotationibus eo tit. communicatio s. i. habetur, quia idem Eug. 4. postea ad supplicationem fratris Angeli de Bultena extendit hanc dispensationem ad omnes moniales 2. regulæ Sanct. Claræ sub qua uiuunt omnes fere moniales Hyspaniæ, ut patet sff. 257. quod quidem erat super uacaneū si prime literæ & Eugenii tagerent uniuersaliter fratres omnes & moniales, ergo præfata prohibitione

# IN COMPEND.

Eug. uon facit pro collectore quo ad nos cismon. ut probatum est. te. n. ibide n. eo s. collector pertractans illam aliā concessione in Leo. 10. sff. 17. de qua paulo superius eo. tit. s. 29. egerat dicit utrobiq; quod talis concessio est subreptitia & ex falsa relatione impetrata &c. & ideo nullius ualoris, saltem in conscientia. No tandem hic tria, primū quod in relatione aut supplicatione prædicti priuileg. habetur s. 16. quod non erat nobis prohibitum accedere a i. nonasteria tertiariorum in congregatione uiuentium & quidem hoc dictum est secundum opinio. probabilem multorum quā in tenebat ille pater qui tale priuilegium impetravit nam alia est opinio quod præfatus accessus ad oīa monast. quarumcunque religiosarum, saltem ad loquendum, est prohibitus no bis per regulam: & alia opinio est quod non per regulam sed per prohibitionem Papalem seu ecclesiasticam est nobis specialiter prohibitus præfatus accessus, ut de hiis latius diximus supra in annotatione, supra tit. accedere s. 4. & semper de accessu non de ingressu prædicta dicta sunt, ut patet: igitur si propter hoc dicendum est subreptium & ex falsa relatione concessum præfatum priuilegium Leo. 10. quia s. tanquam certum fuit relatum ipsi domino Papæ id quod ad hæc erat sub opinione probabili, non audeo asserere aut negare. & crederem quod nō est propter hoc dicendum subreptiu priuilegiū neq; ialsa relatio prædicta, si nō esset ibi aliud propter quod sit dicendum subrepticum: quod an sit an non proxime dicetur. Secundo notandum quoad præfatum priuilegium Leo. 10. quod ibi Papa paulo inferius firmiter ualde ingressum ad interiores officinas monasteriorum monialium Sanctæ Claræ ualde laxauit ingressum ad monasteria præfatarum tertiariorum in congregatione uiuentium sub clausura, uel sine clausura: nam concessit quod de licentia seu mandato speciali min. g. uel provincialis possemus intrare, & secundum quod fuerit statutum in nostris capitulis generalibus & provincialibus, sicq; uidetur quod si non esset aliqua subreptio iam possemus quo ad tertiarias tan tum uti præfata concessione Leonis 10. quo usque reuocaretur, quia per ipsam quoad hoc reuocantur omnes prohibitions prædecessorum, etiam Nic. 3. de qua expresse in prædicto priuilegio Leo. 10. dicitur non obstan. se. Rec. Nic. Papæ 3. prædecessoris

# ANNO TATIONES

nostrī quæ incipit. Exiit qui seminat &c. & cōceditur licentia spe-  
cialis nobis modo prædicto ad id. Et quidem hoc coiter pra-  
cticatur, quia s. de licentia prou. ex rationabili causa quacunq; in-  
trant fratres cum eo & sine eo ad monast. prædictarū tertiariorū.  
Sed tandem 3. notandū quo ad præfatum priuileg. Leo. 10. quod  
mihi, salvo meliori iudicio, uidetur tanq; tutius quod sit aliquo-  
modo subrepticium quo ad præfatum ingressum ad tertiarias,  
quodq; sit à talic concessione cauendum. Ratio est, quia q̄uis in re-  
latione expresse dicatur quod accessus non erat prohibitus no-  
bis ad tertiarias, credo tamen quod ibi sub nomine accessus late-  
suit intellectus etiam ingressus ad tertiarias, & saltem Papa sic  
uidetur intellexisse si uerba priu. ipsius in ipsa relatione subse-  
quenter videantur. ubi dicitur ( tamen propter scandalum quod  
interuenire posset, non sine nota forte incontinentiae &c. ) quæ in  
conuenientia ex ingressu, non ex solo accessu solent prouenire, si  
cut & de ingressu ad monasteria S. Claræ, paulo superius ibidem  
fuerant explicata, & infra ibidem in concessione seu prouisione  
quam facit Papa quo ad ipsas tertiarias nullam mentionē facit de  
accessu, sed de ingressu specialiter agit, ut dictū est. Ex quo uide-  
tur quod ipse sic de ingressu ad eas specialiter intellexerat quan-  
do in relatione ei dictum est, quod talis accessus ad eas non erat  
nobis prohibitus: & per consequens falsum est dicere quod acce-  
derelarge sumptū pro ingredi ad monast. tertiariarū seu aliarum  
q̄rumcunq; non sit aut non erat nobis prohibitus. cōstat enim ex  
regul. & declarationib. esse nobis prohibitū, ut hic bene probat  
collector. Ideo quo ad hoc nō uidetur ualida hæc concess. Leo. 10.  
Et facit ad hoc quod postea idē Leo. 10. in regula tertiariarū ipsa  
rū in congregatiōne uiuentiū seruantū uel non seruantū clausu-  
rā in ca. 8. statuit, ut hic resert collector. Ideo quo ad hoc credo  
ut tutius, standū esse sententiæ collectoris quod s. nobis ex regu-  
la & ex prohibitionib. Papalib. & ecclesiæ prohibitus est ingre-  
sus ad monast. religiosarū tertiariarum q̄rumcunq; in congre-  
gatione uiuentium, et nō seruantium clausurā. Nisi in casib. quos  
cōcedunt statuta nostra quo ad & secundum alias cōcessiones spe-  
cialis pontificum supradictorum non reuocatas, ut habetur in cō-  
pend. & in hiis annotationib. dictum est. Si quis aut uoluerit opi-  
nari quod præfatū priuileg. Leo. 10. nō sit subrepticium, quodq;  
uirtute eius conceditur nobis & licetia prouincial. posse intrare.

# IN COMPEND.

monast. tertiariorū, abundet unusquisq; in suo sensu, & suæ cōsci-  
entiae prouideat: & forte ad id facit id quod habetur statutum in  
tab. cap. gen. Radulphi anno Domini 1488. celebrati, ubi sicha  
betur, Sorores tria uota religionis publice emittentes, & in coī  
more religiosarum uiuētes taliter includantur quod uiris quibu  
scūq; ad officinas interiores earum accedēdi facultas non pateat  
absq; rationabili causa, & canonica per prouinciam iudicanda  
Fratres uero quouis quæsito colore ad dictas sorores cōtra præ  
scriptam formam scienter non accedēnt tub poena prævaricatio  
nis actuum legitimorum, hæc ibi. Sed ut dixi, prima opinio mihi  
uidetur mihi tutior, ut dictum est, q̄uis per consuetudinem hæc  
2. opinio hæbeat uim & nō sit damnanda: & forte sufficit præ  
dicta consuetudo ad interpretandum prædictum priuilegiū Le  
onis, quod nō sit subrepticium sed ualidum, ut dicit ista 2. opinio  
contra collectorem.

Quoad 3. notand. ubi Collector dicit s. 105. dicit ex Bonau.  
quod sicut monachi sunt non solū collegati, uerū etiam solita-  
rii, sic & monachæ & moniales intelligendæ sunt, &c. Notandū  
quod uidetur aliquibus quod stando in rigore literæ reg. nostræ  
& declarationū eius nō habeat uerum id quod dictum est secund  
Bonau. & ratio est, quia in reg. & declarationib. solūm prohibe-  
tur nobis ingressus ad monasteria monacharū ut patet, ergo q̄uis  
ratione scandali aut periculi uel suspicionis prohibeatur alio iure  
& alio præcepto regulæ ingredit alia loca solitariarū, non tamen  
prohibetur ex uiillius præcepti de non intrando monasteria mo-  
nacharum quod solūm agit de cœnobii aut monasteriis monia-  
lium, non de aliis locis. ergo propter hoc sic uidetur aliquibus.  
Sed hiis non obstan. uidetur bene posses saluari dictum Bonauēt.  
quia q̄uis ita sit quod s. ingressus ad talia loca interiora habitatio-  
num monacharum religiosarū uerarum solitariarum non prohi-  
betur per Papā uel per ecclesiā ubi sup. neq; talia loca ingredien-  
do incurrit excoicatio inficta contra intrantes monasteria mona-  
charū. tamen adhuc uidetur saltem ex intentione reg. nostræ pro-  
hibentis ingressum ad monasteria monacharum prohibitum esse  
nobis talia loca solitariarum religiosarum intrare. Nam to-  
sum interitum Beati patris nostri Francisci in hoc fuit amouere  
scandalum & periculum quod facile sequi potest ex tali ingressu

## ANNOTATIONES

seu conuersatione cum sc̄eminis religiosis indomibus earū, ut ait Bonauent. ubi sup. de quo crederem quod bene nouerit intentionem beati patris nostri Francisci, quāratio etiam habet locum in domibus solitariorum religiosarum, Sicut in monasteriis religiosarum in congregatiōne uiuentium, & forte magis in illis q̄ istis. Ideo non uidetur omnino securum recedere ab opinione & sententia prae dicta Bonauent. quis stando in rigore & sonitu literarē de quo beatus pater Francisus nō multum saepē curauit, aliud possit quis opinari, ut dictum est: Sed in dubiis & periculis tutius eligendū est cum uiris sanctis. Et notandum quod hospitia ad tempus breue transeuntium, non proprie dicuntur domus aut domicilia seu habitacula personarum. Ideo quando aliquæ moniales hospitantur in aliqua domo secularium ad breue tempus, quia non suntib⁹ mansionem longam facturæ, non prohibetur nobis ex uī prædictæ prohibitionis regulæ de nos ingrediendo monasteria & habitacula ipsarum illuc introire. & loqui cum ipsis monialibus, nisi alunde sit scandalum aut periculum, &c. notandum tamen quod non obligamus ad intentionem præcipientis, nisi quād ipsum quod intenditur præcipitur in ipso, uel alio præcepto aliquo modo, ut communiter dicitur à doctoribus.

Quoad 4. notandum ubi collector &c. per tractat utrum mihi & prouin. uirtute priuileg. Iulii 2. habeat auctoritatem quam protectores habebant ex regula monialium sanctæ Claræ integrām & illimitatam ante tempora Martini 5. ad omnia etiam licentiandum seculares seu etiam religiosos ad intrandum monasteria ipsarum monialium sanctæ Claræ in quibus cunctis casibus alias licitis. An potius habeat eam limitatam & restrictam sicut Martinus 5. eam restrinxit ipsis protectoribus, Ita quod nullo modo possent aliquem licentiare ad prædictum ingressum. Notandum circa hoc est duplex opinio, una est collectoris ibidē, & speculi fratrib⁹ min. fff. 12. cuius auctor latius idem tenuit in tract. dicto clipeus sacrarū monialium, à quo sumpta sunt omnia quæ collector in compendio quoad moniales & accessum & ingressum ad earum monasteria ponit, & multi alii sequuntur hanc opinionem collectoris: quæ opinio dicit quod habent eam limitatam & restrictam secundum Martin. 5. & ad hoc ponit 4. rationes in-

## IN COMPENDIUM

nes in sententia. Primaria est, quia supplicatio facta Iulio secundo super hoc fuit subrepticia, sed certe haec ratio nil valere uidetur. Nam cū subreptio sit quidem secreta informatio alicuius falsitatis, aut taciturnitas eius quod debet exprimi. Hic autem nulla talis suggestio seu taciturnitas subdola esse uidetur. Ex quo plane & sinceriter fuit prædicto Iulio propositum dubium super auctoritate min. prouincialium quoad moniales, ut prouideret in hoc (ut clare patet in ipso priuilegio, eiusq; relatione fff. 72. Dicere autem quod ideo est subrepticia quia Papa Iulius nō habuit notitiam reuocationis seu restrictionis factæ per Martin. 5. ipsis protectoriis, ex quo ipse Iulius non facit mentionem de ea, hoc non ualeat. Nam potius est credibile quod Papa Iulius qui tanto tempore fuerat protector, non ignorauit quod ad officium protectoris attinebat, præsertim cū etiam in suis literis præfatis referat aliqua uerba quæ in libris Martini s. habentur, quod si aliqua monasteria monialium committebantur aliquibus fratrib⁹ &c. & ideo prouidit sicut & Martinus 5. circa hoc ut ipsis placuit & uisum est. Nec oblitus quod Iulius non fecit mentionem de præfata restrictione facta per Mart. 5. eam reuocando, quia sine talis specialiter nominatione sufficienter derogatur per clausulas reuocatorias aut derogatorias generales (ut habetur in compendio, tit. priuilegia post s. 32. in q. quæ ibi ponit, quoad hoc nisi Papa aliud intendisset, ergo illa prima ratio non concludit intentum collectoris).

Secunda ratio eius est, quod Iulius ipse alibi declarauerat quod per confirmationem nostrorum priuilegiorum quam fecerat Six. 4. non confirmantur priuilegia alias reuocata, quod ergo similiter est intelligendum in proposito, quod si non intelligatur concessa per Iulium auctoritas protectoris min. prouincialibus quæ iam alias per Martinum 5. erat reuocata, sed limitata prout erat tunc temporis in ipsis protectoribus, sed nec ista 2. ratio est sufficiens. Nam in nostro proposito de potestate protectoris concessa nostris min. prouincialibus non fuit confirmatio rei aut concessionis iam collata, sed declaratio rei dubii, & cōcessio seu commissio facta de novo per ipsum Iulium (ut patet expresse fff. 72.) in prima enim declaratione quā ipse Iulius fecerat fff. 126. dixerat quod per confirmationem priuilegii factam per Six. 4. ac per corundem.

## A N N O T A T I O N E S

corundem priuilegiorum nouam concessionem non reuiuifica-  
bantur priuilegia reuocata, nisi de nouo suissent concessa. In hac  
autem concessione seu litera de potestate nostrorum mi. quoad  
moniales, fff.72. fecit specialem mentionē, declarationē nouamq;  
concessionem aut prouisionem auctoritatis protectoris conten-  
tæ in regula iplarum monialium sine ulla limitatione translatae ad  
mi. prou. ergo. Tertia ratio eius est, quod Iulius nō concessit au-  
toritatem prou. super monast. sed super ipsas moniales tantum:  
sed nec ista ratio ualeat. Nam cōcessio priuipali (s. ptate in monia-  
les) cōceditur & accessorie annexum (s. ptas ēt in monasteria earū)  
Maxime quia sicut z. polyti, ciuitas dicitur ciuium unitas aut so-  
cietas, nō aut parietes soli, sic nō facit monast. murorum ambitus  
tantum, sed habitatio religiosarum, ut ēt ait ipse collector paulo  
superius in z. notabili (ut ēt ait Abbas Pyamō ut habetur in colla-  
tionib.) cap.10.) quod monast. est locus ubi habitant monachi, li-  
cet sit unus tantum monachus habitator. cenobium aut dicitur  
habitatio & congregatio multarū personarū simul uiuentium  
cūa certo ordine certe professionis, alioqui prouin. nō possent  
uisitare & prouidere quoad seruitiales earum & capellanos, uilli  
cos, crates, scales &c. monialium. Sed solum quoad personas ipsa-  
rum monialium quod ab sit. Ex quibus uidetur quod potius di-  
citur monast. monialium congregatio ipsarū simul cum loco suæ  
habitationis q; ipse duntaxat murorum ambitus earū, quod ex con-  
cessa ptate super moniales sine alia limitatione excludente, intelli-  
gitur concessa ēt super ipsarum monasteria. Quarta ratio eius  
est, quod min. gen. frater Franciscus de Angelis habuit spiritua-  
lem auctoritatem à Papa, ut possit licentiare mulieres honestas  
ad intrādum monasteria p̄fatarum monialium ex quo uidetur  
quod eam non habebat &c. Sed neq; ista ratio ualeat, quia bene  
stat quod licet eam haberet uellet etiam specialem auctoritatem  
super hoc habere à Papa ut certius securiusq; sibi cōsulerat & age-  
ret, sicut & quilibet solet facere in aliis negotiis &c. Item potuit  
dubitare, an talem potestatem haberet, licet uere eam haberet,  
ideo habuit specialem. Ergo p̄dictæ rationes non concludunt  
pro opinione collectoris supradicta. Ideo est alia aliorum opi-  
nio quod s. nostri min. prouin. habent auctoritatem protectoris  
sine ulla limitatione sicut ex regula monialium sanctæ Claræ con-  
cessa

## I N C O M P E N D.

cessa erat protectori, antequam per Mart.5. limitaretur: quod dicitur  
ideo possunt sicut & ipse protector poterat licentiare quemcumque  
ad intrādum monasteria p̄fata, in casibus alias licitis. Ra-  
tio huius opinionis est, quia Iulius 2. ubi sup. fff.72. sine ulla alia  
limitatione aut restrictione declarauit & concessit min. prou. ha-  
bētes curam p̄fatarum monialium habere potestatem illam seu  
facultatem circa p̄dictas forores quæ per Urbanum 4. in eadem  
ipsarum regula p̄fectoribus eiusdem ordinis commissa fuit. er-  
go sine limitatione facta per Mart. 5. conceditur p̄dicta facul-  
tas proui. sed absolute prout in regula ipsarum cōmissa est profe-  
ctorib. nō prout limitata fuit postea per Mart. 5. ergo. & ideo si-  
cuit p̄fector potest licentiare, ut ibi allegatur in regula ipsarum  
cap.18. ita potest & min. prouin. Sed certe ista opinio non uide-  
tur secura. Primo quia consuetudo quæ est optima inter pres le-  
gum humanarum & ualeat pro lege & derogat leges & statuta hu-  
mana uidetur oppos. habere: coiter enim prouin. non sic intelle-  
xerunt p̄fataam concessionē Iulii 2. neq; uirtute eius audent li-  
centiare aliquos ad p̄fatum ingressum indifferenter sicut prote-  
ctoris poterant ante Martin.5.

Item 2. quia quod concessit Iulius 2. ubi sup. s. quod ha-  
beret potestatem super eas quæ concessa est in earum regula pro-  
fectoribus, potest intelligi quoad curam & gubernationem ea-  
rum tantum sicut in ipsarum regula Rubric.25. conceditur expre-  
sse p̄fectoribus & mandatur monialibus obedire, non aut quo  
ad licentiandum ad ingressum de quo in eadem regula Rubric.18  
habetur specialiter super quo etiam prouiderat Martin. 5. restrin-  
gendo potestatem ut dictum est, quia & sic etiam expresterat sta-  
tuendo & declarando Innocens quartus & Bonifacius 8. in simi-  
licausa.

Ideo credendum est, quod sic etiam uoluit Iulius secundus de-  
clarare & concedere plenam auctoritatem ministris prouinciali-  
bus super moniales quoad curam & gubernationem earum dun-  
taxat, ut dictum est, & de hoc tantum uidetur tuisse dubium pro-  
pter quod fuit à p̄dicto Julio secundo perira declaratio & con-  
cessio, non autem de potestate ad concedendum licentiam ad in-  
grediendum earum monasteria ut potest uideri & innuitur in re-  
latione p̄fati priuilegiis fff.72.

Item

## ANNOTATIONES

Istem tertio dato sed non solum concessio, quod virtute praefatæ concessionis Iulii 2. concedetur absolute facultas nostris provincialibus etiam ad licentiam dñi id predictum ingressum, credo quod non sufficeret ad licentiam nos fratres minores. Neque ut ex tali licentia nos fratres minores possemus licite intrare praefata monasteria. Ratio, quia ista est concessio generalis facta ad licentiam dñi g. oes Christianos sicut protector poterat licentiatem, pro nobis aut fratribus minor. ex uirginali regule requiritur licentia seu concessio specialis Papæ, ut possimus licite licentia scribi, & de talis licentia intrare, ut dictum est, ergo sicut si non esset restricta per Martinum quintum, seu ablata talis potestas a proteetore, non possemus nos fratres min. de eius licentia intrare praefata monasteria: sequitur quod nec de licentia nostrorum provincialium, quia per predictum priuilegium Iulii 2. non conceditur illis etiam secundam hanc 2. opinionem si esset uera, nisi eadem facultas quam protector habebat quod ex regula ipsarum monialium, & nihil aliud conceditur quod non super nobis fratribus min. specialiter quoad praefatum ingressum, quanto magis, quod ut dixi dubium est, quod si. non est concessa predicta facultas nisi limitata, & nullo modo ad concedendum licentiam alicui ad ingrediendum praefata monasteria.

Igitur quid resolutio si tenendum circa hoc, dico tria. Primo quod dubium est, nec est cito certum quomodo debeat intelligi predicta facultas seu potestas protectoris concessa nostris provinciali, an simpliciter quoad omnia ut dicit 2. opinio, an potius restricta, ut dicit opinio collectoris: & ratio dubii sit in hoc quod rationes pro utraq; opinione non concludunt intentum pro sua opinione, quoad omnes rationes utriusq; opinionis potest facile responderi, ut uisum est & de intentione Papæ Iulii id concedentis non constat, ergo manet dubium. Secundo dico quod hoc dubium potest solui s. min. provincialis simul cum aliqua persona indignitate ecclesiastica constituta & duobus aliis iuris consultis examinaret hoc dubium, & secure omnes fratres possumus tali declarationi stare, quo usq; per Papam aliud declaretur aut prouideatur, ut habetur in compendio tit. priuilegia s. 13.

Tertio dico quod interim quod non fit predicta declaratio probabilius & non solum secarius, uidetur tenere primā opinionem

## IN COMPENDIUM

nem supradictam collectoris, q; secundam aliorum opinionem; Et hoc non propter rationes collectoris supradictas quæ solutæ sunt, sed propter tres illas rationes quæ factæ sunt contra secundam opinionem, & præcipue hoc credo uerissimum, quod si. quo modocunq; illa potestas sit concessa nostris min. provincialibus tamen uirtute illius etiam absolutissime concessæ per Iulium 2. non possumus nos fratres min. licentiarie nec de tali licentia intra re praefata monasteria monialium, quia requiritur licentia specialis, illa autem non esset nisi generalis, ut dictum est.

### Interdictum primo.

Quoad s. 13. notandum quod sepelire solemniter & cum ceremoniis solitis, ut ibi conceditur per Iulium 2. est aliud. Et aliud est sepelire cum pompa moderata, ut sape conceditur in bullis crucifixis. Proquo notandum quod sepeliri cum pompa moderata est quod dentur in campanis tres clamores pro uiris, & duo promulgeribus, quodq; clerici seu religiosi dum deferunt dumq; sepeliunt cadaver carent quod solitum est cantari, non aut quod celebretur missa de requiem &c. ut hoc sic fuit declaratum in bulla contra Africam data per Leo. 10. anno Dom. 1516. Aliud aut est sepelire in silentio, ut clericis seruantibus interdictum concessum est a iure communi, & ex priuilegio concessum est nunc nostris familiaribus, ut habetur in compendio tit. interdictum 3. s. 2; & 3. & s. 8. & 11. & 14. & 15. ibi de his uideatur.

### Interdictum tertio.

Quoad s. 3. notandum quod auctor supplemeti ff. 12 8. quo ad hoc priuileg. Clem. 4. dubitat an iis qui in nostris morantur obsequiis etiam existentibus sanis tempore interdicti, possumus ministrare sacra prout ibi conceditur s. 2. & tandem declinat ad tenendum quod non nisi infirmis, quia sic solu est concessum minimis per Iulium 2. in eorum mari magno ff. 8. Sed certe uidetur quod etiam sanis possumus ea ministrare, quia sic absolute & sine ulla distinctione coegerent nobis & Carmelitis Cle. 4. & Six. 4. Qutumcunq; ipsi minimis cum limitatione sit concessum, nam id sape accedit, quod si. aliquibus ordinibus conceditur limitatione quod alias plenijs sine ulla limitatione conceditur, ut pater.

## ANNOTATIONES

Ideo ipsi minimi per communicationem priuileg. possent in hoc sicut & in aliis gaudere priuilegio supradicto nobis latius concessio.

Quoad 2. notandum quòd ibi ponitur à collectore, præcipue quoad id quod tandem in fine iphius notabilis dicit, quòd t. hoc non obstan. in ciuitate Salman. ex consilio iuris peritorum &c. fuit celebrata osta. Sancti Bernardini solemniter tempore interdicti &c. adde & tu quòd similiter est factum in ciuitate Tole tana in cap. prouin. ibi celebrato anno Domini 1524. præsente min. generali. Sicq; iam in consuetudine practicatur. Et de hac materia interdicti late habetur in supplemento in decisionibus dubiorum, dub. 3. fff. 3. unde hæc omnia collector assumpit.

### Ministri.

Quoad 5. 8. ubi agitur de potestate concessa per Iulium 2. nostris prouincialibus, similiter moniales, videatur latius ubi sup. in hiis annotationibus &c. super titul. ingredi, quoad quartum notandum collectoris, &c.

### Missa primo.

Quoad 5. 2. & 3. notandum quòd illæ concessiones Alex. 4. ha bentur etiam in 2. tract. lib. ordinis. Et Bonif. 9. fff. 118. con cessit fratribus prædicatoribus, prohibendo ne s. prælati ecclesia rum aut alii quicunq; eos impediant quominus missas & alia of ficina diuina in ecclesiis suis quotidie celebrare, & oblationes in missisipsis & alias ad eorum altaria prouenientes libere & integraliter recipere & eorum usus iuxta morem dicti ordinis conuertere possint sub excommunicatione ipso facto in contra facientes.

### Missa secundo.

Quoad 5. 3. & 4. ut ait sum. Ros. tit. missa, 5. 2. quòd hora sta tuta per ecclesiam ad celebrandum est ab aurora usq; ad nonam. Aurora autem incipit per unam horam, & quintam eius partem an tes 50.

## IN COMPENDI.

De solis ortum ad nostrum hemispherium. Per prædictas autem con cessiones Pii 2. Six. 4. Innoc. 8. possumus celebrare per unam ho ram ante & post, ut ibi conceditur ex causa rationabili, & per alias subsequentes concessiones possumus adhuc latius, videatur ibidem in compendio in ss. sequentibus.

Quoad 5. 5. notandum quòd illa est optima concessio sine ul la limitatione, ubi concedit Innoc. 8. quòd statim post matutinum possint fratres Augustiner. & nos etiam per communicatio nem eorum celebrare. Sed & Iulius 2. fff. 4. concessit minimis quòd possint celebrare & facere sibi celebrari missas etiam per sa cerdotes seculares ante diem in quocunq; loco honesto cum alta riportatili & ibi recipere sacramenta.

### Moniales.

Quoad 5. 9. notandum quòd idem Eug. 4. decrevit omnes mo niales primæ & secundæ regulæ sanctæ Claræ esse sub obedien tia & cura nostrorum prouincialium & sub eorum regimine me diate & immediate, s. per se vel per alios gubernandas sub graui bus censuris contra moniales resistentes, decrevitq; omnes præ fatas moniales, uocare moniales sanctæ Claræ. Et hoc idem de crevit Urbanus 4. in prologo super regulam monialium secun dæ regulæ sanctæ Claræ. Nam notandum, ut collector in hoc tit. paulo superius dixerat, quòd moniales primæ regulæ à sancta Clara æditæ alicubi uocantur collectaneæ, alicubi pauperes No minæ, aut sanctæ Damiani uocabantur. Moniales autem uiuentes secundum regulam æditam ab Urbanus 4. uocabantur Urbanistaræ, & ista sunt omnes feræ quæ sunt in Hispania. Sed nunc secundū supradicta decreta Pontificum coiter uocantur ab solute moniales sanctæ Claræ, sicut & aliae primæ regulæ, ut dictum est.

Quoad 5. 21. ubi ponitur concessio Iulii 2. concedentis nostris prouincialibus potestatem protectoris super moniales, quomo do debeat intelligi, videatur supra in hiis annotationibus &c. tit. ingredi, similiter 4. notabili collectoris.

Item de licentia min. prouincialis possit monialis S. Claræ exi re clausuram causa alicuius iniuritatis curandæ, seu alia causa, ui deatur latius in compendio tit. clausuram per totum. Quaræritur

## ANNOTATIONES.

**E**t utrum moniales & sorores teneantur officium diuinum dicere in choro, & ad faciendum celebrari missam conuentualem & eam applicare pro ecclesia ut nos fratres min. facimus & tenemur.

**R**espondeo per tria puncta: quorum primum est quoad officium diuinum, dico quod ex iure communi tenetar in communis in choro dicere officium diuinum sicut alii regulares seu religiosi, ut expresse habetur Clementina 1. de celebra. miss. ut bene notat summa Angelicæ tit. hora canonica, §. 25. 26. & Siluest. eo tit. §. 10. & latius de hoc habetur in 2. punto sequente, ibi uideatur Ex regula autem moniales San. Claræ non obligantur specialiter, quia hoc eis obligatorie non imponitur, & similiter dicendum de aliis quibus id regula obligatorie non imponit: ex statuto autem aut consuetudine uideat unaquæque religio, qui deit ea hoc habeatur respectu. Videantur aut si qua sunt priuilegia quoad alias in speciali aut in communi concessa, ut habetur in compendio tit. officium diuinum, tit moniales, §. 24. 25. &c.

**S**ecundum punctum est quo ad missam: & dico quod iure communi si militer tenentur facere celebrari missam conuentualem in suis ecclesiis. Ratione, quia expresse sub uerbo mandamus habetur in cap. cum creatura, de celebrat. miss. iuncta rubrica, quod in ecclesiis collegia'ibus quotidianie missa celebretur conuentualiter de festo aut de feria secundum quod tempori conuenit. Item in cap. dolentes, eo tit. stricte mandatur in uirtute obedientiae praelatis & clericis quod celebrent officium diurnum & nocturnum &c. & ibi expresse uidetur loquitur de celebratione missarum quam de aliis horis: quia prius loquitur ibi de matutinis & post de missis: & post hæc omnia tandem dicitur ibidem, hæc igitur & & similia &c. quæ sequuntur uigil ad uerbum celebrent &c. Et ideo sum. Angel. tit. miss. §. 33. dicit quod uirtute Clem. 1. de celebra. miss. in omnibus ecclesiis collegiali & conuentuali celebrantur quotidianie missa de officio occurrente, & concordat Siluest. tit. missa 1. q. 4. nunc autem monasteria religiosorum & religiosarum sunt collegia ut ait Rubrica in capi. cum creatura de celebrat. miss. seu sunt conuertitus ex quo habent prælatum seu prælatam, ut etiam specialiter quoad moniales habetur in hymn. ad laudes festi San. Claræ, ubi habetur, Ducis ad sponsum dominum puellarum collegia &c, ergo tenentur conuentualiter &c. ut habetur in d. cap. cum.

## INCOMPENDIUM

**e**um creatura. Et nullus decipiatur, dicens prædicta capi, loquitur de præfatis ecclesiasticis & clericis, non autem demonasteriis monachorum aut religiosorum utriusque sexus. Nam ad id respondeo quod dicta Clem. etiam loquitur de monasteriis & regularibus. Item quia ut elicitor ex cap. ex parte de postulando, & ait Panorm. & alii doct. ibidem, quando aliqua constitutio Papalis sit respectu religionis qui potest conuenire monachis & canoniciis regularibus, & non signantur nisi aliqui eorum ligati utroque utriusque sexus, etiam si diuersa nomina habeant, quia ubi eadem ratio & idem ius, ut habetur de reg. iure lib. 6. ergo. Prædicta tamē de dicenda quotidie missa conuentuali in dictis monast. intelligenda sunt ciuiliter sicut in aliis præceptis iuris Canonici, sed dum comode fieri potuerit, & dum non aderit impedimentum, seu dum alia causa rationabiliter non obstiterit, ubi credibile esset legis constitutorem si addeset consensurum, ut non dicaretur talis missa conuentualiter tunc uel tali tempore, puta si non esset nisi una missa tantum in die profesto in quo occurreret defunctus pro quo esset tunc de requiem celebranda & huiusmodi, ut innuitur in dictis cap. cum creatura, & secundum coiser doct. ubi sup.

**T**ertium punctum est, si talis missa conuentualis motialium sit necessario applicanda generaliter pro viuis & defunctis ut facimus nos fratres min. ad quod respondeo, saluo meliori iudicio, quod non tenetur ad id: ratio, quia nullo iure uidentur ad id obligari, quod patet, quia non iure diuino ut patet, nechumano, nam detur illud. Constitutio enim fratrum minorum quod missa conuentualis celebretur pro viuis & defunctis solū recipit ipsos fratres ut patet. Item quia cum ratio legis, sit anima legis, ut habetur in libro cuius ratio si de bonis ff. damnatorum. Ratio autem illius constitutionis generalis quod missa conuentualis celebretur pro viuis &c. tuit ut sic satisficeret benefactoribus ipsorum fratrum uiuentium de elemosinis, ut patet, quia ibi in statutis generalibus dicitur quod celebretur pro illis qui recommendantur &c. Hæc autem ratio cessat in monialibus habentibus suos redditus & bona sua quæ secum afferunt ad monasteria de quibus uisint, non autem de elemosinis ut nos, ergo non tenetur ut nos quo ad hæc Nisi alio modo ratione alicuius redditus aut oneris alterius teneantur applicare missam conuentualem pro viuis &c. ideo poterunt: can.

## ANNOTATIONES

eam applicare pro quo uoluerint. Hacten puncta uidentur rationabiliter dicta ut quidam pater fatus eruditus ea annotauit  
Quoad s. 31. uidead. idem intr. tit. Symonia. s. 1.

## Mulieres.

Quoad s. 1. notandum quod iste pynzocheræ de quibus ibi agitur, sunt uelut tertiariz nostri ordinis minorum, uentes in iuis domibus particulariter, modo fecerint uotum continentia, modo non: quæ quidem non sunt propriæ nec uera religiosæ secundum ius, & in Italia dicuntur Bizoche, in Hispania beate (ut ait collector cōpendii) ingredi, in 2. notabili, & tit. oblati fratrum s. 2.) & aliquando dicuntur mantellata, quia mantellum coloris cinerei sicut est noster habitus portant, ut in hoc s. 1. innuitur. & quando tales mulieres sunt sub ordine S. Augustini, dicuntur aliquando corrigiatæ: quia corrigiam illius ordinis portant, ut patet in multis priuilegiis & indulgentiis concessis talibus corrigatis. De hiis autem tertiaris latius habetur in fr. titulo tertiarii, &c.

Quoad s. uid. in compendio. tit. tertiarii, s. 26. aliam cōcessio nem Inno. 8. fff. 36. ad id quod Six. 4. in hoc s. concedit.

## Nouicius.

Quoad s. 10. notandum quod per talia signa uolentium perpetuo in religione manere & per tale compulsionem quam Papa concedit posse fieri talibus de quibus ibi agitur ad permanendum in religione, non sequitur, quod ergo illi nouicii sint tacite uel ex presso professi, nisi simul per actualen promissionem seu uotum saltem & quia ualenter se tane religioni illi obligassent quis hic Papa Clem. 4. in fauorem animæ nouiciorum & ad illius maiorum securitatem, & præcipue in fauorem religionis statuerit saltem in foro ecclesiæ tales debere compelli ad religionem, licet nullo modo sit uere professus, ut dictum est, & de hoc latius nos sup. diximus in expos. regulæ fratrum min. cap. 2. q. 12. & latius habetur in Siluest. tit. religiosum, q. 19. Religio s. q. 8. & summ. Angel. eo tit. & Gaie. 2. 2. q. 58. articulo 1. quolibet ibi videat qui uoleat.

Quoad s. 24. notandum, an hoc priuile. cuius 2. concessum Au gustinensibus

## IN COMPENDIUM

gustinenibus communicetur aliis religiosis tanq; fauorabile ipsiis Ita quod etiam in aliis religionibus saltem mendicantibus censemur professus ille nouicius qui promouetur ad sacros ordines & quem effectum habeat talis tacita professio. Et an ipsi Augusti aut alii si quibus forte ipsum priuilegium communicatur possint tali priuilegio renunciare, quia uidetur in periculum nouiciorum Ista omnia debent hic aduerti de quibus nihil hic certum habeo neque scio, quia me imparem huius dubii enodationi plane confiteor, quanvis credam solùm in foro judiciali censemur professus talis ad hoc quod possit compelli ad ordinem sicut & sup. s. 10. quoad concessionem Clem. 4. dictum est, ex quo auctoritate min. g. potest talis nouicius per motus ad sacros ordines habitum illum relinquere uel mutare, sed ut dixi in hoc peritiiores consenserunt.

## Officium diuinum primo.

Quoad s. 6. 7. & 8. primo quod post illam concessionem Six. 4. deberent ponи aliae eiusdem Six. & aliorum pontificum concessiones quæ in eo. compendio tit. officium diuinum, 2. habentur inferius. Secundo notandum quod ibi omissæ sunt duæ concessiones & duos s. ex defectu calchographi. Nam ibi deficit concessio s. 7. & concessio s. 8. quæ ibi truncata est & quamvis concessio illa pro s. 8. quæ ibi truncata est optime possit suppleri, ut paulo inferius suppletur. Tamen ego non possum diuinare quæ concessio sit illa pro s. 7. posita erat aut debuit ponи a collectore quia non habeo eius originale. Ideo loco eius ego pono unam aliam concessionem quæ non est posita in compendio, & orte hæc est quæ collect. ibi pro s. 7. posuit. Est ergo pro s. 7. cōcessio hæc quæ haberur in registro ordinis facto tēpore Reuerendissimi patris fratris Frācisci Lychetim. g. quod s. Leo. 10. anno Dom. 1519. uiuæ uocis oraculo concessit quod tempore capituli non teneantur fratres dicere in choro officium Beatae virginis, & habetur fff. 92. concessione 304. Pro s. autem 8. concessio illa quæ ibi habetur truncata suppletur sic, Leo. 10. concessit nobis quod dicendo horas canonicas & alia officia diuina in choro uel extra, satissimius præcepto cap. dolentes de celebranda mis. de dicendo.

## ANNOTATIONES

Cēndo ita si se pariter & deuote, ac etiam regulæ nostræ, etiam si propter aliquam fatigationem vel aliam causam dicamus sedendo aut deambulan̄to, vel non integrè proferendo uerba prout sunt scripta propter negligentiam aut imperitiam &c, ut ibi subsequitur in compendio ante s. 9.

## Officium diuinum 2.

Quoad s. 4. notandum id quod ibi conceditur per Innoc. 8. habetur etiam declaratum in tab. 19. Vic. g. & melior concessio habetur contraria officium diuinum i. s. 16. per communicacionem monialium tit. moniales, s. 29. & de hiis latius in tit. infirmi fratres, tit. feriae, tit. festivitas, tit. missa, secundum subiectam materiam habetur.

## Ornamenta ecclesiastica.

Quoad s. 4. & 8. notandum quod ibi collector conformiter ad Spec. ff. 6. dicit quod caendum est ab illis dispensationibus Six. 4. & Leo. 10. quod habendum preciosa & sumptuosa in cultu diuino, quia sunt subrepticæ ex falsa causa habitæ, & quia contra declarationes &c. Sed certe modestius mihi dicendum uidetur. Nam aliud iudicium habendum est quoad fratres utentes prædictis rebus præciosis secundum prædicta priuilegia, & aliud quoad procurantes prædicta præciosa aut superflua.

Nam primo quoad ipsos fratres utentes, dico quod omnes fratres possent licite recipere & tenere paramenta & contenta in priuileg. Six. 4. s. 4. cum limitationibus ibi positis; quia sic limitata uidetur rationabilis dispensatio ad tollendum scandalum vel turbationem personarum probabiliter imminentem, & ut deuotioni talium personarum ad Dei honorem condescendatur, & dum modo fratres non dent causam prædictis, ut ibi dicitur, neque tententur fratres esse ualde solliciti ad informandum tales personas vel ad multum dissuadendum eis, sed sufficit quod non prouocet eos ad id quod non frangant scandalum ubi non est (ut ibi invitatur)

## IN COMPEND.

tur) & certe temerarium uidetur dicere quod cum hiis limitationibus non sit licitum uti tali concessione quam totum cap. genera le Aquile. anno Dom. 1472. acceptauit & posuit inter alias collectiones ipsius cap. ut habetur ff. 100. Similiter dico quod omnes fratres possent licite uti domibus & ædificiis sumptuosis & ibi morari & paramentis ualibus ecclesiasticis præciosis ualde & multiplicibus uti, & alius quibuscumq; quibus fratres utuntur coeteri vel diuisim, utpote cellis & officiis, librīs & aliis utensilibus domorum nostrarum secundum priuileg. Leo. 10. supradictū s. 8. quia uidetur rationabile & habere causam rationabilem aliquæ liter, ut in dicto priuileg. ff. 15. ponitur, quia s. talium rerū sumus custodes tantum, & ex ipsarum usu nihil magis adiicitur nostris commoditatibus corporalibus quoad uictum & ueititum, & propter honorem cultus diuini, & ut similiter deuotioni domini earum rerum, s. deuotioni domini Papæ qui est dominus talium rerum alio domino non existente, uidetur quod licite talibus rebus utiamur, sicut de concessione Six. 4. dictum est. Maxime quia ex quo ipse Leo. 10. non solum dispensando concedit, sed & declarat & decernit esse licitum talibus uti, & insuper uult mandatq; fieri, certe uile tur tacite decernere talem concessionem seu dispensationem eiusq; causam esse rationabilem & licitam nobis. Ideo tanq; talis habenda est in uero qz foro, dum de opposito nō constat manifeste, ut est eos prædicta regula doctorum utriusq; iuris: & nos humiliter & sincere sic stantes prædictis Papali declaratio ni atq; decreto sumus omnino tuti in conscientia. Neq; est dicendum Papam non fuisse dubite informatum de nostra obligatione conitatur enim quod fuit sufficienter instructus, ut expresse patet in relatione ipsius priuilegii, & dato quod ei non fieret tam extensa relatio seu conformatio nostræ obligationis, ipse tamen censeretur habere in pectore suo omnia iura coi, cuiusmodi est nostræ regulæ obligatio quoad hoc de qua habetur in declarationibus interitis incorpore iuris, ergo licite possumus uti prædictis rebus secundum præfata priuilegia, ut dictum est. Et quoad ædificia idem adhuc clarius patet, quia quis Clem. 5 decreuerit in sua declaratio ne super nostrâ regulâ quod ædificia nimis sumptuosa nō conueniunt nostro statui, tamen ipse postea in Clem. cupientes, de pœnis

## ANNOTATIONES

præcepit sub excommunicatione quod talia loca non relinquere mus absq; licentia speciali sedis Apostolicae, ergo licite possumus ea habitare & eis uti, ut etiam sanctus Bernardinus in sua epistola art. 4. declarauit, & habetur in eodem speculo fff. 6. Ergo patet quoad ipsos fratres utentes prædictis rebus quod possent iphis licite uti secundum prædicta priuilegia Six. 4. & Leonis. 10. cum suis limitationibus ibi contentis. Sed quoad fratres procurantes fieri seu haber i talia sumptuosa &c. dico 2. quod illicite contra statum nostræ professionis ea procurant. Non quia in dictis priuilegiis non conceditur talibus quod possint ea procurare ullomodo, ut patet ibidem, Imo & in concessione Six. 4. id eis specialiter prohibetur seu limitatur, ut patet s. 4. Post q; autem iam semel habitata seu facta sunt in ordine culpabiliter seu inculpabiliter procurata per ipsos fratres seu per alios, tunc licitum est talibus uti, ut dictum est. Nam usus tantum eorum est concessus, acquisitione autem seu ædificatio, seu causalis procuratio taliū sumptuosorum, aut præciosorum prohibita. & illicita nobis est ex regula seu declarationibus, & nullomodo est nobis concessa per prædicta priuilegia, sed potius exclusa, ut patet ex dictis, quod secundum Clementem. s. & sanctum Bernardum licitus erat nobis usus ædificiorum sumptuosorum, quorum tamen procuratio aut ædificatio nobis prohibita est, ergo secundum prædicta uidentur moderanda ea quæ hic Collector dicit.

## Paupertas.

Quoad s. 1. notandum quod nec super habendo peculio potest prælatus cum suo monacho dispensare, nisi sit monachus habens administrationem communitatis seu pro ipsa communitate, utpote eleemosynarius, uestiarius aut aliis officialis communitatis, quia pro communitate potest habere peculium, non pro se (ut habetur in eo.ca. cum ad monasterium, secundum docto. ibidem) Gerson. 1. parte summ. alphab. 23. litera g. litera s. Peculium autem in proposito quoad monachos seu religiosos (ut habetur in Gers. ubi su. secund. Guard.) minus est q; propriū, seu q; proprietas, & minus est habere peculiū q; habere diuinū, aut proprietatem.

## IN COMPENDIUM

ratem, quia non est habere principale dominii in re ipsa, Sed habere facultatem seu licentiam superioris ad commutandum distrahendum seu disponendum generaliter & ad libitum prout si bi uisum fuerit de tali re uel rebus, & hoc ad huc non libere omnino, sed ut dictum est limitate. i. sub alio id facere possunt, ut filius sub patre, seruus sub domino, & durante licentia eorum sub quoru dominio aut potestate ipsi sunt. Ideo uideant fratres quā multipliciter à prælati pariter & sub ditis s;pe circa hoc erratur, quia prælati tenentur specialiter circa hoc prouidere sibi & subditis. De quo nos latius egimus supra in expos. regulæ fratrum min. cap. 6. q. 7. ibi uideatur.

Quoad illa notabilia quæ collector circa paupertatem ponit qui uoluerit latius uidere, legat supra in nostra expos. regulæ fratrum min. cap. 6. q. 1. ibi forte plenius intelliget ea quæ hic breuiter tangit collector. Et quo ad quæst. 3. de burfariis quam ibi collector pertractat, uideat qui uollet in prædicta expos. regulæ fratrum min. cap. 4. q. 13.

## Prædicatores verbi Dei.

Quoad s. 8. notandum quod similiter ad id quod ibi similiter Nich. 3. uel 4. concessit, etiam Greg. 9. ff. 253. & Innoc. 4.

Quoad s. 13. notandum quod idem Bonif. 9. ibidē prohibuit etiam sub excommunicatione ipso facto in quoscunq; contrasistentes, ne prælati ecclesiarum aut alii quicunq; populum aut parochianos suos retrahere præsumant quominus accedant ad audiendas prædications fratrum prædicatorum quoties & quando uoluerint.

## Præsentatio confessorum.

Quoad id quod collector tandem dicit circa concessionem Clem. 5. notandum quod ut habetur sup. annotatum tit. absolutione quoad seculares p. s. 16. sufficit quod sit semel præsentatus, quia iam semper & ubiq; censemur præsentatus.

# ANNOTATIONES

## Priuilegia fratrum.

Quoad s. 4. notandum quod Alex. 4. ibidem ff. 115. non decreuit esse ipso facto irritas sententias inflatas contra alios occasione nostra contra nostra priuilegia, sed sententias contra nos decreuit irritas & nullas ipso facto. Sententias autem contra alios occasione nostra contra nostra priuilegia decreuit forte irritandas & annullandas per iudicem. Ideo sic est generaliter tenendum, nisi in casu aliud aliquid per Papam sit concessum, aut concedatur.

Quoad s. 10. notandum quod idem Six. 4. ibidem, & in mari magno Carmel. f. 98. f. 100. decreuit irritu & inane quicquid contra nostra priuilegia, contra nos & moniales seu torores utriusque sexus gaudentes nostris priuilegiis & quocunq; quomodo cunq; attentetur, & oes penas & centuras uel alia quæcunq; contra nostra priuilegia contra prædictas personas nullius esse roboris & momenti ipso facto, etiam si non allegentur ipsa priuilegia & nostra exemptio, quia iam notoria haec omnia censentur.

Quoad s. 12. notandum quod bulla aurea de qua ibi agitur habet etiam fol. 65. & idem Six. 4. ff. 197. dat modum procedendi contra quoscunq; infringentes nostra priuilegia.

Quoad s. 15. notandum quod cum opinione collectoris ibidem concordat id quod iple intras. 32. ponit de cōcessione Clem. 7. & quod idem dixerat super tit. concilium s. 7. in fine fol. 43. & Panorm. post Ioan. Andr. de lignario, in cap. cum super, de cau. poss. & glo. in c. cum accessissent de constitut. & diffusæ id probat sum. Ref. tit. absolutio 1. f. 121. f. 123.

Quoad s. 22. notandum quod idem Leo. 10. (ut habetur in registro ordinis facto tempore reueren. min. g. fratri Franc. de Lycheto) concessit anno Dom. 1519. in vig. visitationis b. Massæ uiua uocis oraculo, quod omnibus priuilegiis & indultis & concessionibus in utroq; foro imperatis per fratrem Ioannem de Costa commissarium quondam ultramon. quæ habentur ff. 91 liceat nobis uti secure, quis fuerint imperata indebita absq; causa legitima, uel quoq; alio modo indebito etiam maliciose & mendaciter dolose & huiusmodi, quæ omnia dominus Papa habuit

pro

## IN COMPENDIUM.

pro sufficienter expressis, & supplevit quoscunq; defectus in tali imprestatione factos, & tanq; si debite & legitime impretrata tuissent nobis licite uti concessit eidem.

Quoad s. 23. notandum ea quæ notantur à collectore in compendio tit. indulgentiæ statutionum quoad fratres post s. 7. fol. 80 & s. 20. fol. 81. & 82.

Quoad s. 29. ubi ponitur reualidatio Leo. 10. & cæt. ultra id quod notat collector, notandum etiam ea quæ supra s. 15. notata sunt quia faciunt ad idem.

Quoad s. 32. uid. ea quæ notata sunt supra s. 15.

Quoad questionem primam quam collector ponit fol. 143. &c. notandum quod prædicta determinatio collectoris ibidem secundum filium & communiter doctores est uera generaliter loquendo, nisi quando aliunde habetur quod talis reuocatio non extenditur ad tale priuilegium, ut etiam est rex. optimus in l. omnes, in uers. specialiter, & nominatim Co. de præterip. 30. annorum, quæ ibi multum notat Bal. & Ang. & reputant singularem & excellennem, uid. hæc in gloss. summa Angelica, titulo ex communicatio s. casu 31. & concordat summa Silvestrina titulo exemptio, q. 11.

Tandem quo ad hanc materiam priuileg. notandum ut habetur ff. 128. quod mare magnū priuilegiorū dicitur & est una copilatio multorum priuilegiorū ibi mixtum consuleq; contentorū. Prædictū autem mare magnū seu copilationem priuilegiorum fecerunt diuersi sumimi pontifices pro diuersis religionibus & pro diuersis temporibus colligendo priuilegia prædecessorum & addendo sua. Ideo quo ad nos fratres mihi Alex. 4. Innoc. & Clem. 4. honoris 4. Bonif. 8. & Eug. 4. fecerunt singuli suum mare magnum Sed tandem Six. 4. colligendo omnia prædicatorum ponit in eum & insuper addens plura fecit mare magnum fratrum min. quod incipit Regimini uniuersalis ecclesiæ ff 140. Mare n. agnum ordinis prædicatorum fecit Greg. 9. Eug. 4. & tandem Sixt. 4. & incipit in nomine domini ff. 135. fff 131. Mare magnum Augustin. fecit Innoc. 4. Eug. 4. Nich. 3. & tandem Six. 4. in priuileg. dñi fructus uberes ffs 132. mare magnum Carmelitarum fecit idem Six. 4. in priuileg. dum attenta, f. 76. & isti sunt 4. ordines mendicantes.

Post

## ANNOTATIONES

Post hoc à tempore Six. 4. additus est ordo minimorū à nostro ordine fratrum min. ortus & deriuatus, quorum minimorū mare magnum fecit Six. 4. & tandem Iulius 2. in priuileg. dum ad sacram, fff. quarto.

## Protector ordinis.

Quoad s. 1. ubi ponitur priuilegium seu concessio Grego. 9. prohibentis fratribus min. sub suspensione ipso facto ne petant à protecione facultatem aliquam aliter q̄ ibi ab eo prouidetur. Nō tandem quòd ista suspensio ipso facto iam non ualeat secundum eos qui tenent quòd Six. 4. reuocauit omnes penas statutorum & declarationum etiam Papalium suorum prædecessorum, ut infra tit. statuta s. 1. habetur, ibi uide.

Quoad s. 5. ubi collector agit an potestas protectoris concessa per Iulium 2. nostris provincialibus, super moniales debeat intelligi restricta an absoluta, latius dictum est supra in hiis annotationibus. ingredi, super 4. notabili collectoris, ibi uideatur.

Quoad s. 6. notandum quòd ipse Iulius 2. fff. 88. ff. 255. approbans supradictas literas Greg. 9. & Six. 4. insuper ex communicationem ipso facto infligit contra non obedientes protectori in pertinentibus ad suum officium ibi expressum & limitatum.

## Questuare.

Quoad s. 1. ubi ponitur priuileg. Grego. 9. notandum quòd idem concessit fratribus ordinis prædicatorum Bonif. 9. ff. 148.

## Reformatio.

Quoad s. 3. notandum quòd idem Leo. 10. ff. 3. prohibuit ne quis uocet in iuriioso aliquem fratrem min. aliquo nomine iniurioso, ut pote bullastam &c. ut habetur in compendio tit. obseruantes, s. 7. ibi uideatur.

## Religio

## IN COMPEND.

## Religio & religiosi.

Notandum quòd de hoc tit. nihil habetur in compendio, quia sub aliis titulis habetur quod hic uidebatur posse poni, tamen nō tandem quòd Bonif. 6. ff. 148. & Alex. 4. (ut etiam refert Gaietanus) in summula tit. excommunicatio, casu 81. & alii summistæ eo. tit. & Floren. 4. parte sum. tit. 12. cap. 4. f. 14. decreuerunt religiosos esse in statu perfectionis, & qui aliter afferit publice & temere & pertinaciter est ipso facto excommunicatus, non absoluendus nisi per Papam. Ideo cauendus est modus loquendi Ger son. in 3. parte summ. alphab. 21. litera t. u. & alphab. 67. litera u. x. & alphab. 68. a. c. Nam in modo loquendi & in uocabulis standum est communi doctorum doctrinæ & loquutioni, quis in sensu non discordet aliter utendo uocabulis. Nam theologia secundum Augusti, habet suam logicā. Ideo religio est status perfectionis ad sensum communem doctorū. De quo supra in expofitione regulæ min. in introductione q. 2. late habetur.

## Sacmenta.

Quoad s. 1. ubi dicit collector quòd illa constitutio Benedicti II. de qua ibi agitur iam est reuocata, uideatur de hoc supra in eodem compendio tit. absolutio quoad seculares 2. s. 1 & tit. confessiones s. 3.

## Symonia.

Quoad s. 1. notandum quòd Siluest. titu. excommunicatio 7. excommuni. 44. post Florent. afferit Martinum Papā huius Urbani successorem abstulisse quoad moniales hanc sententiam excommunicationis latam per Urbanum 5. & Greg. 11. facit ad hoc Gaietanus in summula tit. excommunicatio post cap. 81. de constitutionibus similibus non receptis, & specialiter saluat moniales habentes talēm usum recipiendi prandia &c. huiusmodi eo. titu. cap. 73. facit & Gerson in 1. parte summ. lect. 5. & 6. de uita spirituali

# ANNOTATIONES

tuali q̄ i a tales sententiae uidetur invalidæ. Nam per non usum & calia iara humana sunt abrogata in hoc sicut & alia multa in aliis materiai per consuetudinem opposita n. Ideo illa & similes bullæ seu extrauagantes tanq̄ non uise, & non uisitate seu iam non validæ non debet quotari nec adduci, & facit ad hoc quod habetur in compendio tit. moniales s. 31. concessum per Clem. 7. ibi uideatur.

## Statuta ordinis.

Quoad s. i. notandum quod est dubium an per præfatum priuilegium Six. 4. de quo ibi agitur reuocentur obligationes quo ad pœnas & quoad culpas indictæ per statuta & per declaratio-nes etiam Papales ultra seu præter regulam nostram nobis fratribus min. specialiter. An solum reuocentur obligationes quo ad culpas seu pœnas in dictæ per statuta aut declaraciones aut cōsuetudines aliorum quorumcunq; intra ordinem nostrum seu à fratribus seu à capitaliis nostris ultra seu præter regulam æditas seu factas quo ad nos fratres min. specialiter, & in hoc est duplex opinio. Nam collector cum aliis tantum quod prædictum priuilegium solu n reuocantur obligationes ad culpas & ad pœnas quascunq; inditæ nobis per statuta aut declaraciones ultra seu præter regulam æditas solu n terra ordinem nostrum seu à quibuscunq; fratribus seu capitulis nostre ordinis, non autem per statuta aut declaraciones æditas à Papa uel ecclesia. Sicq; secundum hanc opinionem præcepta & pœnae si que sunt in declaracionibus Nich. 3. Clem. 5. Ioan. 22. ultra seu præter obligatoria regulæ nostræ bene nos obligant & sunt in suo uigore, nec reuocantur per priuilegium præfatum, quia de istis nec loquitur nec intelligitur præfatum priuilegium: & ratio huius opinionis est quia semper dicitur in eodem priuilegio quod per id reuocat Pa-pa obligationes præfatas statutorum & declaracionum omnium & à quibuscunq; dicti ordinis nostri notandum illam limitationem dicti ordinis (i. intra ordinem seu à fratribus, seu à capitulis qui buscunq; nostri ordinis, ergo non extenditur ad statuta & declaraciones Papæ uel ecclesie).

Secunda

## IN COMPEND.

Secunda opinio est cuiusdam patris satis docti quæ mihi magis placet, quod s. non solum reuocatur obligationes nobis specialiter indictæ per statuta & declaraciones ultra seu præter regulam æditas intra ordinem seu à fratribus seu cap. nostri ordinis, sed etiam à Papa uel ecclesia, uel à quibuscunq; aliis, & ratio huius opin. est quia in relatione præfati priuilegii hoc petebatur ubi dicitur quod quia nonnulli Ro. pontifices prædecessores nostri ac alii etiam generales & fratres ipsius ordinis deuotionis fere uore accensi ultra dictam regulam nonnulla statuta & ordinaciones fecerunt, &c. & infra ibidem in concessione Papæ habetur (non obstan. statutis ordinationibus & declarationibus præmissis quibus quoad hoc expresse derogamus ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis &c. ergo ex hiis uidetur quod Papa de omnibus supradictis intelligebat & se conformabat intentioni petentis hoc priuilegium, ut litera ipsius priuilegii aperte sonat, ergo. Et ad illud quod limitate dicitur (dicti ordinis) dico quod intelligitur non ut i. opinio collectoris glossat, i. intradic-tum ordinem, sed sic, s. dicti ordinis, i. pro ipso ordine fratrum min. tantum specialiter æditis statutis seu declarationibus &c. quia tales tantum reuocantur. Non autem reuocantur obligationes ad culpam seu pœnam indictæ per statuta seu declaraciones Papales seu ecclesiasticas æditas generaliter pro omnibus Christianis seu pro omnibus religiosis, quales sunt multæ prohibitio-nes & censuræ inflicitæ à iure seu per extrauagantes generaliter quoad omnes Christianos seu quoad omnes religiosos tantum, quia istæ nō reuocantur per prædictum priuilegium Sixti, ut patet, quia alioqui esset absurdum sic intelligere, ut dictum est sup. in hiis annotationibus tit. ingredi super s. 15. quod etiam clariss innuitur in eo. priuilegio Six. 4. ubi expresse dicitur, nisi tales essent casus uel excessus quæ Divina lege aut præcepto Ro. eccl. merito inducerent ad mortale, hæc ibi. Ex quo patet quod solum reuocantur statuta seu declaraciones æditæ à quibuscunq; etiam à Papa uel ecclesia specialiter pro nobis fratribus min. in quantum nos obligant ad culpam seu ad pœnas aliquas ultra id quod in nostra regula continetur. Non autem statuta aut declaraciones generaliter æditæ à Papa uel ecclesia pro omnibus Christianis seu pro omnibus religiosis, quis ibi de nobis fratribus mi-

MM specia-

## ANNOTATIONES

min. specialiter fiat mentio aut ibi quoad nos tantum aliquid statutum specialiter, quia tale quid non reuocatur per prædictum priuilegium, ex quo tale statutum non est specialiter pro nobis aeditum, sed generaliter pro omnibus religiosis aut Christianis, ut dictum est. quis aliquis dixerit quod etiam statuta & declaratioes Papæ generaliter aeditæ quoad oës religiosos & Christ. reuocatur quoad nos fratres min. ne obligamur per ea ad culpâ seu ad censuras aliquas sed ut probatum est non est ita, sed ut nos iam saepe diximus.

### Studentes fratres.

Quoad s. 6. ubi ponitur concessio Iulii 2. notandum quod si militer concessit Leo 10. ffs. 50. de quibus etiam uideatur in cōpendio tit. apostata. tit. correctio, secundum subiectâ materiam.

### Tertiarii fratres & sorores.

Quoad s. 7. uid. 1. sup. s. 20. quia ibilatius declarat hoc priuilegium Six. 4.

Quoad s. 10. notandum primo quod illa bulla Six. 4. quam ibi allegat collector tanquam iam usitata & nunquam uisa & per non usum abolita non ualeat neq; debuit allegari. ut dictum est supra tit. excommunicatio, s. 14. & sup. tit. symonia, s. 1. dictum est. Notandum secundo quod idem Sixt 4. f. 57. concessit tertiaris utriusq; sexus partium Italie gaudere priuilegiis personarum ecclesiasticarum, tam fori quam personæ fulminans excommunicationes ipso facto in iudices, communitates, & alios quoscunque grauantes eos contra prædictum priuilegium, ut hoc etiam ait & refert collector paulo inferius ibidem f. 57. post tertium gradum tertiariorum.

Tertio notandum quod etiam si supradicta bulla Six. 4. quæ allegata est in s. 10. esset ualida & in usu, nihilominus tam possent gaudere nostris priuilegiis & indulgentiis oës alii quibus specialiter per Papam id conceditur ut dictum est, & annotatum sup. tit. excommunicatio s. 14. & tit. indulgentiarum quoad seculares per totum, utsunt syndici, procuratores, medici, familiares & alii eiusmodi suomodo pro ut eis conceditur per Papam quia Clem. 7. confirmauit oia nostrapriuilegia de nouo, ut su. tit. priu-

## IN COMPEND.

legij 5.32. habetur & ibi annotatum est. Sed & de tertiaris qui & modo possent gaudere nostris priuilegiis latius dicetur inf. s. 20.

Quoad s. 20. ubi ponitur concessio concilio Lateranen. notandum quod Leo 10. ffs. 28. postea idem magis declarando cōcessit quod mulieres uirginalem aut celebrem uitam solemniter uouentes etiam si non uoueant solemniter aut profiteantur aliquam religionem nec alia uota religionis etiam si sint in dominibus propriis uel seorsum seu in dominibus consanguineorum aut affinium suorum habitantes, gaudere debeant & frui priuilegiis & immunitiōibus prædictis, s. quibus fratres ordinis cuius tertiae regulæ habitum portant potiuunt & gaudeant. Nam illis obstantib. Ex quibus ut ait quidam pater satis eruditus patet primo quod ut professio tertiariorum utriusq; sexus habeant uim uotis solemnis quoad impediendum & dirimendum matrimonium, requiritur quod fiat in communitate, ut paulo superius s. 7. statuerat Six. 4. f. 13. ffs. 117. quia de hoc loquitur tantum ibidem Six. 4. ut patet. Sed ad gaudēdum priuileg. nostri ordinis min. non requiritur quod aliqua professio mulierum fiat in communitate, neq; quod tertiarii utriusq; sexus uiuant in communitate, sed solū requiritur & sufficit quod mulieres solemniter uoueant castitatem & quod portent habitum tertiariorum, ut hic dictum est, in utraq; concessione Leo. 10. ffs. 26. ffs. 28. ut habetur in hoc s. 20. simul omnia colligendo.

Ideo secundo notandum quod ubi unq; collector dicit quod ad gaudendum nostris priuilegiis oportet quod tertiarii utriusq; sexus faciant professionem in communitate, seu quod uiuant in communi, debet castigari & emendari secundum quod iam hic annotatum est. quia ad gaudendum priuilegiis nostris non requiritur quod mulieres fecerint professionem in communitate neq; quod uiuant in communitate, sed ut dictum est, & annotatum sup. hoc s. 20. Ideo emendetur secundum hoc id quod dicit collector paulo inferius fo. 156. linea 23. ubi epilogando de primo gradu tertiariorū, dicit quod debet intelligi de illis qui secerunt professionem in communitate & postea uiuunt extra) tu dicit quod sufficit quod solēniter uouerint castitatem tales mulieres, & habitum tertiariorum portent, ut dictum est,

## ANNOTATIONES

Item eo. fol. 56. in 2 philara infra linea 14. autem finem ipsius primi gradus tertiariorum ubi dicit collector, quod non debet intelligi nisi de illis qui fecerunt professionem in coitate & postea uirtute alicuius dispensationis uiuant in particulari. Tu dic (ut dictum est) sufficit quod mulieres uouerint solemniter castitatem & habitum potent tertiarium etiam si sint extra communitatem. Item fo 157. in 3. gradu tertiariorum linea 6. ubi dicit collector, & qui post assumptionem uel receptionem huiusmodi habites ac etiam emissionem professionis extra coitatem &c. Tu dic quod sufficit quod mulieres solemniter uouerint castitatem &c. ut dictum est ad gaudendum nostris priuilegiis & ad habendum potestate in super eas secundum quod habetur in eo. comp. eot. t. 5. §. 8. & §. 21. tol. 154. fol. 118. secundum Six. 4. fol. 8. ff. 92. & Leo. 10. ff. 35. expresse habetur. Et sic quoad gaudendum nostris priuilegiis collector tandem in 2. resolutione quam breuiter facit fol. 157. uidetur tacite se retractare & emendare scipsum concordans nobiscum sicut annotatum est, dicens absolute quod tertiarii de quibus ibi agit, possent gaudere nostris priuilegiis non imitando, si mulieres fecerunt professionem in coitate, aut si omnes utriusque sexus tertiarii uiuant in communitate an non, quia quoad mulieres non requiritur quod fecerunt professionem in coitate, & quoad omnes utriusq; sexus tertarios non requiritur quod uiuant in coitate, sed ad gaudendum nostris priuilegiis sufficit quod mulieres uouerint solemniter castitatem ubicunque & portant habitum tertiarum. Viris autem sufficit & requiritur quod fecerint professionem religionis in coitate sicut alii uere religiosi, quis post ea uirtute alicuius priuilegii uel alias uiuant in particulari seorsum in Eremitoriis seu alibi ex cōcessione prælatorum uel Papæ, quia isti sunt uere religiosi uiri gaudentes priuilegiis religiosorum, ut dictum est.

Quoad resolutionem seu notabile quod collector fo. 156. post §. 25. usq; fo. 157. inclusive facit uid. quod sup. est annotatum in §. 20. & secundum ea limita & intellige omnia quæ hic collector dicit quo ad mulierestertiarias nostri ordinis, quia ad gaudendum nostris priuilegiis non requiritur quod illæ fecerint professionem in communitate neq; quod uiuant in communitate. Sed sufficit (ut dictum est) quod ipsæ mulieres fecerunt solemniter uorum castitatis

## IN COMPEND

castratæ & quod portent habitum tertiarum quæmuis tales non sunt uerae religiosæ ex quo non uouent solemniter tria uota aut professionem regulæ approbatæ, non faciunt in communitate sicut illæ uerae religiosæ, de quibus Six. 4. & leo. 10. ubi sup. §. 7. §. 21. habetur in compendio. Et notandum quod omnes mulieres tertii ordinis, modo uouerint castitatem modo non modo gaudeant priuilegiis nostris, modo non, quæ non sunt uerae religiosæ, ut dictum est, uocatur multis nominibus, nam in Italia uocatur Bizoche, alibi pyazochere, in Hispania Beate. Ali bi mantellate, & communiter dicuntur etiam terciariæ seu de pœnitentia. Illæ uero quæ sunt uerae religiosæ tria uota solemniter emitentes in professione in cōmunitate, quæmuis postea ex cōcessione uiuant in particulari seu seorsum in suis domibus, dicuntur religiosæ seu monachæ seu sorores, tertiariae seu tertii ordinis, ut de his sup. tit. mulieres §. 1. dictum est.

Quoad ultimum notabile quod collector tandem fo. 157. fo. 158. ponit circa hāc materiam ubi dicit collector quod solus Beatus Pater noster Franciscus inter alios religionum institutores instituit fratres & sorores tertii ordinis &c. Notandum quod Florent. in 3. parte historiali tit. 23. cap. 14. §. 2. dicit beatum Dominicum etiam instituisse tertium ordinem seu tertarios fratres & sorores de pœnitentia. Et forte hoc fecit imitando Beatum Franciscum in hoc qui fuit contemporaneus eidem quicquidē B. Pater noster Franciscus quia primus omnium hos tertarios seu fratres de pœnitentia instituit: ideo ei specialius ecclesia hoc tribuit, specialius de eo cantans. Tres ordines hic ordinat & cetera quod autem Augustinian. etiam habeant suos tertarios seu corrigiatos fratres de pœnitentia, patet ff. 249. & de Carmelitis simili quod habent suos tertarios, patet ff. 180. & de hiis latius in compendio tit. mulieres.

Quoad §. 26. ubi ponitur priuilegium Six. 4 ffs. 184. error librarii est in ff. nam debuerat esse cum duplicitate tantum ff. 180. 184 & f. 10.

Quoad §. 28. ubi ponitur alia concessio Six. 4. ffs. 247. similiter dic quod est error librarii seu scriptoris, nam debet cum duplicitate esse ff. 180. 247.

Vicarius.

Quoad

## ANNOTATIONES

Quoad s. s. ubi collector notat & bene quod nomine uicariorum fratrum prædicatorum intelliguntur illi quos nos uocamus præsidentes conuentuum, ut gaudere possint communione priuilegiorum ibi concessa, de hoc etiam late dixit idem collector supratit. absolutio ordin. quoad fratres, post s. 7. & ibinotationem fecimus. ibi uideatur.

Finis annotationum.

*Explicant Annotationes super compendium ultimo  
impressum, editæ ab eodem auctore : à quo  
Tractatus, qui Expositio regulæ fra-  
trum min. Anno Dom. 1539. die  
uerò prima Mensis Iulij.*

LAVS DEO.